2 *speciatim*: *de concessione delicti* (*venia, indulgentia*): *in iudicio*: RHET. Her. 1, 14, 24 adsumptivae *constitutionis* partes sunt quattuor: -o, remotio criminis, translatio criminis, comparatio. -o est, cum reus postulat ⟨sibi *add. bd*⟩ ignosci (*eisdem fere verbis* CIC. inv. 1, 15. 2, 71 CASSIOD. rhet. 4 p. 496, 32 ISID. orig. 2, 5, 6 GLOSS. V 182, 25. *cf.* MART. CAP. 5, 454). 2, 16, 23 -o est, per quam nobis ignosci postulamus (CIC. inv. 2, 94 MAR. VICTORIN. rhet. 2, 29 p. 286, 32). CIC. inv. 2, 90. 92. 94 *sqq.* 103. 124. 137. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 11 p. 191, 15 factum fateri, sed veniam postulari, quae est qualitas venialis, quam -em Cicero vocavit. 2, 29 p. 286, 32 quarta species est in adsumptiva qualitate -o. *extra iudicium*: TERT. pudic. 2 p. 223, 27 paenitentiae subsidium ... determinatur sine passiva -e. ARNOB. nat. 7, 42 inprudentiae caecitatem veniali -e donaret. 7, 8 hoc est ... proprium numinum liberales venias et -es habere gratuitas. AMM. 14, 10, 14 -em praeteritorum ... et pacem (17, 10, 4). 17, 12, 10 -em delictorum sibi tribui ... et veniam (22, 8, 49 *al.*). *de concessione assumptionis* (*in argumentatione*): Cic. inv. 1, 54 tertia pars *tripertiti generis argumentandi constat* ex conclusione, quae aut confirmat -em aut quid ex ea conficiatur ostendit. 1, 88 ex ... -bus ... conficitur hoc. MAR. VICTORIN. defin. p. 22, 13 destructio definitionis adversae partis, sed per -em, id est similium. p. 48, 28. AVG. mus. 5, 1, 1 *v. supra l. 6.* c. Iul. op. imperf. 2, 27 si -is ... paeniteret disputatorem. *similiter inter figuras sententiarum*: QVINT. inst. 9, 2, 51 non procul absunt ab hac simulatione (*i. εἰρωνείᾳ*) res inter se similes, confessio nihil nocitura (*Cic. Lig. 2*) ... et -o, cum aliquid etiam iniquum videmur causae fiducia pati: (*Cic. Verr. 6, 117*). SCHEM. dian. 26 p. 74, 15 *συγχώρησις* est -o rei alicuius, ut apud Virgilium: Esto *eqs.* (*Verg. Aen. 10, 68*). CARM. de fig. 70 *ἐπιτροπή*. fit -o, cum quidvis concedimus opte⟨t⟩. DON. Ter. Ad. 132 transit in iracundiam -emque, quae ⟨*ἐπιτροπὴ*⟩ dicitur (*cf.* 134). Andr. 668. 697. SERV. Aen. 1, 387. 4, 381 'i, sequere Italiam': satis artificiosa prohibitio, quae fit per -em. SCHOL. Stat. Theb. 1, 659 artificiosa -o, quae habet quandam correctionem. MART. CAP. 5, 555 proponimus ... per -em, cum gratiam facientes eius, quod diximus prius, aliquid introducimus. 5, 562. *singulariter i. q. abolitio* (*cf.* concedo *intrans.*): TERT. adv. Marc. 5, 13 -em eius *legis* (*'hoc est exclusionem, lex enim concessit euangelio' Oehler. cf. sub* concessus). *praerogativa?* IREN. 4, 26, 3 *presbyteri* principalis -is tumore elati (*i. 'principali loco concesso' Stieren*).

syn. cessio, venia. *opp.* correctio, prohibitio.

concessīvus, -a, -um *a* concedere. DON. Ter. Andr. 643 articulus omnis defensionis per -am qualitatem ... est constitutus. DIOM. gramm. I 395, 12 species verborum sunt hae: relativa, usurpativa, adfirmativa, -a. 396, 29 de specie concessiva. concessiva ... species est, qua tum demum utimur subiunctivam inserentes qualitatem, cum *eqs.* 397, 7. MAR. VICTORIN. gramm. VI 199, 21 modus ... -s, ut 'legerim'. CLEDON. gramm. V 17, 18 EXPLAN. in Don. gramm. IV 505, 3. SERV. Aen. 10, 33 'neque ... iuveris ...': -s est iste modus secundum Probum; namque in artibus non invenitur. fit autem quotiens taedio contentionis quasi videmur concedere quod tamen nolumus fieri. SCHOL. Cic. Bob. p. 367 ad formam -am revocans argumentationem. ISID. orig. 2, 21, 20 *sententiae* sunt ... -ae, quae cum impulsione prohibeant, ut 'i, sequere Italiam' (*Verg. Aen. 4, 381 cf. l. 54*).

concesso, -āvī, -ātum, -āre *a* concedo, -cessum. PLAVT. Asin. 290 sed quid ego hic properans -o pedibus, lingua largior? Poen. 219 ex industria ambae numquam -amus lavari aut fricari. FRONTO p. 96, 5 N. tametsi interdum -arit aut restiterit (*sc. in via ad eloquentiam*; *opp.* progredei ... et pergere). TERT. adv. Marc. 1, 21 fide manente in creatorem ... lex eius -are debebat. 5, 8 requiescere haberet operatio gratiae et -are et finem facere. adv. Prax. 1 a proposito

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-are. fug. in pers. 6 p. 474, 12 non potest apud nos perseverare, quod apud doctores nostros -vit. *deriv.* concessatio.

concessor, -ōris *m. a* concedere. FVLG. aet. mund. p. 151, 18 *deus* oculorum lacrimantium desiccator, desideriorum concessor, dans votum optantium.

concessus, -ūs *m. a* concedere. *permissio. abl. fere casu nudo, reliquos cf. l. 16 sqq.* CIC. Cael. 28 datur ... -u omnium huic aliqui ludus aetati (de orat. 3, 7 or. 210 Att. 14, 12^a, 7 epist. 9, 14, 7 TAC. dial. 25). Brut. 84 nec ... ceterorum iudicio solum ..., sed etiam ipsorum inter ipsos -u. rep. 1, 50 populi -u. 2, 38 non iussu, sed voluntate atque -u civium. Tim. 52 deorum -u atque munere. epist. 4, 6, 3 illius -u et beneficio. CAES. Gall. 7, 20, 2 regnum ... malle Caesaris -u quam ipsorum habere beneficio. TAC. ann. 12, 44 -u fratrum. *nota*: ann. 3, 61 auctam ... -u Herculis, cum Lydia poteretur, caerimoniam templo *Ephesio*. APVL. met. 6, 22 -u deum decretum ... honorem *Iovi*. ANON. de mach. bell. praef. -u divinitatis. CORP. VI 461 (*descr.*) pro salutem impp. Severi et Antonini ... ex -u ... sacrarium dei Liberi ... marmorarunt (marmora nunc *trad.*) [BELL. Hisp. 25, 7 *lege* congressum *vel* concursum]. CAPITOL. Opil. 5, 5 si unius numeri -s accederet (*i. si unius suffragio accedente res concederetur?* concensus *ed. pr.*, consensus *vulg.*). COD. Iust. 12, 33 (34), 5, 1^a quod extra -um (*neutr.?*) admissum est. [SCHOL. Hor. sat. 2, 2, 50 non in pretiosis piscibus et conviviis esse iucunditatem, sed in -u (consensu *deter. codd.*; consessu?) hominum]. *Hey.*

conc(h)a, -ae *f. a gr.* κόγχη. *forma* conca *traditur tam in codicibus quam inscriptionibus* (CORP. V 5501, 3. X 5209; concha VI 22188. 29896. VIII 8396). cuncha GLOSS. III 70, 5. conce POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 14. GLOSS. κόγχη, κόχλος; coclea. V 182, 23 concas testarum sunt. concas autem et cancros inimica inter se animalia. ISID. orig. 12, 6, 48 conchae et cochleae ex hac causa vocatae, quia deficiente luna cavantur, id est evacuantur. [*it., prov.* conca, *hisp.* cuenca 'Napf'. *M-L.*]

I ***proprie***: **1** *animal*: ISID. orig. 12, 6, 49 concharum genera multa sunt, inter quas et margaritiferae, quae celoe dicuntur, in quarum carne pretiosus calculus solidatur. PLAVT. Rud. 297 echinos, lopadas, ostrias, balanos captamus, -as, marinam urticam, musculos. frg. inc. 16 (31) -as piscinarias. AFRAN. com. 142. VARRO ling. 9, 28 non *in aqua* -ae inter se generatim innumerabili numero similes? CIC. de orat. 2, 22 -as ... et umbilicos ... legere (AVR. VICT. Caes. 3, 11. SVET. Cal. 46 ut -as legerent). nat. deor. 2, 124. HOR. sat. 2, 4, 28 mitulus et viles pellent obstantia -ae (SER. SAMM. 529). TIB. 3, 3, 17 in Erythraeo legitur quae litore -a (PROP. 3, 13, 6 venit e rubro -a Erythraea salo. VLP. dig. 34, 2, 19, 18 -a apud rubrum mare et crescit et coalescit. CLAVD. 7, 210 *cf. p. 28, 43*). *in proverbio* OV. ars 2, 519 litore quot -ae, tot sunt in amore dolores (*cf.* trist. 5, 2, 23. MART. 6, 34, 3). 3, 124. met. 4, 725 cavis ... -is. 13, 792 detritis aequore -is. 15, 264 marinae. PAVL. FEST. p. 46 clacendix genus -ae. p. 367 tragus genus -ae mali saporis. CELS. 3, 6 iure ... -arum musculorumve. COLVM. 8, 16, 7 *regio idonea* purpurarumque, tum -arum pectunculis. LVCAN. 6, 678 innataque rubris aequoribus custos pretiosae vipera -ae. PERS. 2, 66 bacam -ae rasisse. PLIN. nat. 2, 109 lunari potestate ostrearum conchyliorumque et -arum omnium corpora augeri ac rursus minui (9, 18). 9, 40. 9, 90 carent -ae visu omnique sensu alio quam cibi et periculi. 9, 94 -am esse acatii modo carinatam. 9, 102 -arum genera, in quibus magna ludentis naturae varietas (*sequitur enumeratio distinctionum*). *cf.* 9, 104 *sqq.* (SOL. 53, 23—27). 9, 115 rufi ac parvi *elenchi* in -is, quas myas appellant. 9, 130 -arum ad purpuras et conchylia — eadem enim est materia sed distat temperamento — duo sunt genera *etc.* 9, 132 clusiles mordacesque -ae. 9, 142 *de pina.* 9, 148 *spongiae* aluntur -is. 9, 184 *de dactylis.* 10, 115 *platea avis* devoratis se inplevit -is *eqs.* 11, 139 ostreis nulli *oculi,* quibusdam -arum dubii. 13, 137. 18, 361 -ae adhaerescentes ... tempestatis signa. 32, 93 -ae longae carnes (1, 32, 30). 32, 142—154 *dat locupletissimum indicem aquatilium.* 35, 36 -ae minutae inveniuntur in *Paraetonio.* 37, 161 *gemma* striata -arum modo. MART. 5, 37, 3 *puella* -ā Lucrini delicatior stagni. 10, 37, 10 levi cortice -a brevis. 13, 82, 1 (*tit.* ostrea) ebria Baiano modo veni -a Lucrino. 13, 90, 2 cui solus erit -a Lucrina cibus. FRONTO p. 224, 17 N. convivium ... regium agitares -is omnium generum. TERT. cult. fem. 1, 6 *de conchis et margaritis.* ANTH. 478, 6 et rauco trahitur lubrica -a sinu (sono *Klotz*). LAMPR. Heliog. 19, 6 primus fecit de piscibus isicia, primus de ostreis ... et aliis huiusmodi marinis -is. NON. p. 551 lopades: genus -ae marinae. AVIEN. orb. terr. 1323 bacas ... curvis excudunt -is. AVSON. Mos. 70 albentes -arum germina bacas. AMBR. hex. 5, 1, 2. HIER. epist. 22, 20 lego ... de -a margaritam. 27, 1 -arum gurgites. AVG. civ. 5, 6. OROS. hist. 1, 3, 4 *lapides* -is et ostreis scabros. CASSIOD. var. 1, 35, 3 Indici maris -ae ... labiis suis navium dorsa fixerunt (*cf.* PLIN. nat. 32, 5). 1, 35, 4 -arum morsus insatiata cupiditas. CARM. epigr. 1175, 2 nomen mihi divitis undae -a dedit (*canis cui nomen erat Margarita*).

specialiter: **a** *i. q. purpura*: GLOSS. V 566, 13 conchis (*leg.* concha) ostrea animal in ponto quo tinguitur purpura. MAT. carm. frg. 13 *tapetes* -a purpura imbuens venenavit. LVCR. 2, 374 -arumque genus ... videmus pingere telluris gremium. 2, 501 Meliboeaque fulgens purpura Thessalico -arum tecta (tacta *ci. Oudendorp*) colore. CIRIS 103 candida Thesei purpureis late ridentia litora -is. PROP. 4, 5, 22 quae sub Tyriā -a superbit aquā. OV. met. 10, 267 stratis -a Sidonide tinctis. *cf.* VITR. 7, 13, 3 *purpurea sanies* ex -arum marinarum testis eximitur, ideo ostrum est vocitatum. PLIN. nat. 9, 125 *sqq. agitur de purpuris.* 9, 128 -ae omnes celerrime crescunt, praecipue purpurae. MART. 14, 154, 1 ebria Sidoniae cum sim de sanguine -ae *lana.*

b *concha Veneris*: PLAVT. Rud. 704 *Venerem* ex -a natam esse autumant. TIB. 3, 3, 34 faveas -a, Cypria, vecta tua. PAVL. FEST. p. 52 Cytherea Venus ab urbe Cythera, in quam primum devecta esse dicitur -a. PLIN. nat. 9, 80 -as ... apud Cnidiorum Venerem coli. 32, 5. STAT. silv. 1, 2, 118 nostra (*i. Veneris*) potuit considere -a. *cf.* 3, 4, 5. MART. 2, 47, 2 lēvior -is ... Cytheriacis. SIDON. epist. 4, 8, 5 vers. 1 pistrigero quae -a vehit Tritone Cytheren. FVLG. myth. 2, 1 p. 40, 21 -a etiam marina portari *Venus* pingitur, quod huius generis animal toto corpore simul aperto in coitu misceatur, sicut Iuba in fisiologis refert. *cf.* GALLIEN. anth. 711 (= TREB. Gall. 11, 8) bracchia non hederae, non vincant oscula -ae. *in nuptiis*: MART. CAP. 9, 903 (vers.) conscia iam Veneris nova serta parate Napeae ... inque torum violas certatim fundite -is. *nota nomen herbae*: DIOSC. Vind. C 99^v κόνχα Βενερις: δίψακος. **2** *testa concharum, ostreorum, cochlearum sim*: CIC. fin. 3, 63 illa *bestia,* quae in -a patula pina dicitur, isque, qui enat e -a, qui, quod eam custodit, pinoteres vocatur *eqs.* nat. deor. 2, 123 pina vero — sic enim Graece dicitur — duabus grandibus patula -is cum parva squilla quasi societatem coit comparandi cibi, itaque, cum pisciculi parvi in -am hiantem innataverunt, tum admonita squillae morsu pina comprimit -as. LVCR. 4, 936 res omnes aut corio sunt aut etiam -is aut callo aut cortice tectae. VERG. georg. 2, 348 lapidem bibulum aut squalentis infode -as (*cf.* SERV. *ad loc.*). OV. met. 8, 564 summa lacunabant alterno murice -ae. fast. 6, 174 ostreaque in -is tuta fuere suis. MANIL. 2, 93 -arum ... carcere clausa *animalia.* *cf.* 5, 399. CVRT. 9, 10, 10 tuguria -is et ceteris purgamentis maris instruunt. COLVM. 10, 324 implicitus -ae limax. 11, 3, 31 testulae vel -ae. CALP. ecl. 6, 68 imminet exesā veluti testudine -a. PLIN. nat. 9, 80 *murice* simplice -a utroque latere sese colligente. 9, 86 *conchyliorum* -as complexu crinium frangunt *polypi.* 9, 126 detracta -a *purpurarum* (*syn.* testa). 13, 81 scabritia *chartae* levigatur dente -ave. (MART. 14, 209, 1 [*tit.* concha] lēvis ab aequorea *papyrus* -a fiat). 32, 64 *ostrea* cocta in -is suis. 36, 192 -ae ac fossiles harenae *uruntur.* SVET. Nero 31 cuncta ... distincta gemmis unionumque -is erant. *i. q. margarita*: VARRO Men. 382 imperito nonnumquam -a videtur margarita. TIB. 2, 4, 30 e rubro lucida -a mari. PROP. 1, 8^b, 39 hanc ego non auro, non Indis flectere -is *potui.* OV. am. 2, 11, 13 tenuis -as pictosque lapillos. met. 10, 260 munera fert illi -as teretesque lapillos. MANIL. 5, 404 censibus aequantur -ae. GRATT. 403 sacris conserta monilia, -is.

II ***translate***: **1** *vas ad conchae formam fictum.* GLOSS. III 93, 63 conche ethmos: conca colum. II 574, 36 genus vasis. *cf. p. 29, 49.* *olearium*: CATO agr. 13, 2 in cellam oleariam haec opus sunt: dolia olearia ... concas maioris II et minoris II *eqs.* 66, 1 capulator -a oleum ... tollat. COLVM. 12, 50, 5 -is ... pleno vase olivis immitte defrutum. 12, 52, 8 -ae ferreae, quibus depletur oleum. PLIN. nat. 15, 22. GREG. TVR. glor. mart. 5 -a subposita, in qua oleum defluens decidebat. HOR. sat. 1, 3, 14 -a salis puri. HOR. carm. 2, 7, 23 funde capacibus unguenta de -is. PLIN. nat. 33, 88 *pulvis chrysocollae* in -is siccatur. 33, 123 *hydrargyrum* patinis ... inpositum ferrea -a. *potorium*: IVV. 6, 304 cum bibitur -ā (SCHOL. Iuv. *ad l.* non calicibus. *cf.* HIER. epist. 52, 12 non calice sorbere sed -a). PAVL. sent. 3, 6, 90 quae ad poculorum speciem comparata sunt ... veluti paterae ... et -ae. *aquarium*: GLOSS. III 70, 5. *cf.* 637, 2 adfer aquam manibus. aqua. cuncha. (ἔνεγκε ὕδωρ πρὸς χεῖρας. ὕδωρ. κόγχη). PAVL. sent. 3, 6, 56 pelves, conchae, aquimanilia. 3, 6, 83 *instrumentum mundi muliebris.* IVV. 6, 419 -as et castra moveri nocte iubet (SCHOL. Iuv. *ad l.* instrumenta balnearia. *cf. ad* 3, 277 pelves: -as, in quibus pedes lavant, aut vasa fictilia, ποδάνιπτρα). VVLG. II par. 4, 6 fecit quoque -as decem ..., ut lavarent in eis omnia (*gr.* λουτῆρας). 4, 14 (EVCHER. instr. 2 p. 147, 11 luteres in Regnorum -ae vel canthari aquarii). CLAVD. carm. min. 45, 2 (*tit.* de concha) transferat huc liquidos fontes Heliconia Nais et patulo -ae divitis orbe fluat. *i. q. labrum*: PASS. coron. 2 ut facerent ei ex metallo porphyretico -as sigillis ornatas cavari. 3 cavare -as. 4 perfecta est -a. 5. ANTH. 377, 3 (versus balnearum) curvavit cameris vario pro schemate -as. LIB. pontif. Momms. p. 108, 14 *et* 15 et -as striatas duas ... aqua fundentes; et in medio lacum purphyreticum cum -a raiata[?] in medio.

ad baptismum: CONC. Eliberit. a. 305(?) Mansi 2, 13^E emendari placuit, ut qui baptizantur, nummos in -am non immittant, ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. *varia*: MARCIAN. dig. 33, 7, 17, 1 cauteria et -ae (*pictoris instrumenta*).

ITALA Ioh. 19, 29 (Hil. in psalm. 68, 18) -a ... aceto plena (σκεῦος, VVLG. vas). AMM. 16, 5, 4 aenea -a supposita brachio extra cubile protento. SCHOL. Iuv. 10, 64 sartago: -ae breves aut vasa turpia. VVLG. iud. 6, 38 expresso vellere, -am (λεκάνη) rore implevit. GREG.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tvr. glor. mart. **11** argenteam (Greg. M. epist. 2, 38 p. 138, 1). Isid. orig. 20, 4, 11 (*in capite* de vasis escariis) 'lancis gavata', quasi cavata ... Hinc et -a, sed illa cavata, ista concava. sic et Graeci haec nuncupant. Lib. pontif. Momms. p. 99, 11 -a aurocalca. *in titulis*: Corp. VI 22188 ⟨et c⟩oncham et tectum et ollas ⟨fecerunt⟩. *fortasse huc pertinent*: V 5501, 3 matronis concam. VIII 8396 conchas de suo posuit. X 5209 concas. *pro mensura*: Cato agr. 156, 4 sumito farinae minutae concas duas. **2** *i. q. bucina Tritonis*: Gloss. V 446, 67 conca bucit (*lege bucina*). Verg. Aen. 6, 171 *Misenus* cava dum personat aequora -a. 10, 209 Triton ... -a exterrens freta. Ov. met. 1, 333 Tritona vocat -aeque sonanti inspirare iubet. Lvcan. 9, 349 ventosa ... -a. Plin. nat. 9, 9 -a canentem Tritonem. Sil. 14, 374 tortae certantia murmura -ae. Apvl. met. 4, 31 -a sonaci leniter bucinat. Hyg. astr. 2, 23 *Triton* fertur, cum -am inventam excavasset, secum ad gigantas tulisse et ibi sonum quendam inauditum per -am misisse. fab. 274 p. 151 *Tyrrhenus* -a pertusa buccinavit et pagum convocavit. Clavd. 10, 132. Mart. Cap. 9, 915 (vers.) dum -is Galatea personantes (-te *cod. Bern.*) nantes fluctigenas chorumque Phorci ... trahit. Sidon. carm. 11, 37 premit adiecto radiantis pondere -ae semiferi (*Tritonis*) Galatea latus. epist. 4, 8, 4 quod *epigramma* posset aptari -ae capaci, quae per ansarum latus utrumque in extimum gyri a rota fundi senis cavatur striaturis. *nota*: Ven. Fort. Mart. 4, 40 mox resoluta movet faucis lyra tinnile plectrum atque insulta canit camerati -a palati. **3** *varia*: *pudendum muliebre*: Plavt. Rud. 704 te (*i. Venerem*) ex -a natam esse autumant, cave tu harum -as spernas. *in basilica*: Pavl. Nol. epist. 32, 12 totum ... extra -am basilicae spatium. carm. 27, 475. 28, 42 per quinque nitentum agmina -arum series denseta coacto marmore mirum oculis aperit. 28, 277 Parias post vilia -as brassica fert. *genus fabae?* Scrib. Larg. 233 *v. l. 38.*

conchātus, -a, -um *a* concha. *in modum conchae curvatus*: Plin. nat. 10, 43 *pavo* -a quaerit cauda *umbrae repercussus*. 11, 270 recto vel -o parietum spatio. 31, 30 in antris -is (*Mayhoff*; coricis *codd.*).

concheus, -a, -um *a* concha. Cvlex 68 Indi conchea baca maris *i. margarita.*

conc(h)ic(u)la, -ae *f.* [*a* conchis *deminutive. Th.*]. *genus fabae*: Marcell. med. 33, 1 faba quasi concicula (Scrib. Larg. 233 concha [*lege* conchis?]) cum multo cumino cocta. Apic. (*in capite* ospreos) 5, 202 conciclam cum faba. 5, 203 conciclam apicianam. 5, 204 depisam. 5, 205 commodiana. 5, 207. *inde* **conciclātus,** -a, -um. Apic. 5, 207 conciclatus pullus (concicla inculcatus *vel* conculcatus *Schuch*).

conchis, -is *f.* [*a Graecis tractum, cf.* κόγχος. *Th.*]. *faba cum folliculo.* Prisc. gramm. II 26, 26 vetustissimi ... 'cunchin' pro 'conchin' ... quae tamen a iunioribus repudiata sunt, quasi rustico more dicta. II 169, 12 *vetustissimi dixerunt* 'hic' et 'haec conchis' (conscia *libri*). II 176, 5 semper singularia inveniuntur ... conchis. *accus.*: -im Avr. Fronto p. 69 N. -em Mart. 5, 39, 10. Ivv. 14, 131. Gloss. V 653, 41 concha dicitur a graecis olla fabae coctae (*contaminatae* concha *et* conchis? *sed cf. infra l. 53 sq.*). *cibus pauperum*: Mart. 5, 39, 10 Iro pauperior forem ..., si -em totiens meam comesses. *cf.* 7, 78, 2. 13, 7, 1 (*tit.* faba) si spumet rubrā -s tibi pallida testā. Ivv. 3, 293 cuius aceto, cuius conche (concha *pω*. Schol. faba) tumes. 14, 131 differre in tempora cenae alterius conchem aestivam (concham aestivi *pω*. Schol. fabam coctam). Avr. Fronto p. 69, 17 N. cum -im ... alios vorantis viderem.

conchīta, -ae *m.* [*a* concha; *cf. gr.* κογχίτης, *quod sensu differt Th.*]. *piscator concharum*: Plavt. Rud. 310 fures maritimi, conchitae atque hamiotae, famelica hominum natio.

?**conchleātius,** -a, -um *a* concha *vel a* cochlea. Isid. orig. 19, 10, 8 conchleatius *lapis* (*al.* concleatius, cocleaticus, concleaticus. *Arevalus suspicatur* cochleatus) cocleis et lapillis et arena concretus.

conc(h)ula, -ae *f. a* concha *deminutive. forma* concla: Plavt. Rud. 304 Metrol. p. 133, 1. 3.

I *proprie: animal aquatile*: Plavt. Rud. 304 nisi quid conclarum (concharum ς) capsimus, incenati sumus profecto. Val. Max. 8, 8, 1 -as et umbilicos lectitasse. Cels. 2, 29 alvum movent ... ostrea ... et omnes fere -ae. Scrib. Larg. 104 marina. Apvl. apol. 35 quaesisse de litore -am striatam. Tert. adv. Marc. 1, 13 una cuiuslibet maris -a, non dico de rubro. Amm. 23, 6, 85 uniones ideo sic appellatas quod evisceratae -ae singulas *margaritas* aliquotiens pariunt. Drac. satisf. 74 generat pelagi -a divitias. Isid. orig. 19, 28, 2. Cet. Fav. 27 p. 308, 15 conchulae (concula *libri*; conchylia *restituendum ex* Vitr. 7, 13, 3) ... lacrimas purpurei coloris emittunt.

II *translate*: **1** *vas*: Isid. orig. 16, 19, 2 fit etiam *argentum vivum* et ex minio imposito -ae ferreae. **2** *in basilica*: Pavl. Nol. epist. 32, 13 cum duabus dextra laevaque -is intra spatiosum sui ambitum absis sinuata laxetur. **3** *mensura*: Marcell. med. 21, 5 sisimbriae sucum ad plenitudinem -ae oblongae, quam Graeci tellinen, alii chemam macran vocant. 26, 72 ex mensura -ae unius. Isid. orig. 16, 26, 3 mensurarum pars minima cochlear .... Quod triplicatum -am facit. -a dragma una et dimidia adimpletur. Metrol. p. 133, 1. 133, 3. 140, 14 cocleares III -am faciunt (*cf. 15 sqq. et* Grom. p. 374, 25 *sqq.* p. 375, 25).

conchus. κόγχος Gloss. V 617, 12 conclus (*lege* conchus) est piscis, hinc conchilia unde tinguitur preciosa purpura.

conchȳliārius, -ī *m.* Gloss. III 309, 8 πορφυρεύς. Corp. III 2115 (*Salonae*) magister conquiliarius.

conchȳliātus, -a, -um [*a* conchylium. *Th.*]. *conchylii colore tinctus*: Cic. Phil. 2, 67 -is ... peristromatis. Petron. 38 -um aut coccineum tomentum. 54 alba potius quam -a ... lana (Plin. med. 1, 6 *ubi* conquiliata, conchiliata *codd.*; *cf. l. 49*). Plin. nat. 9, 138 veste. *cf.* 1, 9, 64 Svet. Iul. 43. Heges. 4, 25 l. 19 sub -is chlamydibus (βεβαμμένων χλανίδων). Sidon. epist. 1, 2, 6 modo -a ... supellex, modo byssina. 2, 13, 6 muricis Tyrii seu Tarentini -o ... indutu. *subst.* conchyliata (*sc. vestis*): Sen. epist. 62, 3 et relictis -is cum illo seminudo loquor.

conchȳ(lio)legulus, -ī *m. conchyliorum collector.* Cod. Theod. 10, 20, 5 (*a. 371*) si quis uxorem de familiis conchylegulorum acceperit. 13, 1, 9 (*a. 372*) conchylioleguli seu ex aliquolibet corpore mercatores. 10, 20, 17. Cod. Iust. 11, 8 (7), 15 (*a. 427*) patre conchyliolegulo geniti.

conchȳlium, -i *n. a gr.* κογχύλιον. *in libris* conchyl- *et* conc(h)il- *saepius confunduntur.* conquilium Gloss. V 350, 22. Isid. orig. 12, 6, 50 murex cochlea est maris ..., quae alio nomine conchilium nominatur, propter quod circumcisa ferro lacrimas purpurei coloris emittat, ex quibus purpura tingitur: et inde ostrum appellatum, quod haec tinctura ex testae humore elicitur. 19, 28, 2 conchylium dictum, eo quod ex conchulis marinis color eius colligitur. 19, 28, 4. Gloss. II 102, 33 cocnilia κοχλιος (*cod. c* κοχλίας). III 356, 11 conciliae λανδες (λεπάδες *Vulc.*).

1 *generatim*: Varro ling. 5, 77 in -is aliquā *vocabula* ex Graecis ut peloris, ostrea, echinus. Cic. Pis. 67 exstructa mensa non -is aut piscibus, sed multa carne subrancida. div. 2, 33 ostreis ... et -is omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant pariterque decrescant (Hor. sat. 2, 4, 30 lubrica nascentes implent -a lunae. Stat. silv. 4, 6, 11 Plin. nat. 2, 109. 221). Hor. epod. 2, 49 Lucrina ... -a (Petron. 119, 35). sat. 2, 8, 27 Val. Max. 9, 1, 1 Paris 8, 8, 1 -a et umbilicos lectitasse (Val. Max. 8, 8, 1 conculas). Cels. 2, 18 cochleas itemque -a. 2, 26. 3, 6 Sen. dial. 1, 3, 6. 11, 10, 2 -a ultimi maris ... eruere. epist. 89, 22. Colvm. 8, 16, 7 *limosa regio* maxime idonea est -is, muricibus et ostreis (8, 16, 8. 8, 17, 9). Scrib. Larg. 191 Plin. nat. 3, 60. 6, 80. 8, 193. 223. 9, 37. 52. 65. 86 *polypi* vescuntur -orum carne. 9, 128. 22, 35. 32, 68. 32, 78 parotides ... -orum ex mulso curantur. 32, 84 Mart. 11, 52, 13 Tert. cult. fem. 1, 6. Sol. 9, 9 in latebrosis rupium cavaminibus ... reduviae -orum resederunt. Rvfin. hist. 4, 15, 4 marinas cochleas, quae -a vocant. Theod. Prisc. log. 61. Apic. 1, 30 (*tit.*) ciminatum in hostrea et concilia (*sic*). 9, 424 Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 543, 30.

2 *specialiter i. q. purpura et purpureus color*: Cic. Verr. 5, 59 stragulam vestem confecit, nihil nisi -o tinctum. rep. 6, 2 cum palliis -o tinctis. Catvll. 64, 49 tincta tegit roseo -i purpura fuco. Lvcr. 6, 1074 purpureusque colos -i iungitur uno corpore cum lanae (Plin. nat. 32, 77 -o infecta lana. Hier. epist. 107, 4 Marcell. med. 9, 73). Vitr. 7, 13, 1 *ostrum* excipitur e -o marino, e quo purpura inficitur. 7, 13, 3 *quomodo comparetur ostrum.* Sen. contr. exc. 2, 7 ex omni rupe -um contrahitur, quo vestis cruentetur. Sen. dial. 11, 11, 2 saturatam multo -o purpuram. nat. 1, 3, 12 et purpura eodem -o non in unum modum exit. Plin. nat. 5, 76 omnis *Tyri orbis* nobilitas -o atque purpura constat. 8, 197 viventium *ovium* vellera purpura; cocco, -o ... infecta. 9, 105. 9, 127 unde -is pretia, quis virus grave in fuco, color austerus in glauco et irascenti similis mari. 9, 130 *v. p. 27, 58.* 9, 139. 16, 73. 21, 46. 26, 102. 37, 48. 204. Qvint. inst. 1, 2, 6 nondum *infans* prima verba exprimit, iam coccum intellegit, iam -um poscit. Ser. Samm. 798 purpura torretur -i perlita fuco. 1101 -i sanguine tinctum *vellus.* Cod. Theod. 10, 20, 12 (*a. 385*) naviculam functioni muricis et legendis -is deputatam. 10, 21, 3 (*a. 424*) *serica* tincta -o. Evstath. Bas. hex. 7, 6 p. 943[C]. Sidon. epist. 2, 2, 7 abrupta purpurea genuino fucata -o. Cassiod. var. 1, 2, 2. 4. 7 *de inventis purpuris.* Cod. Iust. 1, 23, 6 pr. (*a. 477*) cocti muricis et triti -ii ardore. Plin. nat. 9, 124 -a et purpuras omnis hora atterit. Svet. Cal. 17 fascias (fasces *codd.*) purpurae ac -ii distribuit. Tert. pall. 3 de cataclistis, immo omni -o pressior qua colla florent. Sidon. carm. 15, 129 spirat -a sandix. *i. q. vestis conchylio tincta*: Plin. nat. 22, 3 ut sileamus ... grani coccum imperatoriis dicatum paludamentis, transalpina Gallia herbis Tyria atque -a tinguit. Ivv. 3, 81 *Graeculorum* non fugiam -a (Schol. vestem fucatam). 8, 101 Spartana chlamys, -a Coa.

herba: Plin. nat. 22, 82 et iasine (*sic Salmasius*, lasine *codd.*) olus silvestre habetur, in terra repens, cum lacte multo, florem fert candidum; -um vocant (concy- *codd.*). *ibid. plura.* *Spelthahn.*

concibo, -āvī, -āre *a* con *et* cibare. Didasc. apost. 42, 23 conversati sumus cum eo et concibavimus.

concibo, -ōnis *m. a* concibare *fictum voc. sermonis castrensis pro* contubernalis. Corp. VIII 9060 concibones f(ecerunt). *cf.* concivis.

concibus, -ī *m. a* concibare. Gloss. σύνσιτος, σύντροφος. *L.*

concicla *et* **-ātus** *v.* conchicula.

concidentia, -ae *f. ab* concidere. *figura*: Prisc. gramm. III 183, 23 concidentiam, quam συνέμπτωσιν Graeci vocant.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

concīdes *v.* concaedes.

? **concīditio,** -ōnis *f. a* concīdere. Ps. Ambr. serm. Sessor. 1, 5 non ruina tectorum, non conciditio (condicio *ed. Mign.*) languentium ac morientium proximorum sollicitudo discruciat.

ˣ**concido,** -idī, -ere [*a* con *et* cadere. *Th.*]. concado: *v. p. 33, 55.* Gloss. καταπίπτω. concado concido: συμπίπτω. concidit: ex utraque parte cadit. concidere: incidere (*de Cassiano. cf. infra l. 51 et p. 32, 38*). concadent πεσοῦνται. concidit: simul cecidit, ruinam fecit vel discerpit (*i. concīdit*). cecidit. conciderunt: ruerunt. conciderat: acciderat. ad terras concidit: pronus ruit. V 495, 23 concido: praecido (*i. concīdo?*) vel muto vultus. Prob. app. gramm. IV 203, 31 concidit correpte: 'cecidit' ..., producte: 'scidit' (Isid. diff. 1, 119 *per ĭ* 'cecidisse' ... *per ī* 'separasse'). Diff. ed. Beck p. 43, 7 'cadere' est in vestigio, 'decidere' ex alto, 'concidere' simul cadere (*cf. p. 33, 7*). *legitur ex coni. Buecheleri* Trag. inc. 44; *corruptum videtur* Bell. Hisp. 23, 5 concidentis temporis. *cf.* consido.

I *de animantibus*: **1** *proprie* (*ex statu suo vel in vestigio suo cadere, procidere*): *generatim*: Plavt. Amph. 1063 ut valide tonuit! ubi quisque institerat, -it crepitu (*cf.* Sen. nat. 2, 27, 3). Epid. 200 paene in cursu -i. Rud. 173 desiluit haec ... in terram e scapha: ut prae timore in genua in undas -it. Cic. Verr. 6, 140 plagis confectum ... civem Romanum ... -isse. 6, 142. Brut. 43 *Themistoclem sanguine* poto mortuum (Val. Max. 5, 6 ext. 3). div. 1, 77. 2, 67. 74 (*de moriente*). Lvcr. 3, 157 ex animi terrore. 3, 489 vi morbi ... ut fulminis ictu. 5, 1333 iumenta *apri ictu* ... -ere atque gravi terram consternere casu. 6, 758. 793 Caes. Gall. 5, 44, 11. 6, 27, 2 neque *alces*, si quo adflictae casu -erunt, erigere sese ac sublevare possunt. 6, 27, 5 Bell. Afr. 88, 4. Sall. Iug. 101, 11 equi atque viri adflicti ... niti modo ac statim -ere. Verg. georg. 3, 516 Aen. 2, 532. 5, 333 *cursor* vestigia ... haud tenuit ..., sed pronus in ipso *solo* -it. 5, 448 gravis ... ad terram. Prop. 1, 3, 5 Edonis fessa choreis ... in herboso -it Apidano. Ov. met. 5, 77 lapsi (*pugnantes*). 7, 538 *al.* Liv. 10, 29, 7 ut ... integris corporibus attoniti -rent. 33, 2, 2 *al.* Vitr. 8, 3, 17. Val. Max. 4, 6, 4 exanimis. 9, 12, 6. Cels. 2, 8 p. 49 ex inproviso *in morbo comitiali* (3, 23 *saepius*). 5, 21, 6 *al.* Phaedr. 5, 7, 7 casu gravi. app. 6, 16 Sen. Oed. 143. Colvm. 7, 7, 1 capellae ... subito -unt, velut aliqua ruina ... prosternantur. 7, 10, 1 Petron. 22, 5 Plin. nat. 8, 34 Stat. Theb. 11, 573. 6, 185 (*B M; aliter P*) Qvint. inst. 4, 2, 54 *al.* Plin. epist. 3, 14, 6 *al.* Svet. Tib. 73 *al.* Alf. dig. 9, 2, 52, 2 mulae ... lapsae. Apvl. met. 9, 37 exanimatus adulescens ... terrae. apol. 45 Amm. 17, 4, 4 *al.* Pelagon. 204 *al.* Hil. trin. 6, 24 consternata ad metum Petri et Iacobi ... fides -it (*in transfiguratione Christi, cf.* Vvlg. Matth. 17, 6 ceciderunt in faciem suam). Itala iud. 13, 20 (Lugd.) in faciem suam super terram (Vvlg. proni ceciderunt in t.). Vvlg. num. 22, 27. II Macc. 3, 27 in terram. IV Esdr. 13, 11 super multitudinem in impetu. Drac. Orest. 787 Romul. 10, 315. *in imagine*: Liv. 24, 8, 17 inponi cervicibus tuis onus, sub quo -as. Vvlg. prov. 28, 18 qui perversis graditur viis, -et semel. Hier. epist. 2 lababunt gressus et in ipso conamine vestigia -ent assurgentis. *i. q. incido* (Gloss. *cf. supra l. 7*): Cael. Avr. chron. 1, 5, 150 ut nunc speluncas timeant *alienati*, nunc lacunas, ne in easdem -ant. *sim.* Sidon. carm. 5, 311 in vestram plus -it ille ruinam. *de hostiis*: Lvcr. 1, 99 *Iphianassa* hostia -ret mactatu maesta parentis. 2, 353 vitulus ... propter mactatus -it aras. Tib. 1, 2, 62 Ov. epist. 6, 76 *al.* Sen. Thy. 146 victima (*Pelops, cf.* Octavia 145). dial. 1, 6, 8. *de feris*: Ov. epist. 4, 94 -erant illo percutiente ferae. *sim.* Manil. 5, 617 monstrum (*a Perseo interfectum*). *de iis qui in pugna, latrocinio sim. percussi cadunt, opprimuntur* (*interdum prorsus i. q. interfici; phrases transl. v. infra*): Enn. ann. 415 -it et sonitum simul insuper arma dedere (Macr. sat. 6, 1, 24 *comparat versum* Verg. Aen. 10, 488 corruit in vulnus *eqs.*). Rhet. Her. 4, 55, 68 percutit tempus. ille ... -it tacitus. Varro rust. 1, 69, 2 percussum cultello -isse. Cic. carm. frg. 24, 2. Phil. 14, 31 quarta *legio* ... desiderat neminem: ex Martia nonnulli in ipsa victoria -erunt (*ibid.* pugnantes occiderint). Tusc. 1, 89. 3, 66 vulneribus. Caes. Gall. 6, 40, 7. 7, 25, 2. 7, 50, 6. 7, 62, 4. Bell. Hisp. 23, 3 multitudine telorum. 31, 3. Sall. Catil. 61, 3 advorsis volneribus. Nep. Pelop. 5, 4 Epam. 9, 1 Ages. 5, 2 Dat. 9, 5 Prop. 4, 1b, 96 Ov. am. 3, 2, 15 met. 5, 117 Arbon. carm. frg. 2. Sen. Herc. O. 164 vulnere. Lvcan. 2, 197 flos Hesperiae, Latii ... iuventus. Val. Fl. 3, 203. 4, 123 Sil. 1, 307. 2, 142 saxo. 4, 621 *al.* Homer. 366 *al.* Qvint. inst. 6, 2, 31. Tac. hist. 3, 85 *Vitellius* ingestis vulneribus. Svet. Claud. 34 Flor. epit. 3, 3, 17 *al.* Porph. Hor. sat. 1, 7, 19. *nota* Anth. 462, 35 in fratrem fraterno -it ense. Paneg. 10, 17 Franci ... sub armis tuis. 10, 28 Amm. 21, 3, 3 *al.* Prvd. psych. 537. Hier. epist. 7, 1 Hannibalis agmina *apud Nolam*. 60, 5 Vvlg. Ios. 8, 25 *al.* Drac. Romul. 9, 72. *sim.* Ov. epist. 7, 196 (= fast. 3, 550) ipsa sua Dido -it usa manu. Sen. Tro. 1167 -it virgo ac puer (*Polyxena, Astyanax*). Med. 655 Mopsus. Clavd. carm. min. 30, 156 Lucretia. *generaliter de quovis mortis genere*: Sen. dial. 6, 11, 4 numquid ... ut -at *homo*, magni res molimenti est? Carm. epigr. 219, 20 morte propera -it. 1003, 2. 1294, 2. *hyperbolice, ut videtur, de iis qui nimio metu, terrore, similibus animi motibus franguntur* (*cf.* mente concidere *etc. l. 19 sqq.*): Rhet. Her. 2, 5, 8 adversarium ... erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, -isse, pollicitum esse aliquid. Cic. Catil. 2, 5 quibus ego ... si edictum praetoris ostendero, -ent. har. resp. 2 vaecors ... sine voce constitit: deinde respexit et simul atque Cn. Lentulum ... aspexit, -it in curiae paene limine recordatione ... Gabinii ... desiderioque Pisonis. Pis. 88 cum tu ..., quod tibi succederetur ..., exsanguis et mortuus -isti. Planc. 65 -i paene. Phil. 2, 107. 5, 23. Att. 1, 16, 5 iudicum vocibus ... fractus reus et una patroni omnes -erunt. 1, 16, 10 Sen. contr. 7, 1, 20. Sen. dial. 6, 20, 2 *mors* efficit, ut non -am adversus minas casuum, ut servare animum ... possim. Qvint. inst. 12, 5, 4 moveamur ..., non -amus (*in dicendo*). Plin. epist. 7, 17, 10 *in agendo* si prima quaeque inprobari putas, debilitaris et -is. Paneg. 7, 21 velut attoniti -erunt. Hil. epist. ad fil. 3 Svlp. Sev. epist. 2, 6. *similiter de infirmis*: Ov. epist. 20, 215 -imus macie (*cf.* 20, 15 gracilem). Cels. 3, 15 p. 96 etiam febre liberatus vix refectioni valebit: adeo, si febris saepius accesserit, -et. *cf.* Vvlg. I Macc. 6, 10 recessit somnus ab oculis meis et -i et corrui corde prae sollicitudine (*rex aeger*). *nota* Cic. Phil. 3, 24 adlato nuntio ... mente -it. Hirt. Gall. 8, 19, 6 hostes -unt animis atque ... fugam quaerunt. Vvlg. II Esdr. 6, 16 factum est ..., ut timerent ... gentes ... et -rent intra semetipsos. animus concidit: *v. II 2.*

2 *translate*: **a** *de singulis* (*de amissione potentiae, auctoritatis, de damnatione etc.*): Cic. p. red. in sen. 9 nec eguissem medicina consulari, nisi consulari vulnere -issem (*in exilium pulsus*). 17 non tribunicio, sed consulari ictu. dom. 63 Sest. 44. 12 *de Catilina*. prov. 16 hac una plaga ..., ignominia senatus. Sest. 140 indignissime *L. Opimius*. Planc. 90 impiorum ferro ac manu. Phil. 2, 24 res p. staret, tu tuis flagitiis, egestate, infamia ... -isses. Att. 1, 16, 9 una plaga ... patres conscripti (*ibid.* deficerent). 3, 10, 2 ex amplo statu, ... in bona causa. 7, 25 *al.* ad Q. fr. 3, 5, 5. Nep. Phoc. 2, 4 uno crimine. Cvlex 326 dolis Ithaci virtus *Aiacis* ... icta. Val. Max. 7, 6, 1. 8, 1 damn. 6 populi iudicio. Sen. Tro. 867 mea ... fraude. dial. 6, 20, 5. 12, 15, 1 una ... ruina. Tac. ann. 14, 12 *Silana* inimicitiis *Agrippinae*. 16, 21 Cossutianus ... auctoritate *Thraseae* (*sc. in iudicio*. 16, 29). Clavd. 23, 21 Stilicho, quo -it alter Hannibal. 28, 284 non funditus armis -eram. mente concidere *et similia v. l. 19 sqq.* *incidere in aliquid*: Sol. 26, 6 matres in somnum ita -unt, ut nec vulneribus excitari queant (Plin. nat. 8, 127 gravi somno premuntur). Cassian. inst. 5, 29 *al.* Cassian. conl. 2, 16, 2 in gulae ... desideria. 3, 5, 2 in teporem noxium ac ... mortis barathrum.

b *de familiis, civitatibus, nationibus* (*interire, debilitari*): Cic. Mil. 19 si unus ille (*Pompeius*) occidisset, non haec solum civitas, sed gentes omnes -issent. div. 1, 75 *victoria Lysandri* Athenienses. Ov. met. 15, 422 illas adsumere robora gentes, -ere has. Liv. 30, 44, 7 illo ... vulnere -imus (*Carthaginienses*). Tac. hist. 4, 57 *Haedui* proeliis. 4, 17 *Galliae* suismet viribus. Sidon. carm. 5, 584 populatibus, igni. Rhet. Her. 4, 39, 51 domus huius indigna -et calamitate (Hor. carm. 3, 16, 11 Sen. Herc. O. 221 Vvlg. I par. 10, 6). Cic. dom. 96 rem ... p. -ere unius discessu quam omnium interitu occidere malui. Sest. 25 *patria*. Flacc. 16 *Graecia* libertate immoderata (*cf.* Anth. 447, 2). rep. 1, 64 unius iniustitia ... genus illud totum reipublicae. div. 1, 121 quo ostento regnum patris et domum funditus -isse. Verg. catal. 3, 6 cetera *mundi* ... *Alexandri* cuspide -erant. Aen. 11, 245 *Diomedis manu* -it Ilia tellus (Ov. trist. 2, 317 Argolicis ... armis ... Troia. Anth. 431, 8 Achilleis ... lacertis). Sen. contr. 10, 5, 25 per proditores Olynthos. Vell. 1, 7, 4 urbem crevisse, floruisse, -isse, resurrexisse (*cf.* Svlp. Sev. chron. 2, 15, 7). 1, 13, 1 Carthago. Sen. Med. 879 regni status. Ag. 865. dial. 12, 14, 5 familiae *Pauli* ... -entis *morte filiorum*. Plin. nat. 11, 270 regnum. Sil. 8, 335 Roma (*sc. Varrone consule*). Tac. hist. 5, 11 Hierosolyma. ann. 3, 4 *respublica*. Vvlg. Is. 3, 8 ruit ... Ierusalem et Iudas -it. *nota* Avg. civ. 3, 14 p. 113 *Syracusae* sub manus *Marcelli*.

II *de rebus*: **1** *corporalibus*: *concidunt aedificia, statuae, arbores, sim.* (*cf. sub I 2 b*): Rhet. Her. 4, 8, 12 urbs acerbissimo -at incendio conflagrata (Cic. Catil. 4, 11. Paneg. 11, 9 urbs ... in ruinas). Cic. carm. frg. 3, 40 (div. 2, 45) species ex aere vetus ... Nattae -it (*sc. ictu fulminis*). 3, 46 Martia *lupa* ... fulminis ictu -it atque avolsa pedum vestigia liquit (div. 2, 45. Svet. Nero 46 Lares. Vopisc. Tac. 17, 4). de orat. 2, 353 conclave. Caes. Gall. 3, 14, 7 *funibus* abscisis antemnae ... -bant. civ. 2, 11, 4 ruina pars ... turris -it, pars ... consequens procumbebat. 2, 12, 4. Verg. Aen. 5, 448 radicibus eruta pinus (Phaedr. 4, 7, 7 bipinni. Svlp. Sev. Mart. 13, 8). Ov. Pont. 1, 9, 14 domus ingenti ... lapsa ruina ... in domini ... caput. Vitr. 2, 9, 16 moles. Sen. Herc. f. 998 Cyclopia eversa manibus saxa nostris. Sen. benef. 5, 19, 1 (*ex coni.*). nat. 6, 9, 3 agitata fastigia. Octavia 831 tecta flammis. Tac. ann. 14, 6 navis *Agrippinae* summa sui parte veluti terrestre machinamentum. Svet. Tib. 74 turris. Alf. dig. 39, 2, 43 pr. *aedificium* per se. Capitol. Ant. 9, 1 oppida *terrae motu*. Hil. myst. p. 26, 20 Hierico ... ad vocem tubae (Vvlg. Ios. 6, 5 corruere). Amm. 17, 7, 4. 22, 9, 4 moenia ... in favillas ... -isse (-sedisse *codd.*). 23, 4, 8 in rimas (ruinas *Petschenig*) ... structurae laxatae murorum. 24, 4, 30 in pulverem ... et ruinas (31, 8, 8). Hier. in Is. 23, 13 p. 325 in ruinas. Vvlg. Is. 25, 12 Rvfin. hist. mon. 7 p. 412B.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Clavd. 7, 92 spes inrita valli -it et scopulis patuerunt claustra revulsis. Svlp. Sev. chron. 1, 22, 4 Drac. Romul. 8, 74. *similiter de mundo:* Cic. rep. 3, 34 si omnis hic mundus intereat et -at. 6, 27 caelum. Sen. Herc. O. 1112 benef. 6, 22, 1. *venti, ignis, aqua:* Hor. carm. 1, 12, 30 -unt venti fugiuntque nubes (*cf. Theocrit. 22, 19* ἀπολήγουσ' ἄνεμοι). Qvint. inst. 5, 13, 12 flamma. Hil. Macc. 138. *nota* Lvcan. 5, 602 dubium pendet, vento cui -at, aequor (*i. cum utro vento, borea an coro, cadat*). *corpus, corporis partes* (*cf. p. 31, 50*): Lvcr. 3, 585 mutatum putre ruina -erit corpus (Vvlg. Is. 14, 11 -it cadaver tuum). Cels. 3, 5 p. 84 si protinus venae -erunt *in accessione.* 3, 6 p. 85. 7, 7, 9 si ea (*cartilago*) incisa est, palpebra -it, neque attolli postea potest. Hier. epist. 147, 6 caligaverunt oculi, lingua torpuit, -erunt bracchia *eqs.* Vvlg. gen. 4, 5 iratus ... est Cain ... et -it vultus eius (Iudith 6, 5). Ezech. 30, 25 confortabo brachia regis Babylonis et brachia Pharaonis -ent. Vindic. med. 24 viae *corporis* (*opp.* dilatatae *sunt*). 25 *semen* in vasculis. Cael. Avr. acut. 1, 14, 109 pulsus. 2, 3, 17 manus. chron. 1, 4, 75 dentes. Fortvn. rhet. 3, 17 p. 131, 10 ne *vox* a clamore subito concidat (considat *al.*; *opp.* ne ... in clamorem ... prorumpat).

2 *de incorporalibus* (*cf. sub I 2 b*): *concidit animus:* Trag. inc. 95 simul animus ⟨cum⟩ re -it (*Bern.*²; rem condidit *rell.*). Cic. dom. 135 pontifici ... mentem debilitatam metu -isse. div. 2, 119 contrahi ... animum ... et quasi labi putat atque -ere: id ipsum esse dormire. Vvlg. I reg. 17, 32 non -at cor cuiusquam in eo (*Goliath*). *cf. p. 32, 19 sqq.* *malum:* Cic. Q. Rosc. 17 ut ignis in aquam coniectus ... restinguitur ..., sic refervens falsum crimen in purissimam vitam collatum statim -it et extinguitur. Liv. 28, 26, 14 ferocia. Lvcan. 4, 188 civilis Erinys. Tac. hist. 2, 57 bellum. Paneg. 5, 18 vis nauticae rebellionis in vestigiis suis. Clavd. 19, 19 dementia. *commoda:* *potentia:* Cic. Verr. 3, 3 opes Karthaginis ... -issent. Catil. 3, 16 omnes Catilinae copias ... spes ... opes ... -isse. dom. 38 tribunatum. Pis. 79 quae ipse gesserat. orat. 148. Nep. Pelop. 2, 4 *Spartanorum* imperii maiestas ... Leuctrica pugna. Tac. ann. 12, 13 Paneg. 4, 18. *artes, virtutes:* Cic. ac. 2, 146 artificia. Att. 1, 16, 7 religio ... pudicitia ... fides ... senatus auctoritas. Lvcr. 4, 507 ratio ruat omnis, vita quoque ipsa -at extemplo. Ov. Pont. 4, 6, 14 morte tua ... auxilium. Sen. contr. 1, 8, 3 tantam virtutem sine successore concidere (-cedere *codd.*). Sen. dial. 6, 12, 4 divina. Vvlg. sap. 3, 15 quae non -at, radix sapientiae (ἀδιάπτωτος ἡ ῥίζα). Clavd. 15, 269 Pellaeo libertas ... auro. *pretia rerum, fides debitorum:* Cic. Verr. 5, 12 praeclara nomina artificum ... Verris aestimatione sic -isse (*i. pretia vilia facta esse*). Manil. 19 cum in Asia res magnas permulti amiserant, ... Romae solutione impedita fidem -isse (*cf. ibid.* ruere illa non possunt, ut haec non eodem labefacta motu -ant). Cod. Theod. 14, 4, 5 *a. 389* suariorum vires ea -isse occasione ..., quod fundi eorum ... donatione transcripta sunt. *sim.* Cod. Theod. 8, 12, 8, 1 *a. 415* curatores ... ab huiuscemodi negotio temperare debebunt, ne tanta res eorum -at vilitate.

III *technice*: 1 *in grammatica:* Prisc. gramm. III 159, 3 ne -ant *genetivi primitivorum genetivis derivativorum.* *hinc n. subst.* concidentia, -um Prisc. gramm. III 4, 17 in omnibus concidentibus (*velut* amator *subst. et* amator *imper. pass.*). 2 *apud gromaticos:* Grom. p. 317, 3 ab orientali parte limes in proximum -et. 318, 17 proxime -ens de sinistris partibus. *cf.* p. 322, 21.

forma **concado.** 1 *i. q. simul cado:* Sen. nat. 6, 1, 9 nihil ... interest ... solus in illud profundum an cum magno comitatu populorum -entium ferar. 2 *i. q. concido:* Cael. Avr. acut. 2, 10, 77 dentium -ente iunctione. diaet. pass. 42 virium -ente substantia. Cass. Fel. 51 p. 132 pulsus -it. Gloss. *v. p. 31, 6 sqq.*

synonyma: debilitari, deficere, labi, occumbere (Sil. 12, 645), procumbere (*adde* Ov. Pont. 1, 9, 14), prosterni, ruere. *opposita:* adsumere robur, attolli, se erigere, se sublevare, resurgere (*adde* Paneg. 4, 18), stare (*transl.* Cic. Att. 10, 8, 6). occidere (Cic. dom. 96).
derivatum: concasus, concidentia.

×**concīdo,** -īdī, -īsum, -īdere [*a* con *et* caedere. *Ih.*]. Cic. orat. 159 concisum, non concaesum. Gloss. συντέμνω, συγκόπτω, κατακόπτω, διακόπτω, praecido. concidit: battuit, cancellat. concisum: laceratum. Prob. app. gramm. IV 203, 31 *et* Isid. diff. 1, 119 *v.* concido *p. 31, 11.* *de significationibus cf.* conscindo.

I *aliquid*: 1 *proprie* (*manibus, armis, sim.*): *carnes, sim.:* Plavt. Amph. 85 eius ornamenta et corium uti -rent. Cic. Flacc. 73 manus quas contudit, digitos quos confregit, nervos quos -it. Cels. 2, 11 p. 55 scalpello *cutem* (5, 26, 32 ulcus. 6, 18, 2). 5, 26, 34 quidquid aridum est ... usque sanum corpus -ere. 7, 7, 14 *suffusionem oculorum* acu. 7, 29 p. 318 ut ... *infans* -sus eximi debeat *ex utero matris* (*opp.* solidus). Colvm. 12, 55, 4 *carnem* in libraria frusta. Petron. 59, 7 Aiax stricto ... gladio, tanquam insaniret, -dit *vitulum elixum.* 121, 120 pallida Tisiphone, -sa (-scissa *al.*) ... vulnera mande. 141 si corpus ... in partes -erint. Ivv. 4, 130 *rhombum.* Apvl. met. 2, 7 isicium fartim -sum. Amm. 25, 3, 5 beluarum suffragines ... et dorsa. Lampr. Heliog. 10, 5 *v. p. 35, 52.* Hyg. astr. 2, 4 p. 34, 12 Lycaon *filium* ... cum alia carne. Vvlg. exod. 29, 17 -sas carnes *arietis.* lev. 1, 6 artus in frusta. 8, 20 *al.* Avg. civ. 22, 8 p. 574 coquus ... piscem. Oros. hist. 4, 20, 35 -sis visceribus. Tab. devot. Audollent 287ᵃ ner⟨v⟩a illis (*equis?*) -as. Corp. XIII 10027, 149 (*in fibula*) capud Gorg⟨o⟩nis Perseus -era(t). *tropologice:* Lvcif. non parc. 14 morsibus serpentis -sum cor tuum. *holera, fruges, sim.* (*maxime in culina*): Cato agr. 119 -ito ipsas (*oleas*). 123 de iunipiro materiem semipedem crassam -ito minutim. 157, 7 *brassicam crudam* si edes -sam. Pompon. Atell. 50 far. Varro rust. 3, 10, 6 *anseribus* obiciunt ... herbam ... teneram aliquam -sam. Cels. 4, 29 p. 156 mixtus capparis cortex -sus. Colvm. 6, 4, 3. 6, 10, 1. 8, 11, 14 *al.* 12, 9, 1. 12, 22, 2 haec minute (12, 48, 4 *al.*). 12, 59, 3 caseum ... minutatim. Scrib. Larg. 136 *radicem* in minimas particulas. 156 *al.* Calp. ecl. 5, 6 capellas ... lascivo -ere germina morsu. Plin. nat. 13, 106 bacas ... -sas cum alica ... doliis condi. 15, 18 *al.* 16, 54 flos ... resinae cum multa astula ... -itur ad cribrum minuta. 18, 97 grana. 18, 112 *et saepe.* 25, 117 *radices* -untur in quaternos digitos osseis cultellis. 25, 170 radicem ... -sam in aceto decoctamque. 26, 58 minute. Mart. 14, 160 tomentum -sa palus Circense vocatur (Pelagon. 204 *harundinem* in partes). Itala Marc. 11, 8 (cod. k) alii ... frondia -ebant de arboribus (κόψαντες; Vvlg. caedebant). Vvlg. IV reg. 4, 39 -it *colocynthidas* in ollam pulmenti. Avg. c. Faust. 6, 4 p. 288, 21 fructum ... nec ... -unt aut coquunt. p. 289, 5. Apic. 116 -si capparis minuti (*sic libri*). Cael. Avr. chron. 5, 1, 20 herbam ... in breves particulas. 4, 7, 104 *al.* 4, 8, 127 chamaeleae -sae atque contritae.
ligna: Cato agr. 37, 3 sarmenta *vitis* .. -ito minute. Ov. fast. 2, 647 ligna senex minuit -saque construit arte. Fest. p. 262, 17 ruta caesa dicuntur, quae venditor possessionis sui usus gratia -it. Vlp. dig. 32, 55 pr. lignum (32, 55, 2 minutatim). 32, 55, 2 arbores. Itala iud. 9, 48 (Lugd.) sarcinam lignorum (ἔκοψε; Vvlg. praecidit). Vvlg. gen. 22, 3 I reg. 6, 14. Lex Sal. 34 add. 1 sepem. *hinc tropologice:* Optat. 1, 10 p. 12, 15 scismaticos a vite velut sarmenta esse -sos (*i. abscisos?*). 2, 9 p. 45, 4 vos esse fractos ramos ab arbore, vos esse abscisos palmites a vite, vos rivum -sum a fonte. *ibid.* 45, 6 potest ... arbor a ramo -i. *cf.* 6, 3 p. 147, 16 a qua (*ecclesia*) vos -sos esse (p. 148, 4). *lapides, metallum:* Ivv. 14, 291 (*de nummis*) -sum argentum in titulos faciesque minutas. Flor. epit. 4, 10, 10 argentum dolabris. *sim.* Vvlg. IV reg. 24, 13 *al.* Inscr. christ. Rossi II 89, 42, 1 *in adnot.* Petron. 123 vers. 192 paulo ante lues iam -enda iacebat (*sc. glacies facta*). Herm. Pal. vis. 3, 6, 1 -sos ... et longe proiectos *lapides* (κατακοπτομένους). *varias res, maxime arte factas:* Liv. 38, 39, 2 naves *regias* ... -ret cremaretque. 38, 39, 3. Val. Max. 1, 8, 9 *Pompeius* -sae scaphae lignis conburebatur. Svet. Claud. 16 essedum argenteum. Pavl. dig. 18, 6, 13 lectos. Vir. ill. 72, 6 sellam (73, 2). Vvlg. Mich. 1, 7 sculptilia. Ezech. 5, 2 -ite aratra vestra in gladios. Apvl. met. 3, 14 lorus ... prius a me -sus atque laceratus interibit ipse quam tuam ... contingat cutem. Vlp. dig. 28, 4, 1, 3 si quidem illud (*testamentum*) -it (ʻ*scrib.* conscidit; σχίσῃ *Graec.*ʼ *Kuebler*). Optat. 7, 1 p. 162, 9 *librum* -sum minutatim ignibus imponebat. *ibid.* p. 163, 3 post legem a Moyse fractam ... et -sam et incensam ante tempora christiana. Optat. 6, 1 p. 144, 14 cur -istis precibus viam (*i. altaria confregistis*)? Amm. 26, 8, 10 catenam fortius bipenni -ens ita confregit, ut disiecta patefaceret aditum. Avg. civ. 15, 9 p. 75 *dentem* minutatim.
subi. res: Plin. nat. 19, 11 Cumanae plagae -unt apro saetas. *terram, solum etc.:* Cato agr. 44 qua locus ferax non erit, id (*sc. oletum*) plus (ʻ*quam in loco feraci*ʼ *Keil*) -ito. 128 terram cretosam rutro. Verg. georg. 2, 260 magnos scrobibus -ere montes (*i. colles vinearum*). Ps. Lact. mort. pers. 7, 4 *provincias* in frusta. Oros. hist. 2, 6, 4 fluvium per magnas ... fossas. 6, 10, 3 gladiis terram. *aliter* Itala Dan. 7, 23 (Lucif. non parc. 30) *bestia* manducabit omnem terram et conculcabit eam et -et (Vvlg. comminuet; *cf.* Vvlg. Zach. 11, 6). Avg. serm. ed. Mai 6, 2. *passive, latente fere subiecto:* Caes. Gall. 3, 9, 4 pedestria esse itinera -sa aestuariis. Colvm. 4, 18, 2 hortulorum descriptio quanto est minoribus modulis -sa. Plin. nat. 18, 47 umidiorem agrum fossis -i atque siccari. Plin. epist. 5, 6, 16 xystus in plurimas species distinctus -susque (-sus distinctusque *Stangl*) buxo. Ivst. 2, 1, 20 *Aegyptus* tot fossis -sa. Hier. in Is. 11, 6 p. 165 Nilus ... in ... rivos divisus est atque -sus (*ibid.* scissus in rivos). *sim.* Plin. nat. 16, 184 sono deprehenditur, an torta sit materies nodisque -sa. *de anima tamquam re corporea:* Tert. anim. 14 quae (*anima*) in totum corpus diffusa ... per sensualia variis modis emicet, non tam -sa quam dispensata (*cf.* 53 p. 386, 6). *technice:* Grom. p. 322, 21 casa venientem limitem orientalem -et. *sim.* p. 338, 4. *cf.* concido *p. 33, 52.*

2 *translate:* a *generatim:* L. Crass. or. frg. Cic. de orat. 3, 4 cum omnem auctoritatem universi ordinis ... in conspectu populi R. -eris (*ibid.* non tibi illa sunt caedenda). Vvlg. Sirach 28, 18 virtutes populorum -it *bilinguis.* Avg. civ. 6, 10 p. 269, 13 civilem *theologian* non ausus est *reprehendere Varro*, quam iste (*Seneca*) -it. Act. Petr. 15 ostendetur ... tua pravissima natura et -etur machinatio tua.
Qvint. inst. 1 pr. 24 illae artes ... frangunt atque -unt, quidquid est in oratione generosius. 1, 7, 33 *cavillationibus* ingenia -i et comminui. 11, 1, 27 multae erunt *partes orationis* et eam (*memoriam?*) distinguent (distringent?) atque -ent. 12, 1, 7 nihil est ... tot ac tam variis adfectibus -sum atque laceratum quam mala mens. b *speciatim in philosophia, rhetorica* (*dicendo vel cogitando dirimere, lace-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 ***res corporea*** *aliquid comparat.*: OV. ars 2, 278 auro -atur amor. PETRON. 109, 5 epulae . . . -ant hilaritate concilium (*codd.*, concordiam *Buecheler*). PLIN. nat. 14, 117 quo (*sc. genere vini*) somnus -etur, alterum quo fugetur. 20, 189 somnos -at (*vet. Dal.*, concitat *codd. sed cf.* 21, 142. 23, 38. 32, 28). 25, 106 amicitias -are (*sc. verbenacam*). 28, 117 odium omnium hominum his -are (*sc. intestina . . . chamaeleorum ianuae inimicorum inlita*). 33, 9 *manus* auctoritatem -vere auro. QVINT. inst. 6, 3, 25 facto risus -etur (35). MACR. sat. 7, 6, 3 vinum aut potu interioribus -atur aut fotu, ut superficiem (*i. cutem*) curet, adhibetur. ENNOD. epist. 3, 12, 1 p. 80, 9 ardorem lympha -at et siccitatem . . . inriguitas vivi fluminis gignit. PANEG. 3, 19 *sidera* vobis . . . fovendae reipublicae studia -ant. CLAVD. 21, 59 pacem -ant arae. **4** ***res incorporea*** *aliquid*: CIC. Mur. 41 gloriam -at magnitudo negotii, gratiam aequitatis largitio. de orat. 2, 206 haec res amorem magis -at. part. 15, 53 *adfirmatio* motu animorum -et in dicendo fidem. Lael. 20 societatem generis humani -vit natura. 100 *virtus* -at amicitias et conservat. VAL. MAX. 4, 4, 9 *bona animorum gentis Aeliae* imperia -bant . . . iungebant adfinitates. 4, 8, 1 efficaciorem *gratiam* . . . opportunitas -at. SEN. dial. 5, 5, 5 *simultates* ira -at. QVINT. inst. 2, 7, 4 *bene dicta* laudem -ant. FRONTO p. 122 N. *eloquentia* metum incutit, amorem -at. VLP. dig. 3, 5, 5, 12 ratihabitio hoc (*sc. negotium*) -at (*i. componit*). APVL. Socr. 4 p. 129 raritas -at admirationem. HIL. in Matth. 4, 26. 24, 6. HIER. epist. 53, 1 dei timor et divinarum scripturarum studia -ant. AVG. civ. 2, 19 MACR. sat. 1, 6, 10 SACR. Leon. p. 332 BOETH. mus. 1, 1 ENNOD. epist. 1, 19, 1 p. 30, 23. 2, 1, 8 p. 40, 16. *sequitur enuntiatum obiecti loco*: ENNOD. carm. 1, 3, 8 vitis frugibus ut crescat, vulnera (*i. amputatio vitis*) -ant (*i. efficiunt*). *aliquid alicui*: CIC. Mur. 23 *artes* nobis populi Romani studia -ant. NEP. Att. 19, 1 suos cuique mores -are fortunam. LIV. 22, 22, 8 eam unam rem -uram Romanis principum Hispaniae amicitiam. 29, 22, 8 ipsa deformitas Plemini . . . favorem ad vulgum (*pro* vulgo) -bat. 42, 12, 2 an invidia adversus Romanos favorem illi -et (IVST. 39, 1, 6). OV. trist. 4, 5, 14 *tibi* raram famae -are fidem. VAL. MAX. 8, 7, 6 *quae res* ei sociorum amorem -vit (IVST. 16, 2, 9). SEN. benef. 4, 20, 2 haec res illi . . . amicos . . . beneficia -et? COLVM. 8, 8, 7 quae res avibus amorem loci -at. PLIN. nat. 21, 159 gratiam his (*sc. mulieribus*) . . . -ari (*sc. usu helenii*). TAC. dial. 9 *carmina* neque dignitatem ullam auctoribus suis -ant neque utilitates alunt. GELL. 17, 2, 1 utile exercitium ad -andas nobis . . . verborum recordationes. APVL. apol. 12 amorem eius . . . virtutes amatoribus suis -are. HIL. in Matth. 10, 24 AVSON. 414, 1. SCHOL. Cic. Bob. p. 286 παρέκβασις miserationem -at reo, invidiam . . . Clodio. CLAVD. 25, 17 mihi -at . . . aures . . . Stilichonis amor. SACR. Leon. p. 308. 376 ENNOD. dict. 5, 10 p. 440, 10. epist. 1, 4, 2 p. 8, 5. 3, 10, 2 p. 78, 8. *nota enuntiatum pro obiecto*: NEP. Att. 19, 3 *ut ei* -arit (*sc. fortuna*) quod nemo adhuc civis Romanus quivit consequi. *aliquid alicui rei*: PANEG. 10, 15 magnitudo principis . . . gestis veterum fidem -at. *aliquid alicui aliqua re*: PAVL. PELL. 57 annos mihi libertas ludusque . . . -are suis meritis potuisse videntur. *aliquem*: AVSON. 419, 78 amicos . . . quales caritas, non fortuna, -at. *aliquem alicui*: VAL. MAX. 7, 1, 1 uxorem pudicitia . . . conspicuam -vit (*sc. fortuna Metello*). VELL. 2, 59, 2 cum ei (*sc. Octavio*) dignatio (*sc. praetura*) Iulia genitam Atiam -asset uxorem.

C *i. q. comparare, acquirere emendo*: PLAVT. Epid. 472 -visti pulchre (*i. vili emisti*). 654 sororem in libertatem idem opera -o mea. Persa 538 tibi recte -andi . . . facerem copiam. Pseud. 133 male habiti, male -ati (*i. servi nequam damno emptoris comparati*). Trin. 856 eo conductor melius de me nugas -verit (*i. eo maiore lucro suo*). TER. Eun. 669 male -ate (*de servo fugitivo*). COD. Iust. 7, 18, 3, 1 quae ex earum rerum quaestu ac fructibus -ata sunt. *fortasse huc pertinet*: VLP. dig. 24, 1, 3, 1 (*verba imp. Anton.*) ne concordia (*sc. mariti et uxoris*) pretio -ari videretur. *pecuniam cogere, conficere, expedire*: CIC. Verr. 2, 137 pecuniae -andae causa. 2, 141 *pecuniam -atam* . . . a civitatibus . . . coegisti. 2, 142 HS viciens ex hoc uno genere -arit et ceperit. 3, 71 capere, -are pecunias (3, 91. 194. 218 Att. 6, 1, 21). CARM. epigr. 1273, 2 qui varios cursus variumque labo⟨rem⟩ sustinui ut iustas -ret (*an* -rem?) opes.

D *de aliquo afferendo, adducendo*: **1** *generatim*: PLAVT. Capt. 131 si ullo pacto ille huc -ari potest. Poen. 769 qui illum dudum -erunt mihi (*i. cocionem mihi adduxerunt vel fortasse emendo comparaverunt*). TAC. ann. 15, 51 spem dedit posse impelli et plures (*sc. socios*) -are (*i. adsciscere*). APVL. met. 1, 23 qui mihi tantum -vit hospitem. **2** *speciatim de puella petenda*: **a** *iustarum nuptiarum causa*: PLAVT. Mil. 801 ut sese ad eam -rem. 1212 quam ego nunc -o tibi. OV. am. 1, 13, 42 num me nupsisti -ante seni? ars 2, 554 -ante viro. SEN. contr. 1, 6, 7 locuples est, pater, quam mihi -es. APVL. apol. 68 eam -are studebat . . . filio suo. SERV. Aen. 10, 722 pactae coniugis hic ordo est: -ata primo, dein conventa, dein pacta, dein sponsa. *metonymice*: NEP. Att. 5, 3 nuptias M. Cicero -arat (IVST. 7, 6, 11). SEN. contr. exc. 8, 6 oblatas -ante Fortuna nuptias. STAT. silv. 3, 5, 70 Roma iugales -are toros (*Ital.*, toro *M.*). Theb. 2, 229 *pars* foedera -ent nova. **b** *de lenocinio, parario*: SEN. contr. exc. 6, 7 hoc adulterium esse non putas quod marito -ante committitur? PETRON. 127 -o tibi, o iuvenis, sororem (*i. amicam*). SVET. Iul. 50 existimabatur . . . Servilia . . . filiam suam Tertiam Caesari -are. LEX Sal. capit. 1, 6 si quis filium aut filiam alienam in coniugio copulandum -verit (consiliaverit *edd., vide sub* conciliator *p. 40, 3 sqq*).

part. adi. **conciliātus**, -a, -um, *i. q.* **1** *pacatus, placatus, popularis, sim.*: LIV. 7, 30, 3 misericordia vestra -i. 21, 2, 4 *Hasdrubal* primo Hamilcari -s, gener inde. 22, 34, 2 plebi insectatione principum -um. 27, 15, 11 praefecto -s. CVRT. 7, 9, 19 iuvenem aetatis flore -um sibi (IVST. 42, 1, 3). STAT. silv. 1, 4, 3 Astraea Iovi . . . -a. QVINT. inst. 3, 8, 6 -s est ei quisque quem consulit. SVET. vita Ter. 2 quibus . . . -s existimatur. APVL. apol. 72 mihi -s . . . et arto . . . contubernio intime iunctus. DICT. 6, 4 uterque sibi -s sibi Lacedaemona discedit. AMM. 25, 3, 22 caelo sideribusque -um . . . principem. AVG. civ. 3, 13. 4, 19 -a sibi Fortuna. 4, 21. 7, 35. 8, 14 *numen* Socrates habebat adiunctum et amicitia quadam -um. *superl.*: SYMM. epist. 9, 37 est enim nobis -issimus ob vitae integritatem. **2** *inclinatus, propensus, pronus*: FRONTO p. 53 N. genus humanum natura insectantibus indomitum, blandientibus -um. GELL. 12, 5, 8 sensibus doloris voluptatisque . . . recens natus homo imbutus est. voluptatis quidem a natura -s, a dolore autem abiunctus alienatusque est. *comparat.*: QVINT. inst. 4, 2, 24 ut iudex ad rem accipiendam fiat -ior. **3** *comparatus*: LIV. 21, 60, 4 -a clementiae ⟨iustitiae⟩que (*add. Weissenb.*) fama. PANEG. 12, 21 solitudo provisa et silentia late -a (*i. facta*).

synonyma et iuxta posita: adiungere, adligare, capere, cogere, commendare, comparare, complacare, conligare, continere, in amicitiam copulare, amicum facere, iugare, lenocinari, obligare, pacare, pacificare, placare, propitiare, sociare, unare (acquirere, adhibere, adipsci, adducere, adsciscere, afferre, allicere, amicare, colligere, commiscere, componere, conducere, conferre, conficere, consequi, convertere, efficere, emere, expedi, exsequi, benevolum *sim.* facere, lenocinium facere, imbuere, mitigare, perducere, perficere, petere, in gratiam reducere). *opposita*: abiungere, alienare, avertere, dirimere.

derivata et composita: conciliabulum, conciliatio, conciliator, conciliatura, conciliatus. de-, in-, reconcilio.

concilitās, -ātis, *f.* GLOSS. II 272, 2 concilitas διαλλαγή.

×**concilium**, -ī *n.* [*sunt qui conferant c.* calare, clamare, *sed repugnat significatio, quam habent verba* conciliare, inconciliare. *v. Corssen, Beiträge zur ital. Sprachkunde 41. Th.*]. GLOSS. φιλοποιΐα. συναγωγή. συνέδριον, συμβούλιον. σύνοδος. ἐκκλησία. coenobulium. conventum. -m graece (*sic! intellexit scriba, ut videtur,* conchylium: *cf.* GLOSS. III 356, 11), latine consilium (*pro* concilium) conventus vel concentus, coetus. VARRO ling. 6, 43 a cogitatione -m, inde consilium. FEST. p. 38 concilium dicitur a populi consensu, sive -m dicitur a

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

concalando, id est vocando. GELL. 15, 27, 4 *ex libro Laelii Felicis*: is qui non universum populum sed partem aliquam adesse iubet, non comitia sed concilium edicere debet. *vide tamen quae de hoc discrimine disseruit Botsford p. 47, 10 laudatus.* EVGRAPH. Ter. Eun. 669 concilium (conciliabulum?) nundinas dicimus. DIFF. ed. Beck p. 47, 43 inter concilium (*correxi*, consilium *cod.*) et conventum *etc.*: concilium est convocata multitudo, conventus ex diversis locis populum in unum contrahit, coetus fortuitu congregatur, coitus duorum corporum inter se iunctio. ISID. orig. 6, 16, 12 concilium vero nomen tractum ex more Romano. tempore enim quo causae agebantur conveniebant omnes in unum communique intentione tractabant, unde et concilium a communi intentione ductum quasi communicilium. nam cilia oculorum sunt. *nota masc.* concilius: LIB. pontif. p. 115 cui concilius concessit tempus paenitentiae. concilium *et* consilium *saepissime in codicibus permutantur, qua de causa varias lectiones nisi gravissimis locis adnotare supersedeo; hic illic haud facile diiudices,* concilium *scribi maluerit auctor an* consilium. *neque editores in magna inconstantia versantes nos adiuvant. attamen inter ea verba, quoad quidem ex more iuris publici Romani usurpantur, hoc in universum interesse videtur, quod* concilium *proprie significat plebem Romanam vel exteras gentes data occasione ad certas res agundas convocatas,* consilium *conventum vel coetum hominum amplioris ordinis, ut senatorum, principum, ducum, regum habitus. illud gr.* σύλλογος, ἀγορά, συναγωγή, κοινόν, συμπολιτεία. *hoc* βουλή, συμβούλιον, συνέδριον, ἐκκλησία. *cf. etiam* GLOSS. iurispr. cod. Paris 1357 A κονσέλιον: βουλὴ καὶ συνέδριον ἐκ φανερῶν ἀνδρῶν. *si* ECCL. *excipis, qui hac voce satis frequenter, sed plerumque peculiari sensu synodi utuntur, plus dimidio exemplorum, quibus inest politica notio, legitur apud* LIV., *postea verbum, licet iam rei publicae temporibus non sit crebrum, admodum rarescit donec proprio usu technico cum re ipsa evanescat. omnino deesse videtur* TER. CATVLL. TIB. PROP. SEN. rhet. MANIL. VELL. CELS. PHAEDR. MELA. COLVM. PERS. LVCAN. PLIN. nat. MART. IVV. SVET. FRONTO. GELL. SCRIPT. hist. Aug. EVTR. AVIEN. *singulis locis* SALL. HOR. VITR. PETRON. PLIN. APVL., *binis* NEP. SEN. VAL. FL. QVINT., *ternis* PLAVT. VAL. MAX. HOMER. FRONTIN., *quaternis* OV. SIL. AMM. CLAVD., *5ies* AVSON., *6ies* CVRT., *8ies* TAC., *passim apud* ICTOS, *saepissime praeter* LIV., CIC. (*27ies*), CAES. (*c. 50ies*), VERG. (*11ies*), STAT. (*17ies*), *sed in his quoque sunt dubia.*

I proprie *i. q. coniunctio*: 1 *de coniugatione, compositione quarumlibet rerum*: LVCR. 3, 805 mortale quod est immortali atque perenni iunctum in -o. TERT. pall. 1 luminis -o et mensurae temperamento (*i. coloribus Punicae togae inter se compositis*). 4 unde et nominis -m quando quidem labiis vacuerat ab uberum gustu (*respicit ad originem vocis Achillis, sc. ab* α *et* χεῖλος. *cf. Etym. Magn. s. v., Vel. Long. apud Cassiod. gramm. VII 154, 13*). BOETH. arithm. 1, 1 p. 8 alia (*sc. de essentiis*) vero disiuncta a se et determinata partibus et quasi acervatim in unum redacta -m (*i. unitatem*), ut grex, populus, chorus, acervus. 2 *de copulatione atomorum,* σύγκρισις; *qui usus Lucretio peculiaris est*: LVCR. 1, 183 primordia genitali -o arceri. 1, 484 corpora sunt porro partim primordia rerum, partim -o quae constant principiorum. 1, 517 nil esse potest nisi materiai -m. 1, 772 nil in -o naturam ut mutet eorum. 1, 1082 haud ... possunt tali ratione teneri res in -o. 2, 110 multaque ... per inane vagantur, -iis rerum quae sunt reiecta. 2, 120 *corpora* -iis et discidiis exercita crebris. 2, 563 numquam in -m ut possint compulsa coire nec remorari in -o nec crescere adaucta. 2, 919 coetu -oque nil facient. 2, 935 non fieri partum nisi -o ante coacto nec quicquam commutari sine conciliatu. 3 *de concubitu*: ARNOB. nat. 2, 16 edunt (*sc. animalia*) per uteros fetus et corporalibus -iis procreant: et nos corporum coniugationibus nascimur. *nota*: OV. met. 1, 710 hoc mihi -m tecum manebit (*i. sub forma syringis nympha iam in arundinem transformata mihi consociata manebit*). *fortasse huc pertinet lusus verborum apud* PLAVT. Mil. 1013 socium tuorum -orum (*agitur de lenocinio*) et participem consiliorum.

II translate *i. q. conventus*: 1 *de coetu deorum, sive generaliter societas caelestium sive consessus ad certam rem agundam a Iove convocatus significatur,* concilium *vox propria fuisse videtur*: LVCIL. 27 vel⟨lem⟩ -o vestrum ... ⟨vellem⟩ adfuissemus priore (29) -o ... (30) -o antiquo (*i. priore*) (*cf.* SERV. Aen. 9, 227. 10, 104 LACT. inst. 4, 3, 12). CIC. Tusc. 1, 72 *impiis* devium quoddam iter esse, seclusum a -o deorum. 4, 69 *amorem* in -o deorum conlocandum putet *poesis*. div. 1, 49 Hannibalem ... a Iove in deorum -m vocari ... ducemque ei unum e -o datum. nat. deor. 1, 18 off. 3, 25. ad Q. fr. 3, 1, 24 dicentem Apollinem in -o deorum. PS. SALL. in Tull. 3. 7 VERG. georg. 1, 25. Aen. 10, 2 -mque vocat divum pater. HOR. carm. 3, 25, 6 stellis inserere et -o (consilio *ABC*) Iovis (SEN. nat. 2, 42, 1 advocatos ad suum -m a Iove deos quasi in ipso parum consilii sit. MART. CAP. 2, 168 iam sede in -o Iovis dilecta. RVT. NAM. 1, 18 quale per aetherios mundani verticis axes -m summi credimus esse dei). OV. met. 1, 167. 14, 812. VAL. MAX. 1, 6, 13 te hominum numero subtrahere volunt, deorum -o adiecerunt. VAL. FL. 1, 213 aequoreos vocat ... deos Neptunus et ingens -m. 2, 313 HOMER. 107. 345 STAT. Ach. 2, 56. silv. 3, 2, 4 sternite molle fretum placidumque advertite votis -m. Theb. 1, 198 Iovis imperio ... -o divum convenerat ordo. QVINT. inst. 11, 1, 24. NEMES. ecl. 1, 51 caelo dignius ... -oque deum. PANEG. 6, 3 ARNOB. nat. 4, 1 qua via intellegi possunt dii esse *Victoria Pax etc.* atque ad superorum -m pertinere. AVSON. 424, 3 -m cogit superum de rebus Achivis. 428, 3 acto deorum -o. MART. CAP. 7, 730. CORP. XI 4082 aediculum -i deorum dearumque (*cf.* XI 5750). STAT Theb. 4, 634 Furiarum (CLAVD. 3, 28 sororum Furiarum). 6, 356 Musarum. TERT. spect. 1, 8 frigebat daemonum -m sine sua Matre Magna. 2 *de animis mortuorum congregatis*: CIC. Cato 84 o praeclarum diem, cum in illud divinum animorum -m coetumque proficiscar. VERG. Aen. 5, 735 amoena piorum -a, Elysiumque colo. 6, 433 *Minos* silentum -mque vocat vitasque et crimina dixit (consilium *P quod* PS ASCON. in Verr. p. 155 *explicat de consessu iudicum*, conc- *etiam* SERV. *cf. Norden, Vergils Aeneis Buch VI p. 239*). LIV. 2, 38, 4 ab sede piorum, coetu -oque abigi. STAT. silv. 5, 3, 25 -a heroum iuxta manesque beatos. Theb. 3, 146 animarum maesta queruntur -a. 12, 285 umbrarum. AVSON. 163, 29 -iis animarum mixte piorum. 3 *generaliter de hominibus ad colloquendum vel ad deliberandum convenientibus, congregatio, coetus, societas, sim.*: PLAVT. Mil. 249 si ambas videre in uno miles -o volet. 4, 598 -m quod habere volumus (*utroque loco nota iocosam* αὔξησιν *nam de duobus vox alibi non legitur*). CAEC. com. frg. 157 haec erunt -a hodie. CIC. Sest. 32 nullum collegium aut -m aut omnino aliquod commune consilium, quod tum non ... de mea salute decrevisset. rep. 1, 28 quasi doctissimorum hominum in -o. 6, 13 -a coetusque hominum iure sociati (fin. 2, 77). fin. 3, 63 natura sumus apti ad coetus, -a, civitates. off. 3, 38 -m pastorum. CAES. civ. 1, 19, 2 *cum* -a conventusque hominum fugeret. NEP. Epam. 3, 5 amicorum -m (*edd.*, consilium *cod. C., recte, ut videtur*). VERG. Aen. 2, 89 regumque vigebat -iis. 3, 679 -m horrendum (*sc. Cyclopum*). 5, 75 *Ascanius* e -o multis cum milibus ibat ad tumulum. 11, 234 -m magnum primosque suorum accitos ... cogit (*secundum Servii interpretationem expectes* consilium). LIV. 1, 21, 3 Camenis eum lucum sacravit, quod earum ibi concilia (cons- *M*) cum coniuge sua Egeria essent. 2, 35, 5 *si* absterrendo singulos a coitionibus (contionibus *cod. U.*) -iisque (consiliis *cod. M.*) disicere rem possent. 4, 48, 4 nunc in senatu, nunc in -iis (*Crevier, edd.* consiliis *codd.*) privatis principum cogendis viam consilii inveniebant. 5, 7, 5 -o (*codd. dett.* consilio, *nescio an recte*) inter sese (*sc. tribunos plebis*) habito senatum adeunt. 8, 14, 10 Latinis populis conubia commerciaque et -a inter se ademerunt (9, 43, 24). 10, 39, 2 -a secreta agunt. 22, 53, 9 -m iuvenum. 27, 35, 3 quod (*Olympiae ludicrum*) maximo coetu Graeciae celebraretur, ut ... adiret id -m. 34, 2, 4 coetus et -a et secretas consultationes. VITR. 2, 1, 2 cum conventus initio apud homines et -m et convictus esset natus. VAL. MAX. 6, 1, 1 cum *Lucretia* iniuriam suam in -o (cons- *L*¹) necessariorum deplorasset. 6, 6, 5 illam curiam mortalium quis -m (CVRT. 6, 11, 25 ARNOB. 1, 60. 2, 22) ac non Fidei templum dixerit. PETRON. 140 nec ullius turbae frequentioris -o oculos suos crediderat. STAT. Theb. 3, 93 excussae procerum mentes turbataque mussant -a. 3, 178. 3, 346 -o ... duces cogebat. 12, 474. QVINT. decl. 253 p. 36, 24 in contionibus et -iis. SIL. 13, 292 adit omnia ... -a ac mensas contingit. FRONTO p. 174 N. lectis -ii (*consilii iudicum?*) commentariis. *sensus in loco lacunoso non satis clarus.* APVL. flor. 18 p. 86 mihi et patria in -o Africae, id est vestro et pueritia apud vos et magistri vos. AVSON. 421, 3 cogitur Achilli -m. 422, 6 in -m proceribus advocatis ... mox in contionem multitudine congregata. LVCIF. non conv. 5 p. 11 *sq.* si non est -m vestrum vanitatis [VVLG. psalm. 25, 4] convince me. non est vanum -m (consilium *codd. Vv.*) in quo omne consilium non est. DICT. 1, 6 Palamedes cuius ... maxime ... consilium valuit, ad Priamum adit conductoque -o ... in eo consilio (*an* concilio?) aderant ... ita eo die consilium (*an* concilium?) dimittitur. 2, 33 in -o verba fecit *Agamemno*. 4, 18 ubi -o mixtus est. HIER. epist. 78 mans. 11 dat -m (*malim* consilium) septuaginta seniorum. PRVD. cath. 5, 138 festis trahimus ... noctem -iis. CLAVD. 5, 317 infame nocentum -m. 20, 403 ingens -ii clamor. COD. Iust. 11, 6 (5) 6 dispendii iactura in omne naviculariorum -m ... deferatur. 4 *speciatim de militibus, ut Romanis, in contionem convocatis*: CAES. civ. 1, 19, 1 Domitius dissimulans in -o (*cod. b; sed cf.* 1, 17, 4). LIV. 5, 43, 8 cum se in mediam contionem intulisset, abstinere suetus ante talibus -is. 5, 47, 7 vocatis classico ad -m militibus ad tribunos. 8, 11, 6. 25, 32, 1. AMM. 21, 13, 10 sub reverenda -ii (*Petschenig,* consilii *codd.*) vestri facie statuo. 5 *de bestiis congregatis*: OV. met. 10, 144 inque ferarum -o medius sedebat. STAT. Theb. 3, 550 piget inrupisse volantum -a (*i. interfuisse congressui volucrum*). SYMPH. 69 mutatoque solo non sum miserabilis exul, sed mihi (*sc. cochleae*) concĭlium de caelo nascitur ipso (*tecte significat aenigmatista* conchȳlium *quocum natura facto coclea quasi consociat*). *in imagine*: ITALA psalm. 67, 31 (Hil. *ad loc.*) increpa feras silvae (VVLG. arundinis), -m (VVLG. congregationem, συναγωγήν) taurorum inter vaccas populorum (VVLG. in vaccis, ἐν δαμαλέσι). 6 *metonymice de hominibus congregatis vel de loco conveniendi*: PLAVT. Cist. 700ª hic -m fuit. LIV. 8, 27, 9 circumstantes -m (*i. ubi senatus Lucanorum convenit*). 33, 32, 1 Isthmiorum ludicrum ... -m Asiae Graeciaeque (*cf.* CVRT. 4, 5, 11 ludicrum Isthmiorum quod conventu totius Graeciae celebratur; in eo -o Graeci ... decernunt). CORP. V 6473

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

macereis -m clusser (*i. cluserunt*) et puteum ... fecer⟨unt⟩. 7 *in imagine, de rebus incorporeis*: CIC. fin. 2, 12 tamquam meretricem in matronarum coetum, sic voluptatem in virtutum -m adducere. SEN. benef. 7, 27, 1 vires in -o sunt velut signo ad permiscenda omnia dato.

III technice: 1 *de conventu, contione plebis Romanae*, σύλλογος, *opp. comitia*, ἐκκλησία, *quod discrimen sub imperii aetate paulatim evanescit. cf. Berns, de comitiorum tributorum et conciliorum plebis discrimine, Wetzlar 1875; Mommsen, Staatsr. 3, 149; Kornemann, PW. 4, 801 sqq.; Botsford, Transact. Amer. Philol. Assoc. 35 (1904), 21 sqq., qui accuratius de horum verborum usu agit. pleraque exempla sub 'iuncturae verbales' contuli*: LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 132 comitieis -ove .... CIC. Sest. 65 tribuni plebis -o (*ironice dictum*). 75 venit tandem ⟨in *add. Madvig*⟩ -o de me agendi dies. p. red. in sen. 11 ne obnuntiare -o aut comitiis. inv. 2, 52 -m plebis (*alibi sine genet.*). leg. 2, 31 comitiatus et -a vel instituta dimittere vel habita rescindere. LIV. 3, 64, 8 -m dimisit nec deinde comitiorum causa habuit. 8, 29, 2 *quae res* sermonibus magis ... hominum iactata quam in publico ullo -o est. 9, 45, 8 ob haec vulgo in -iis (consiliis *MP.*) iactata populus bellum fieri Aequis iussit. 30, 24, 11 permixto paene senatus (*an* senatu?) populique -o consensum est. 39, 15, 11 *nisi cum* comitiorum causa exercitus eductus esset aut plebi -m tribuni edixissent aut aliquis ex magistratibus ad contionem vocasset. *apud* LIV. concilium *sine genet. plus 25ies legitur, cum* plebis *vel* populi *25ies*. PAVL. FEST. p. 50 cum populo agere, hoc est populum ad -m aut comitia vocare. SIL. 2, 383 -m (consilium *Koch, fort. recte*) ... exposcit patribusque vocatis (*sc. Fabius*). *nota de comitiis tributis*: LIV. 1, 26, 5 -o populi advocato. 1, 36, 6 -a populi, exercitus vocata. 3, 71, 3 -o populi a magistratibus dato. *de comitiis centuriatis*: LIV. 6, 20, 11 in Petelinum lucum ... -m populi indictum est. 2 *de publicis conventibus extra urbem, sive in Italia sive in provinciis, imprimis de societatibus Graecis, velut Achaeorum, quae* συμπολιτεῖαι, κοινά *vocantur*: LEX Bant. (Corp. 197) 6 comitia -mve. NEP. Tim. 4, 2 -m populi. LIV. 1, 50, 2. 4. 6. 1, 51, 1. 4. 5. 1, 54, 1 -a (*cod. M.*, consilia *cett.*) publica (2, 28, 4). 2, 44, 8 principes in omnium Etruriae populorum -iis fremebant (4, 23, 5. 10, 16, 4 *saep.*). 9, 7, 1 in -o (*meliores codd.*, consilio *alii*) sociorum fidelium. 32, 19, 9 quid in senatu quisque civitatis suae aut in communibus -iis gentis ... dicerent. 34, 17, 11. 51, 5 nec comitia nec conventum nec -m ullum non traducentes (*sc. Thessali*). 35, 49, 2 in -iis ... contionibusque. 36, 28, 7 -o (consilio *cod. B*) Aetolorum. 39, 37, 7 cum -ii nostri eam fecerimus et nobis miscuerimus, ut unum corpus et -m totius Peloponnesi esset (*verba Lycortae*). 42, 43, 4 discedentibus a societate communis -ii Boeotorum quibusdam populis. 42, 43, 8 qui privati coetum et -m (*malim* consilium) habuissent. 45, 18, 7 ut suum quaeque (*sc. regio*) -m (consilium *cod. V.*) haberet. *in summum apud* LIV. *fere CLX exempla huc pertinent*. CVRT. 6, 1, 19. 6, 11, 9. 9, 10, 5. 10, 2, 3. SIL. 2, 330 -one ... Libyae Tyrioque senatu ... sedet? 11, 71 coetu patrum ingentique senatu ... toto e -o clamor. FRONTIN. strat. 3, 2, 6. 3, 6, 6. PLIN. epist. 7, 6, 1 decretum -ii (*sc. Bithynorum*). VLP. coll. Mos. 11, 7, 1 Baeticae (PAVL. coll. Mos. 11, 6, 1 CORP. II 2221). AMM. 16, 12, 65. 28, 6, 7 COD. Iust. 2, 12 (13), 21 CORP. II 4246. III 1454 [IV 2465]. XIII 3162 III. 3 *de coetibus barbarorum ad res militares, civiles, sacras agundas convocatis*: CAES. Gall. 1, 19, 4. 1, 30, 4. 5. 2, 4, 4 in communi Belgarum -o (7, 15, 3). 3, 3, 2. 3, 18, 7. 5, 6, 2. 5, 53, 5. 5, 56, 1. 3. 4. 5, 57, 2. 6, 7, 6. 6, 13, 1 plebis ... nulli adhibetur -o. 6, 20, 3 de re publica nisi per -m loqui non conceditur (*sc. magistratui Gallorum*). BELL. Alex. 12, 2 SALL. hist. frg. 2, 22. LIV. 3, 2, 3 in -m gentis missos. FRONTIN. strat. 2, 9, 5 TAC. Germ. 6. 12 *bis*. 13 hist. 4, 56. 64 ann. 15, 2. 22. 4 *de synodis ecclesiae, episcoporum sim.*, συνέδριον, συναγωγή, σύνοδος: TERT. ieiun. 9, 13 aguntur ... -a ex universis ecclesiis per quae et altiora quaeque in commune tractantur. pudic. 8, 10. ITALA iud. 20, 1 (Lugd.) -m fecit omnis synagoga (*aliter* VVLG., ἐξεκκλησιάσθη). CYPR. epist. 1, 1. 59, 4 *saep.* HIL. c. Aux. 15 LVCIF. non conv. 5 p. 12, 6. 17. 26 PRISCILL. tract. 2, 53. 54 AMBR. fid. 1, 1, 6 VVLG. num. 16, 2 (psalm. 1, 5. 88, 8. 110, 1. I Macc. 14, 22, *gr.* βουλή). Iudith 6, 19 (*gr.* ἐκκλησία). Is. 16, 3 ini consilium, coge -m (*aliter gr.*). Marc. 15, 1 consilium facientes ... et universo -o (σύμβουλιον ἑτοιμάσαντες ... καὶ ὅλον τὸ συνέδριον, act. 25, 12). *in reliquis* (25) *locis, praeter* I par. 26, 15, *ubi gr. aliud habet*, concilium *constanter reddit* συνέδριον *vel etiam* συναγωγή, *ut in illis quoque* consilium *potius scribendum conicias*. RVFIN. hist. 5, 23, 1 conventus episcoporum et -a ... -a vocantur (σύνοδοι ... συγκροτήσεις). AVG. c. Faust. 13, 5 retract. 2, 50 de anim. 2, 12 *persaepe*. SVLP. SEV. 2, 36, 7. 2, 39, 1. 2, 41, 6 (*9ies*). ALC. AVIT. epist. 90 p. 98, 23 *saepe*. *nota de ecclesia catholica*: COD. Iust. 1, 2, 1.

iuncturae: 1 *adiect.*: antiquum: LVCIL. 30. genitale: LVCR. 1, 183. immortale, perenne: LVCR. 3, 805; divinum: CIC. Cato 84; caeleste: HIL. op. hist. frg. 1, 1; sanctum: HIL. op. hist. frg. 2, 2. 7 COD. Theod. 16, 2, 4 CONC. Rom. a. 501 p. 420, 2. 426, 11 GREG. M. epist. 9, 135 COD. Iust. 1, 2, 1; nobile: STAT. Theb. 6, 355; inviolabile: CLAVD. 24, 243; venerabile: COD. Theod. 16, 2, 4 CONC. Rom. a. 499 p. 403, 22 COD. Iust. 1, 2, 1; venerandum: CONC. Rom. a. 501 p. 427, 3. 429, 20 GREG. M. epist. 1, 24 p. 36; reverendum: ALC. AVIT. 34 p. 64, 16; honorabile: CONC. Rom. 501 p. 428, 1. amoenum: VERG. Aen. 5, 735; placidum: STAT. Theb. 3, 178; festum: PRVD. cath. 5, 138. horrendum: VERG. Aen. 3, 679; maestum: STAT. Theb. 3, 145; atrum: STAT. Theb. 4, 633; triste: STAT. Theb. 8, 275; nefarium: LVCIF. non conv. 5 p. 12, 26; infame: CLAVD. 5, 317. commune: CIC. Sest. 32 CAES. Gall. 2, 4, 4. 7, 15, 3 LIV. 6, 33, 6. 32, 19, 9. 34, 41, 4. 38, 34, 5 39, 25, 1. 42, 43, 4. 45, 18, 5 CYPR. epist. 19, 2 (*saepius, sed variant codd.*). OROS. 3, 12, 12; publicum: LIV. 1, 54, 1. 2, 28, 4 FRONTIN. strat. 3, 6, 6; generale: AMBR. epist. 13, 4 ISID. orig. 6, 16, 2; universale: POSSID. vita Aug. 8 VINCENT. LER. 3, 4 GREG. M. epist. 2, 46; plenarium: AVG. bapt. 2, 3, 4. AVR. epist. 1011a. 1012a *persaepe*. privatum: LIV. 4, 48, 4; secretum: LIV. 10, 39, 2. Ioviale: MART. CAP. 8, 806; pontificale: SIDON. epist. 4, 25, 1; sacerdotale. CONC. Rom. a. 501 p. 421, 1. 447, 17 GREG. M. epist. 3, 8, 9. frequens: LIV. 35, 31, 3; ingens: VAL. FL. 1, 213; magnum: HIL. op. hist. frg. 2, 2; maius: AVELL. p. 68, 10; numerosum: ALC. AVIT. epist. 34 p. 64, 16. regionale: AVG. bapt. 7, 53, 102; alienum: GREG. M. epist. 13, 50 p. 416 *saep.* armatum: CAES. Gall. 5, 56, 1. 2 *verba*: advocare: CIC. Vatin. 15. 18 dom. 79 LIV. (*8ies*); convocare: CIC. Vatin. 18 CAES. Gall. 1, 40, 1 (*7ies*) HIRT. Gall. 8, 20, 2 LIV. 38, 8, 2 AMM. 21, 13, 10 RVFIN. hist. 5, 23, 1; vocare: VERG. Aen. 6, 433 LIV. 1, 8, 1 OV. met. 1, 167 VAL. FL. 1, 213. 2, 313 STAT. Theb. 5, 98. 8, 275 TAC. ann. 15, 2 CLAVD. 3, 28 ENNOD. opusc. 2, 56 p. 305, 6 GREG. M. epist. 3, 9. cogere: CAES. Gall. 7, 77, 1 VERG. Aen. 11, 234. 304. 460 LIV. 4, 48, 4. 36, 26, 1 CYPR. epist. 72, 1 IVVENC. 3, 259 CONSTANT. ad Euseb. 13, 565 (Migne) AVSON. 421, 3. 424, 2 CLAVD. 24, 243. indicere: CAES. Gall. (*7ies*) LIV. (*23ies*); edicere: LIV. 35, 25, 4. 39, 15, 11 GELL. 15, 27, 4. dare: LIV. (*10ies*). habere: LEX Bant. (Corp. I 197) 6 LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 132 CIC. inv. 2, 52 CAES. Gall. 4, 19, 2. 5, 53, 4 NEP. Tim. 4, 2 VERG. georg. 1, 25 LIV. (*14ies*) CVRT. 9, 10, 5. 10, 2, 3 HOMER. 345 CYPR. epist. 55, 6. 59, 10 AMBR. epist. 8, 7 CONC. Rom. a. 501 p. 447, 20 GREG. M. epist. 9, 218 p. 207 CORP. XII 6038 *saep.* praebere: LIV. 42, 44, 7. facere: LIV. 3, 10, 8. 45, 29, 9 AMBR. epist. 8, 7 GREG. M. epist. 5, 62. 6, 17. 12, 9. peragere: CAES. Gall. 5, 24, 1. 6, 4, 6; agere: TERT. ieiun. 9, 13 CYPR. epist. 59, 13 OPTAT. 1, 15 p. 17, 22 AVSON. 428, 2. exposcere: SIL. 2, 383. conducere: DICT. 1, 6. congregare: ITALA Ioh. 11, 47 (VVLG. colligere, *gr.* συνάγειν). HIL. c. Const. 23 EPIST. pontif. 235 *Migne* 13, 358 GREG. M. epist. 2, 47, 48. constituere: PRISCILL. tract. 2, 54. celebrare: CYPR. epist. 72, 1 GREG. M. epist. 4, 9; adunare: LVCIF. non conv. 5 p. 12, 11 GREG. M. epist. 2, 46; unire: GREG. M. epist. 4, 35. dimittere: CIC. Vatin. 5 leg. 2, 31. 3, 42 CAES. Gall. 1, 18, 1. 1, 31, 1. 1, 33, 1 LIV. (*12ies*) ASCON. Corn. p. 58 HOMER. 107. 155 DICT. 1, 11; rescindere: CIC. leg. 2, 31; transferre: CAES. Gall. 6, 3, 4; dirimere: LIV. 1, 36, 7; differre: LIV. 35, 33, 8 CVRT. 6, 11, 9; rumpere: STAT. Theb. 7, 609; declinare: AMBR. epist. 13, 4. permovere: CIC. leg. 3, 42; mulcere: STAT. Theb. 3, 178. 6, 355; fatigare: STAT. Theb. 4, 633; vincere: SACR. Leon. p. 384. deserere: LIV. 6, 33, 6; relinquere: LIV. 32, 22, 9; linquere: STAT. Theb. 2, 477. inrumpere: STAT. Theb. 3, 549 DICT. 1, 8. inire: TAC. Germ. 6; intrare: HIL. op. hist. frg. 27. *c. dat.* inserere: LIV. 6, 38, 7 DICT. 1, 8; inferre se: LIV. 33, 16, 8 ARNOB. nat. 2, 22; se miscere: STAT. Theb. 12, 474; interesse: ARNOB. nat. 1, 60. *c. abl.* secludere: CIC. Tusc. 1, 72. excedere: LIV. 32, 22, 12; decedere: COD. Theod. 16, 2, 4 COD. Iust. 1, 2, 1; conlocare in: CIC. Tusc. 4, 69 off. 3, 25; adducere in: CIC. fin. 2, 12; proficisci in: CIC. Cato 84; se recipere in: CIC. off. 3, 38; mittere in: LIV. 3, 2, 3; adire in: LIV. 10, 12, 13 (*sed cf.* adire: LIV. 39, 33, 8 CVRT. 6, 11, 25); venire ad: CAES. Gall. 5, 24; venire in: LIV. 1, 51, 5. 35, 44, 1 STAT. Theb. 1, 198; convenire ad: CAES. Gall. 5, 56, 2; convenire in: LIV. 33, 17, 1. adhibere ad: CAES. Gall. 7, 77, 3; adhibere in: LIV. 1, 54, 1. convocare ad: CAES. Gall. 7, 14, 1 LIV. 2, 7, 7. 5, 47, 7. 36, 28, 9; vocare in: CIC. div. 1, 49 LIV. 42, 42, 3; revocare ad: LIV. 1, 52, 1; evocare in: LIV. 29, 3, 1; advocare in: QVINT. inst. 11, 1, 24 AVSON. 422, 6; provocare ad: AVELL. p. 58, 11. occurrere ad: LIV. 31, 29, 1; introducere in: FRONTIN. strat. 3, 6, 6; consedere in: GREG. M. epist. 9, 222. descendere ex: CIC. nat. deor. 1, 18; discedere ab: CAES. Gall. 7, 2, 3; discedere de: ALC. AVIT. 30 p. 60, 2; exire de: LVCIF. epist. 7 p. 330, 2; desciscere ab: LIV. 39, 48, 6. agere in: LIV. 31, 32, 3. referre ad: TAC. ann. 15, 22; transferre ad: PANEG. 6, 3.

iuxta posita: comitia: LEX Bant. (Corp. I 197) 6 LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 132 CIC. p. red. in sen. 11 LIV. 34, 51, 5 PAVL. FEST. p. 50; comitiatus: CIC. leg. 2, 31. collegium: CIC. Sest. 32; coetus: CIC. Cato 84 rep. 6, 13 LIV. 2, 38, 4. 34, 2, 4. 42, 43, 9; conventus: CAES. civ. 1, 19, 2 LIV. 34, 51, 5 VITR. 2, 1, 2; coitio: LIV. 2, 35, 5 (*v. l.* contio); consultatio: LIV. 34, 2, 4; contio: LIV. 35, 49, 2 QVINT. decl. 253 p. 36, 24; senatus: LIV. 4, 48, 4. 32, 19, 9 SIL. 2, 330; *saepe* concilium *et* consilium *in eadem sententia iuxta ponuntur ea ratione ut contentio vel lusus quidam verborum evadat*: PLAVT. Mil. 598 (*sed cf. supra ad II 3*). CIC. Sest 32 LIV. 4, 48, 4. 6, 10, 7. 33, 31, 7. 35, 12, 3 LVCIF. non conv. 5 p. 11 DICT. 1, 6 VVLG. Is. 16, 3 Marc. 15, 1.

synonyma: coenobulium, coetus, coitio, comitia, concentus, coniugatio, consilium, contio, conventus, convictus, circulus. coitus, compositio, concubitus, congregatio, congressio, congressus. coniunctio, copulatio, consociatio, societas, synodus. *Gudeman.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

concinenter *v. s.* concino *p. 54, 22.*

concinentia, -ae *f. a* concinere. *pluralis* BOETH. mus. 2, 18 FVLG. aet. mund. p. 138 CLAVD. MAM. anim. p. 205, 30. **1** *proprie: i. q. consonantia:* CHALC. comm. 73 Mercurium ... transeuntem per ea, quae in motu planetum ad organicum modum personabant, ... quae causa esset -ae recensere. MART. CAP. 3, 260 quae (*sc. XVIII litterae*) ... ex unius vocis sonitu conformatae diversas naturalis harmoniae causas sub oris -a reppererunt. 9, 909 omnium modorum -am. *cf.* FAV. EVL. p. 21. BOETH. mus. 1, 5 harmoniae -a. 1, 6. 1, 10 ex diversis sonis unam personare -am. 1, 16. 2, 18 -arum modus. **2** *translate: i. q. convenientia:* FVLG. aet. mund. p. 138 secundae aetatis mundi atque hominum -as. PS. RVFIN. in Os. 2, 8 per quem propheticis sententiis -a vindicetur. AVG. trin. 4, 2, 4 haec ... congruentia sive convenientia vel -a vel consonantia. c. Iul. op. imperf. 4, 104 servet simulandi -am. 6, 15 forma equi, ... bovis habent ... in mutua collatione distantiam, in suis tamen generibus aptam ex omni parte -am. MACR. somn. 1, 5, 15 caeli harmoniam, id est -am. SIDON. epist. 8, 4, 1 parietibus ... ad -am ... architectonicam ... locatis. CLAVD. MAM. anim. p. 73, 8 dissonantia contrariorum sibi corporum . . . in quandam -am cogitur. 73, 13. 117, 5 -am summae aequalitatis. 205, 30 plaudentibus -is.

syn.: congruentia, consonantia, convenientia, harmonia. *opp.:* distantia. *Poeschel.*

concinerātus, -a, -um [*a* con *et* cinis *ductum. Th.*]. TERT. pudic. 13 *moechum* concili⟨ci⟩atum et -um ... prosternis.

concingo, -xī, -ctum, -ere *a* con *et* cingere. ANTIDOT. Brux. 137 sine nodo -is te *herba Artemisia.* LEX Visig. 8, 3, 9 campos vacantes si quis fossis -erit. NOT. Tir. 97, 37 *in capitulo de vestimentis* concingit, -xit, -ctum (*v. l.* acc-). *L.*

concinnāmentum, -ī *n. a* concinnare. POTAM. tract. 2 p. 1416^{A} mox se ut ad cubile cordis -i nisu sector *serrans* . . . defixisset. *translate:* AVELL. p. 689, 23 ista -a Dorothei malitia fabricavit.

concinnātīcius, -a, -um. *a* concinnare. APVL. met. 2, 11 Milonis ... concinnaticiam mensulam rogatus accubueram.

concinnātio, -ōnis *f. a* concinnare. GLOSS. συμβαλλομαχία. συμπλοκή. συνσκευή. *in usu metricorum:* BASS. gramm. VI 271 cum omnia metra varientur aut adiectione aut detractione aut -e . . . (*cf.* FORTVN. gramm. VI 294 MAR. VICTORIN. gramm. VI 52. 74. 100. 132). *i. q. compositio:* TERT. adv. Val. 11 *Christum et Spiritum Sanctum* procurare -em *Aeonum* (*Irenaeus:* καταρτισθῆναι τοὺς Αἰῶνας). *libri sim.:* AVSON. 350, 2 centonem vocant, qui primi hac -e luserunt (*cf.* concinno *p. 50, 80*). 396 praef. satirica et ridicula -o. 400, 5. 407, 1 epistulae meae ... -o inhumana (*cf.* ENNOD. epist. 2, 19, 5 p. 61, 7. 5, 1, 4 p. 124, 5). 412, 4. 467, 3 elegans replicatio laborum quos Vlixes pertulit, mira -e colligitur. ENNOD. epist. 3, 15, 3 p. 83, 3 germanitatem ... respicit praefata -o (*cf.* 3, 21, 1 p. 87, 11. 5, 25, 2 p. 145, 14. 7, 15, 1 p. 184, 17). 3, 31, 1 p. 93, 22 fuci similis -o *epistularum.* 4, 9, 1 p. 104, 15 epistularis -o (5, 22, 2 p. 143, 19. 6, 3, 6 p. 151, 5. 6, 5, 5 p. 152, 17); 28, 1 p. 118, 4 prava -o. opusc. 5, 7 p. 395, 13 me -is superfluae in rhetoricis et poeticis campis lepos agitaret. 6, 1 p. 401, 7 pagina ... -is didascalicae. 9, 30, 3 p. 252, 17. CASSIOD. hist. 4, 24. *i. q. excogitatio, machinatio:* AVELL. p. 694, 20 ne per versutias aut aliquam -em ... impedimenta generentur. ENNOD. epist. 2, 19, 5 p. 61, 7 alucinationis nostrae -o. 8, 1, 2 p. 199, 11 blandimenti. EPIST. pontif. Cassiod. var. p. 389, 18 mendacii. ENNOD. opusc. 2, 139 p. 330, 1 quis ante -em mali huius, qui essetis, agnovit? *i. q. comparatio:* CATO agr. 106 (*lemma*) aquae marinae -o. INSCR. christ. Rossi II p. 413 pro -e luminariorum vestrorum.

concinnātor, -ōris *m. a* concinnare. GLOSS. κακοπράγμων, κατασκευαστὴς ὁ κακοπράγμων; concinnatores συγκαττυσταί. **1** *proprie:* COLVM. 1 praef. 5 capitum ... et capillorum -es. **2** *translate:* VLP. dig. 1, 16, 9 si quos causarum -es vel redemptores deprehendat (*cf.* PHYSIOGN. 31 -em negotiorum atque causarum). ARNOB. nat. 4, 32 deformitatum tantarum -es esse atque inventores poetas. LVCIF. Athan. 1, 19 veritatis interpolator, pravitatis -r. 2, 1 falsorum criminum. SIDON. epist. 3, 13, 2 de sutoribus fabularum, de -bus criminum. ⟨AVSON. 406, 15. *v. s.* concinno *p. 50, 38.*⟩

concinnātūra, -ae *f. a* concinnare. GLOSS. κόλλησις.

concinnis, -e. *cf.* concinnus. GLOSS. subtilis. APVL. met. 5, 20 lucernamque -em (concinne *Oud.*) completam oleo. *cf.* concinno *p. 50, 48.* *adv.* **concinniter.** GELL. 18, 2, 7 *versus* in saturis Q. Enni uno multifariam verbo -r implicati.

concinnitās, -ātis *f. cf.* concinnus. *formatum a* CIC., *postquam temptavit* concinnitudo. *plur.:* GELL. praef. 9 AMM. 29, 1, 11 NOVELL. Iust. 38, 4. **I** *de oratione vel partibus orationis.* **a** *absolute:* CIC. Brut. 38 memoriam -is suae . . . relinqueret *Phalereus.* 287 quid est ... tam in ipsa, quam ... consequitur, -e puerile? orat. 81 si aliquid -is efficiunt *collocata verba* (*syn.* ornatus). 83 -em, quae verborum collocationem illuminat. 84 elaborata -s et ... aucupium delectationis (*syn.* quaesitae venustates). 164. 165. 167. 201 collocationis ... eae quas diximus: compositio, -s, numerus. 219. 220. GELL. 7, 12, 4 C. quoque Trebatio eadem -s (*i. q. vocabuli compositio*) obrepsit. SOL. praef. 2 nec prodiga sit in eo (*sc. libro*) copia nec damnosa -s (*i. q. dicendi brevitas. cf.* concinnus *p. 52, 1*). 54, 1 egrediemur repromissae -is modum. SIDON. epist. 6, 11, 2 epistulari formulae debitam -em. **b** *c. gen.* sententiarum: CIC. Brut. 325 ornata sententiarum -s. 327. orat. 38. SVET. Aug. 86 vitatis sententiarum ineptiis atque -e. GELL. 1, 4, 8. verborum: CIC. orat. 149. 202 VEG. mil. 1 praef. GELL. 1, 16, 7 neque hoc (*sc. 'mille' numero singulari dictum*) ... vetustati concessum ... aut per figurarum -em admissum. MIN. FEL. 14, 2 exultare te dignum est -e sermonis. AMM. 29, 1, 11 obumbratis blanditiarum -bus ... Valentem sibi conmulcebat. **II** *de habitu:* SEN. epist. 115, 2 non est ornamentum virile -s. GELL. praef. 9 inscripta nimis lepida multasque prorsus -es redolentia. *i. q. concinnatio cf. p. 49, 53.* NOVELL. Iust. 38, 4 inventa ... circa tales requisitiones summa calliditate respuendas esse huiusmodi -es sancimus. COLVM. 1, 4, 3 sit sapientis non ... ubertatis illecebris aut deliciarum -e decipi. MIN. FEL. 23, 9 opinio ... imperitorum artis -e decipitur, auri fulgore praestringitur. CASSIAN. c. Nest. 7, 5, 3 -em pedum ... elegantiamque pinnarum quis finxit atque composuit?

synonyma: ornamentum, ornatus, venustas. *opp.:* inconcinnitas GELL. 2, 26, 4.

concinnitūdo, -inis *f. a* concinnus *formavit* CIC. inv. 1, 25 splendoris et festivitatis et concinnitudinis minimum.

concinno, -āvī, -ātum, -āre [*orig. inc., c. cf.* concinnus. *a* con *et* cinnus 'κυκεών' *ductum esse putat* NON. p. 43, *fortasse recte. Th.*]. ?*concinnor deponens* DOSITH. gramm. VII 430 verba quae passive tantum efferuntur, ex quibus quaedam etiam activa sunt: ... -or (consilior *Hagen*) μεταβουλεύομαι. PAVL. FEST. p. 38 -are est apte componere. NON. p. 43 -are est facere. sed proprietas verbi haec est, quod apud veteres cinnus potionis genus ex multis liquoribus confectum dici solet. recte autem -are et consentire intellegi potest quasi concinere. *cf.* p. 59. GLOSS. V 617, 23. GLOSS. συμβαλλομαχῶ. -at στερροποιεῖ ἐπὶ συμφώνῳ, συγκαττύει (cf. II 440, 10) καὶ δειλοποιεῖ (δηλοποιεῖ *Vulc.*) καὶ συνσκευάζεται (*cf.* II 447, 33). arte facit aut componit, subtiliter componit. -ant artificiose componunt. -ent compagiant. -asse συνκεκροτηκέναι. *legitur inde a* NAEV. *et* PLAVT.

I *coniungere:* GLOSS. conplectit, congregant. AVSON. 36, 3 ipsius hoc dominae -at utrumque venustas, has geminas artes una Sabina colit. 406, 15 qui grandines Vlixei et mel fluentem Nestora -at ore (concinnatorem *Z*) Tulli. *adde i. q. aequare:* MART. CAP. 7, 746 ut numeros germanae praecedentis formis ac lineis -emus. *passive i. q. consentire:* NOVATIAN. cib. Iud. 2 si qua a deo praecepta sunt, sic tractentur, ut cum deo -entur.

II *conformare, componere:* **A** *proprie:* PLAVT. Asin. 216 auceps quando -vit aream, offundit cibum. Men. 102 struices patinarias. 467 ego tibi hanc (*sc. pallam*) ... probe lepideque -atam referam (*cf.* 733). Rud. 96 si sapiam, hoc quod me mactat -em lutum. CATO agr. 21 cupam qui -et. 22 *trapetus* domi melius -atur et accomodatur (*cf.* 135). 106 si quid plus voles aquae marinae -are. 114 vinum (*cf.* 115. 122. 127. PLIN. nat. 14, 129). VITR. 8, 1, 5 lucerna -ata oleique plena et accensa (*cf.* VVLG. exod. 25, 6. 35, 8. 28 lev. 24, 2 num. 4, 9. 16 MARCELL. med. 8, 179 VITA Caes. Arel. 2, 44). SEN. dial. 10, 12, 2 illum ... otiosum vocas, qui Corinthia ... anxia subtilitate -at? COLVM. 12, 3, 8 cetera ..., quae refectionem desiderant, fabris -anda tradantur (*cf.* 2, 6). PETRON. 113 spoliatum crinibus vultum. PLIN. nat. 18, 236 dolia quassa sarcire, ovium tegimenta concinnare (*Ian;* incinnare D^2, *om. cett. codd.*). APVL. met. 6, 24 scaena ... sic -ata, ut. 7, 11 coquit, tucceta -at, apponit scitule (*cf.* 10, 13). 7, 26 cadaver ... disiectis partibus ... totum repertum aegreque -atum. MIN. FEL. 17, 1 *homo* utrum elementis concretus an -atus atomis (*cf.* TERT. test. anim. 1). SOL. 7, 29 -antur a perdicibus nidi munitione sollerti. 33, 12 *phoenix* rogos ... struit cinnamis, quos prope Panchaeam -at (*lectio incerta*). HIER. adv. Pelag. 3, 3 nodos mihi inter 'esse' et 'esse posse' -ans. PHYSIOGN. 40 oculi late patentes micantes ... tamquam -ati ad suavitatem. GILD. Brit. 90 chron. III p. 76, 8 vae quae -ant cervicalia. CORP. IX 3410 *litteris antiquioribus* duo cubi[. . . .]o -vit. *dubium* NAEV. carm. frg. 37 Romanus exercitus ... rem hostium -at (NON. p. 90 conficere vel colligere. GLOSS. V 639, 49 hic dissipare, alibi conponere).

B *translate, accedit de l. 75. 80, ex l. 76. 77:* SEN. benef. 7, 8, 2 virum ... eloquentiae ... non -atae nec in verba sollicitae (ENNOD. epist. 4, 12, 3 p. 107, 23 oratio ... elucubratis -ata sermonibus). VVLG. Iob 6, 26 ad increpandum tantum eloquia -atis. ENNOD. opusc. 2, 20 p. 294, 4 odia ... vota -ant. CARM. poet. min. V 61, 33 pica loquax varias -at gutture voces. SEN. epist. 7, 6 ingenium (*cf.* TERT. cult. fem. 2, 5). TERT. spect. 17 summa gratia eius (*theatri*) de spurcitia -ata est. *potissimum de libris conscribendis:* GELL. 3, 17, 5 *quod* ex eo *libro* Timaeum ... illum dialogum -asset. PRISCILL. can. praef. p. 111, 7 ex ... testimoniis quaedam verba decerpens canones ... -vi. AMM. 29, 2, 3 incantamenta ... ad insontium perniciem -ata. AVSON. 321, 4 si qua tibi in his versiculis videbuntur ... fucatius -ata. 350, 3 simile (*sc. centonem*) nos de eodem (*Vergilio*) -are praecepit. 406, 80 pedestre opus. 414, 3 iambis epistulam. SIDON. epist. (carm. 22) 1 hexametros -are vel condere. ENNOD. epist. 7, 2, 2 p. 173, 17 scripta. RHET. min. p. 588 *v. p. 51, 58.*

III *confingere, concipere:* GLOSS. artificiose confingit, ficta lo-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cuti sunt. κατασκευάζω ὅ ἐστιν ἐπιβουλεύω. SEN. epist. 49, 8 alia ... ad exemplum huius delirationis -ata. APVL. met. 5, 27 -ato mendacio fallens maritum (*cf.* LVCIF. Athan. 2, 7 p. 160, 5 AMM. 15, 2, 10 AVG. in psalm. 65, 7 SIDON. epist. 5, 6, 1). 7, 21 querelas. 8, 12 fraudulentas ambages. TERT. nat. 2, 1 cum philosophi physicum (*sc. genus deorum*) coniecturis -arint (*syn. ibid.*: *divinitas* argumentationibus ... colligatur). CLEM. ad Cor. 35 lingua tua -bat dolum (*cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 13, 27 VVLG. psalm. 49, 19 *ubi* PS. RVFIN. id est adornat dolos). ARNOB. nat. 1, 24 haruspices has fabulas ... -vere. 1, 57. 2, 18 *vita* parvas ... -vit sententiolas artium. 3, 32 nominis huius -ata est qualitas (*cf.* 4, 29 ex quibus causis appellatio ipsa -ata sit nominum). 5, 1 per calumnias crimina. PRISCILL. tract. 2, 50 preces falso. AMM. 16, 1, 3 quicquid autem narrabitur, quod non falsitas arguta -at SCHOL. Cic. Bob. p. 363 *Ceroni* quaedam peregrinitatis ab invisoribus -batur infamia. AMBROSIAST. in Rom. 8, 13 actus et consilia carnis. PS. AMBR. paenit. 14 -atis falsitate calumniis (*cf.* SIDON. epist. 4, 22, 3). HIER. epist. 84, 4 ambigua. VVLG. prov. 12, 19 -at linguam mendacii. Is. 32, 7 cogitationes -vit ad perdendos mites. PELAG. in II Tim. 4 p. 894^D. RVFIN. hist. 4, 7, 14 honestatem ... -atis macularet opprobriis. AVG. civ. 7, 19 quibus (*sc. interpretationibus*) colendi Saturni ratio -atur. COD. Theod. 16, 7, 4 commenticia et -ata. ENNOD. epist. 4, 33, 3 p. 121, 11 *voluntas* -ata excusatione defenditur. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 12 *adinventionem* -vit Apion.

IV ***facere,*** *efficere*: PLAVT. Truc. 793 livorem ... scapulis ... -as tuis. AFRAN. com. 374 aliquid dedita opera controversiae -o. LVCR. 6, 437 venti vis ... fervorem ... -at in undis. 4, 584 *vis* diffidens terram magnum -at hiatum. 4, 1283 consuetudo -at amorem. 6, 1118 aliis alius locus est inimicus ... varius -at id aer. TREBON. Cic. epist. 12, 16 pusillum laxamenti -vi tibi munusculum. PHAEDR. 2, 4, 25 quantum homo bilinguis saepe -et mali. SEN. epist. 117, 1 multum mihi negotii (*cf.* LVCIF. epist. 6 p. 327, 5). APVL. met. 3, 13 angorem tibi. CAPITOL. Pert. 2, 6 prodita est factio, quae illi (*sc. Pertinaci*) -ata fuerat (*cf.* CASSIAN. conl. 18, 15, 3). ARNOB. nat. 4, 26 *Iuppiter* noctibus vix novem unam potuit prolem extundere -are compingere. LACT. opif. 16, 14 corporis partium ... coniunctio motum illum sensibilem faciat animumque -et. FIRM. math. 3, 4, 34 *Mars stella* malis vitiis implicat et ... crebras -at insidias (*cf.* IVLIAN. epit. novell. 36, 23). CHALC. comm. 354 *voluntati dei providae* cum placuisset ... ignem primo terramque et aera atque aquam -are. HIL. in psalm. 2, 12 testes falsos -erunt. ZENO 1, 1, 4 quam (*sc. fidem*) verba -ant. 1, 16, 6 *uxor* deo -at invidiam. AVSON. 414, 1 multas ... mihi gratiae ... causas ... occasio ... -at. 417, 8 -at ... suspicio culpas. HIER. epist. 133, 9 qui de diversis naturis *hominis* ecclesiae bella -ant. VVLG. psalm. 57, 3 iniustitias manus vestrae -ant (LXX συμπλέκουσιν). PS. AVG. serm. 154, 8 haec qui agit, de stipulis ... iniquitatum ... sibi succendit ignes et nunquam extinguendos -at vapores. VINCENT. LER. 7 haeresin. CASSIOD. var. 5, 14, 8 -atis terroribus. *additur accusativus praedicativus*: PLAVT. Amph. 529 lacrimantem ex obitu -as tu tuam uxorem. 728 nulla res tam delirantis homines -at cito. Capt. 601 me insanum. 818 liberis orbas oves. Stich. 286 tranquillam viam. Trin. 684 nunquam erit alienis gravis qui suis se -at levem. Astr. frg. 2 annonam caram e vili -ant. ARNOB. nat. 2, 7 quos ita caecos et superbos nescio quae res protulit et -vit invidia.

synonyma: *ad* II: colligere. commentari (LVCIF. Athan. 2, 7 p. 160, 18). concinnatus: commenticius. *ad* III: compingere.

derivata: ex-, reconcinno.

part. perf. pro adi. **concinnātus,** -a, -um. GLOSS. τέλειος. factus. RHET. min. p. 588 grata sit *historia*, quod fieri solet, si ... cultu sententiarum, ... concinnatiore structura concinnetur.

part. adiect. **concitātus**, -a, -um. *compar. l. 20 sqq. 27. 38. 42 sqq. 54 sq. 57. 63. 72. 79 sq.; superl. l. 24 sqq. 29. 52.* GLOSS. ardens festinans; concitat[i]o συγκινηθέντι. **1** *acceleratus, properatus, praeceps, velox, sim.* **a** *de rebus*: CIC. de orat. 1,153 navigio. CELS. 2,7 venae. SEN. dial. 6,18,7 remigiis. epist. 55,2 *fluctus* frequens et -s. 78,17 morbum -um (*i. praecipitem*) et brevem. nat. 6, 20,4 *spiritus* vehementior quam ut sustineri (*sc. possit*) -s ac rapidus. 7,4,1 aeris -i et intorti. PORPH. Hor. carm. 2,13,15 maria. sat. 2, 2,32 aqua -ior. *de actione accelerata*: CIC. rep. 6,18 cuius cursus conversio est -ior (*eadem* BOETH. mus. 1,27. AMBR. hex. 2,2,7 cum ille caelestis orbis ... -iorem habeat conversionem). LIV. 35,29,6 haud paulo -iore cursu (SEN. nat. 5,1,3 cursus aeris). SEN. epist. 108,25 fugere quod currendi genus -issimum est. QVINT. inst. 2,11,4 -issimum corporis motum. AVG. epist. 126,3 gradu -iore. civ. 21,4 -issimo cursu ac recursu. MACR. somn. 1,14,27 nec ulla *celeritas* ... aut -ior esse possit aut segnior. **b** *de equo*: SISENNA hist. frg. 32 ecum -um (VAL. MAX. 1,8,8 CVRT. 4,9,5 *cf. p. 65,4 sqq.*). LIV. 35,5,8 equos -issimos inmittere. **2** *commotus, excitatus, instigatus, exagitatus, iratus, sim.*: CIC. Cluent. 90 populo (Mur. 24 VAL. MAX. 3,2,18 TERT. spect. 1,16). 106 homines (LIV. 2,55,8. 8,27,8). 108 multitudinem (Flacc. 15 Sest. 140 Mil. 2 NEP. Arist. 1,3 LIV. 2,56,14. 3,44,8. 7,14,2. 8,27,9. 23,14,8. 24,32,6 VAL. MAX. 9,7,2). Flacc. 17 contionis (VAL. MAX. 8,7 ext. 1). Sest. 65 operas. 109 furias. rep. 1,31 sociis. LIV. 25,37,14 aciem. 31, 37,10 hostibus. VAL. MAX. 4,7,2 agmen. SEN. epist. 28,3 vatis -ae et instigatae multumque habentis in se spiritus. QVINT. inst. 2, 15,28 Callicles adhuc -ior. 11,3,74 pater ille (*sc. in comoedia; cf. Poll. 4,144* ὁ ἡγεμὼν πρεσβύτης ... ἀνατέταται) interim -s, interim lenis, altero erecto, altero composito est supercilio. decl. 323 p. 271,6 -i et temerarii iuvenis motus est animus. TAC. dial. 14 -s et velut instinctus. AVG. civ. 2,24 -ior reversus est. SIDON. epist. 7,18,3 si me uspiam lectitavisti in aliquos -iorem. *de bestiis*: PAVL. FEST. p. 300 genus bestiolae malificae quae acrius -iusque fit fervore solis. **3** *de rebus incorporeis aut actionibus; i. q. permotus, perturbatus, fervidus, ardens, acer, vehemens, sim.*: LABER. mim. 91 -a, mobilitata mente (CIC. div. 1,128 -a mens aut soluta somno cernit). CIC. ac. 1,31 *res* ita mobiles et -ae. Tusc. 3,7 animi (LIV. 2,23,15. 7,14,3. QVINT. inst. 3,9,7 severum an mitem, -um an remissum). 4,34 turbidi animorum -ique motus. LIV. 2,14,6 impetu (VAL. MAX. 1,7 ext. 1. 5,4 ext. 6. SEN. epist. 124,18 magnos ... impetus et -os ... inordinatos ac turbidos). SEN. contr. 9,6(29),2 -issima est in morte rabies. VAL. MAX. 4,6 pr. a placido et leni adfectu ad ... ardentiorem et -iorem pergam. 5,1 ext. 2 -ae temulentiae impetu evectus. 5,7,3 -ioris et ardentioris erga filium benevolentiae. 7,2 ext. 7 ut praecipuae nobilitatis et -i ingenii iuvenes refrenentur. SEN. benef 2,27,3 multo -ior avaritia. 4,27,3 *vitia* acria et -a. dial. 6,7,2 desideria. 6,8,2 *tristitia* non illa -a ... sed pertinax et obstinata. epist. 75,12 adfectus sunt motus animi ... subiti et -i. 85,7 ambitionem ... non -am (*i. modicam*). 99,24 *bestiarum* -s est amor et paene rabidus. nat. 7,9,1 levis vis (*sc. turbinis*) aut magna et -a. CVRT. 3,10,3 ne suspensi ... -o spiritu capesserent proelium (QVINT. decl. 338 p. 340,29 nusquam maiore animo, nusquam -iore spiritu fuisse pugnandum). COLVM. 6,2,14 mores (*sc. bovis*) propiores placidis quam -is (6,29,4 mores *pulli* ... ex placido -i et ex -o (*v. p. 69,3*) mitissimi. *eadem de equo* PELAGON. 3). QVINT. inst. 6,2,9 *adfectus*. hos -os, illos mites atque compositos (9,2,3. 10,1,48. 73. 11,3,65. 11,3,162). 10,1,44 elatior ingenii vis et magis -a et plena spiritus. 11,1,3 *si* submissum (*sc. genus dicendi*) -is (*sc. causis*) adhibeamus. 11,3,129 frequens et -a in utramque partem nutatio. PORPH. Hor. carm. 4,14,24 'ignes' nunc pro acerrimis -isque periculis accipere debemus. MACR. sat. 2,7,19 *indignationem*. *de voce, clamore*: LIV. 10,5,2 -ior accidens clamor. SEN. epist. 122,15 audis clamorem -um (*i. clarum*). QVINT. inst. 11,3,175 erecta et -a voce dicendum est. **4** *speciatim de oratione vel oratore, i. q. ardens, vehemens, animosus, sim.,* καταφορικός: CIC. de orat. 2,58 oratione ... celeri et -a (SEN. epist. 40,2 QVINT. inst. 3,8,58. 3,8,60 torrens et ... -a). SEN. contr. 3 praef. 7 genus dicendi non remissum aut languidum sed ardens et -um. (QVINT. inst. 8,3,14 -ius ... dicendi genus. 10,1,90 Lucanus ardens et -s. 10,1,118 *Iulius Africanus* -ior. *cf.* AMM. 14,7,18 Eusebius ... -s orator). 7,4(19),6 violentus actor et -s. 7,4(19),10 magna phrasi flueret (*Thomas*, quasi fluerent *codd.*) et -a. VAL. MAX. 9,14 ext. 2 copiosae atque -ae facundiae oratorem. SEN. clem. 2,2,3 expresserunt sensus vehementes et -os. QVINT. inst. 12,9,3 vibrantibus -isque

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sententiis velut missilibus utetur. **5** *in re medica*: PLIN. nat. 23, 90 folia stomacho inlinuntur et vulvae -ae (*i. de spasmo uterino*). *substantivi vice*: LIV. 7, 18, 8 inter -os per se omnes vix duces eminent. VAL. MAX. 8, 10, 1 nimis remissos excitando... plus iusto -os revocando. COLVM. 6, 29, 4 (*v. supra p. 68, 65*). VVLG. prov. 27, 4 impetum -i ferre quis poterit?

adv. **concitātē.** **1** *celeriter*: SEN. dial. 7, 1, 1 -ius fertur. epist. 40, 12 disputabat expedite magis quam -e ut posses dicere facilitatem esse illam (*sc. eloquentiam*) non celeritatem. COLVM. 6, 6, 4 agitur pecus. LACT. inst. 5, 1, 9 ad *mortem* -issime tendunt (6, 1, 9). 6, 16, 3 non esse currendum -e sed gradiendum quiete. 6, 17, 13 quamlibet -e ierit. AVG. civ. 5, 26 *cum ventus* quaecunque in eos iaciebantur -issime raperet. quant. anim. 31, 62 movere illa corpuscula tanto -ius. MACR. sat. 2, 3, 16 cum Piso mollius incederet, filia -ius. MARCELL. med. 20, 57 stomachi dolorem -issime sedant. **2** *vehementer, acriter*: QVINT. inst. 1, 8, 1 quid lentius, celerius, -ius, lenius dicendum. 3, 8, 68. 8, 3, 40 -e dicere an moderate. 9, 4, 130 alia lenius, alia -ius, alia sublimius, alia pugnacius. 10, 2, 23 leniter... aspere... -e... remisse. 11, 3, 23 aspere... -eque (decl. 301 p. 185, 11 aspere et -e contra divitem acturus). 12, 10, 71 severe, acriter, vehementer, -e. 11, 3, 133 -e itur. 12, 10, 26 adfectus -ius moveat. FRONTIN. strat. 2, 1, 9 -ius intulit signa (AMM. 25, 1, 17). DON. Ter. Ad. 2. irati omnia -e (*codd.* concite *ed. pr., Wessn.*) faciunt. Hec. 85 -ius Pamphilum defendit. AVG. civ. 22, 23 -ius... remissius... concupiscere. c. acad. 3, 7, 15 ne -ius rapiar animo. mor. eccl. 1, 31, 37 -ius ventris et gutturis provocant appetitum.

synonyma verborum conciendi *et* concitandi: accendere, agitare, commovere, contrahere, excitare, gignere, incendere, inflammare, inlicere, inritare, instigare, intendere, movere, perturbare, sollicitare, temptare (accelerare, comparare, compellere, concutere, conlocare, conquatere, convocare, impellere, impetum sumere, moliri, permovere, provocare, pulsare, vehere, vocare). acer, ardens, celer, citatus, elatus, erectus, festinans, festinus, infestus, instinctus, mobilitatus, praeceps, rabidus, rapidus, subitus, torrens, turbidus, vehemens, velox, vibrans, violentus (acceleratus, emissus, fervidus, impulsus, instigatus, iracundus, iratus, praecipitatus, properatus).

opposita: componere, conciliare, detinere, deterrere, frangere, inhibere, lenire, levare, minuere, mitigare, mollire, placare, reflectere, refrenare, remittere, regere, resolvere, restinguere, retinere, retrudere. compositus, languidus, lenis, lentus, mitis, moderatus, molliter, placidus, quietus, remissus, segnis.

concitor, -ōris *m. a* concire, concitus. GLOSS. concitorem incitatorem. LIV. 23, 41, 2 belli (29, 3, 3. 37, 45, 17 TAC. hist. 1, 68. 4, 56 ann. 4, 28 IVST. 2, 9, 21. 5, 1, 1). LIV. 45, 10, 10 volgi. AMM. 14, 10, 5 seditionum. 15, 2, 10 ausorum. 15, 7, 5 turbarum (17, 9, 5. 28, 6, 28). 18, 5, 5 rerum novarum. 25, 10, 9 tumultus. 31, 10, 10 pugnarum.

concitus, -a, -um *v. p. 37, 76.* *Gudeman.*

concīvis, -is *m. a* con *et* civis. GLOSS. συμπολίτης; accolae vicini -es; compatriota -is, conprovincialis. *non legitur ante* ITALAM; *cf. Kuebler, Archiv 8 (1895) 187.* ITALA Eph. 2, 19 (Tert. adv. Marc. 5, 17) non sumus peregrini nec advenae, sed -es sanctorum (συμπολῖται, VVLG. cives). *cf.* AMBROSIAST. in Eph. 2, 19 -es facti filiorum dei. AVG. epist. 84, 1 cum -e meo. serm. ed. Mai 93, 4 *in paradiso* -es angelos... inveniemus. PS. AVG. serm. 188, 5. 224, 4. PAVL. NOL. epist. 25ᵃ, 1 -i bono (conci bono *M*, conciboni *Weyman*) nostro Victori. GREG. TVR. Mart. 2, 44 VEN. FORT. epist. (carm. 5, 6) 4. carm. 7, 7, 61 *al.* GREG. M. epist. 7, 3. EVANG. de nativ. Mar. 2, 1 inter ceteros -es suos (PS. MATTH. euang. 2, 1 *cod. B* cives). VITA Caes. Arel. 1, 3. 1, 17. VITA Caes. Arel. 1, 10 *nominativus* -es (1, 29 -is).

? **concius,** κερκίστρα GLOSS. II 106, 43 *corrupt.* (cuneus κερκίς *Heraeus*).

concla *v.* conchula. *L.*

conclāmātio, -ōnis *f. a* conclamare. *actus conclamandi, clamor plurium sive gaudentium sive querentium*: CAES. civ. 2, 26, 1 *Curio* universi exercitus -e imperator appellatur. SEN. clem. 1, 12, 2 -em tot milium sub gladio gementium. 1, 25, 5. TAC. hist. 4, 1 ubique lamenta, -es. ann. 3, 2 lacrimis et -bus dolorem testabantur. QVINT. decl. 246 p. 8, 2 familiae -e excitari non potuit, sed belli tumultu. ORAT. imp. Hadr. de Matid. (CORP. XIV 3579) luctuosis -bus resonant fores aedium mearum. ARNOB. nat. 1, 41 nonne illum Attin... deum sanctum Gallorum -e testamini? SERV. Aen. 6, 218 post ultimam -em comburebantur *cadavera*. COD. Iust. 1, 12, 5 nemo -bus utatur, nemo moveat tumultum. *accedit ad notionem consensus* (*cf. infra p. 70, 32*): PS. LEO M. homil. 13 sunt et alia... testimonia, quae ex paginis et novi et veteris Testamenti quadam -e confirment hanc esse... dignitatem.

conclāmito, -āre [*cf. c.* conclamare *et c.* clamitare. *Th.*]. PLAVT. Merc. 51 conclamitare (*inf. hist.*) *pater* tota urbe.

*****conclāmo,** -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* clamare. GLOSS. κατακράζω, συγκαλῶ. SERV. Aen. 3, 523 -at valde aut saepius clamat. GRAMM. VII 269, 1 clamo clamoris simplicis est, -o simul cum multis. *inde a* PLAVT. *legitur.*

I *simul clamo aut valde clamo, plerumque de pluribus, non raro de uno dictum. verbum* **intrans.** *est, sed saepe cum obiecto q. v. interno coniunctum. sequitur vel praecedit oratio directa*: PLAVT. Mil. 178 -o: 'heus quid agis tu', inquam, 'in tegulis'? CATVLL. 42, 18 -ate iterum altiore voce. VERG. Aen. 6, 259 'procul, o procul este, profani' -at vates. 9, 34. 373. 423. 12, 426. OV. ars 3, 737 'ei mihi', -at, 'fixisti pectus amicum'. PETRON. 50 *familia* 'Gaio feliciter' -vit. VAL. FL. 3, 259. 6, 29 STAT. Theb. 12, 436 SVET. Tib. 75. Nero 46 -atum est ab universis: 'tu facies, Auguste'! TERT. scorp. 10 VVLG. iud. 19, 30 HIER. epist. 55, 4 RVFIN. hist. 4, 15. *sequitur accus. c. inf.*: PLAVT. Men. 1156 vis -ari auctionem fore? CIC. inv. 2, 15 caupo... -at hominem esse occisum. Verr. 5, 142 Phil. 6, 2 PLANC. Cic. epist. 10, 21, 4 CAES. Gall. 3, 18, 5. 7, 66, 7 civ. 1, 7, 8 SALL. Cat. 48, 5. VERG. Aen. 2, 233 ducendum ad sedes simulacrum orandaque divae numina. LIV. 2, 65, 3. 5, 22, 5. 5, 28, 8 exercitus. 5, 55, 2 senatus. 6, 42, 13 -atum a patriciis et iuvenibus se id... facturos. 10, 5, 11. 25, 15, 15. 26, 10, 6 captum Aventinum -erunt. 30, 22, 6. 34, 61, 8. 37, 49, 5. 40, 7, 6. VAL. MAX. 4, 1, 12 cum interemptum Scipionem -ari audisset. SEN. dial. 7, 26, 8 *senex* -at iratum aliquem deorum (*sc. esse*). CVRT. 5, 5, 8. 5, 13, 5. 7, 4, 7. 10, 7, 3. PETRON. 102 -bo... servos... praecipitasse se in mare. TAC. hist. 3, 29 *C. Volusius* capta castra (*esse*) -vit. 2, 68. ann. 1, 8 -ant patres corpus (*Augusti*) ad rogum... ferendum. SVET. Iul. 80 APVL. met. 10, 6 SPART. Carac. 7, 2 VOPISC. Car. 8, 6. DARES 8 populus -vit per se moram non esse. 42 exercitus totus. AMM. 19, 1, 11 HIER. epist. 100, 11 *quamquam Iudaei* crucifigendum (*sc. eum esse*) vocibus impiis -verint. RVFIN. hist. 3, 7 auctorem vitae a semet universa gens -vit (ἱκέτευσεν) auferri. OROS. hist. 1, 6, 4. MARCELL. chron. II p. 98, 512, 6 *plurimi* Marinum Platonemque... feris subici -antes. SIDON. epist. 1, 7, 10 acclamatur ab accusatoribus, -atur a iudicibus reum laesae maiestatis confitentur teneri. *pro acc. c. inf. legitur* quod: HIER. in Is. 10, 1 p. 141 nobis videtur contra iudices... sermo propheticus -are, quod... iniquas scripserint leges. *accedit ad notionem consentiendi*: HIER. in Ioel 1, 4 p. 171 *erucam, locustam, bruchum, rubiginem* quatuor esse perturbationes... omnes philosophorum scholae -ant *cf. p. 69, 74. 71, 7.* *sequitur* ut: CAEL. hist. 30 imperator -at... ut... removeantur. QVADRIG. hist. 10ᵇ *Gallus* cum voce maxime -at... uti prodiret. CIC. Tull. 50 endoplorato, hoc est, -ato, ut aliqui audiant et conveniant. CAES. Gall. 5, 26, 4. LIV. 3, 50, 16 a multitudine -atum est, ut... mitterent (frg. 22 ab universa multitudine). 22, 30, 1 -atur, ut colligantur vasa. 24, 34, 1 -ant, bonum ut animum haberent. 30, 21, 10. FEST. p. 334 iuniores -erunt, ut de ponte deicerentur sexagenarii. *nudus coniunctivus*: CAES. civ. 3, 6, 2 -antibus omnibus, imperaret quod vellet. HIRT. Gall. 8, 20, 2 *Bellovaci* -ant, legati obsidesque ad Caesarem mittantur. LIV. 37, 39, 3 -atum undique est, duceret. CVRT. 4, 1, 29 -ant, duceret, quo videretur. *interrogatio indirecta*: CAES. Gall. 1, 47, 6 *Ariovistus* -vit, quid ad se venirent? *sequitur obiectum internum, quod vocatur*: VARRO AT. carm. frg. 5 nymphae 'o Phoebe' et 'ieie' -erunt. CIC. Flacc. 17 quod Mithridates... se velle dixit, id sutores et zonarii -erunt (*i. clamando probaverunt*). CAES. civ. 1, 66, 1 signum dari iubet et vasa militari[a] more -ari (*t. t. cf.* 3, 37, 4 ne[c] -atis quidem vasis. 3, 38, 1. FRONTIN. strat. 1, 8, 9. *eodem sensu absolute* CAES. civ. 1, 67, 2 quod pridie noctu -atum esset in Caesaris castris. 3, 75, 2). Gall. 7, 70, 6 ad arma -ant (civ. 1, 69, 4 -atur ad arma. LIV. 3, 50, 11. 6, 27, 3. 7, 12, 3. 10, 32, 9. 21, 49, 10. 23, 27, 4. 29, 9, 5. 29, 28, 9. 41, 26, 2. *cf.* 24, 29, 8 quod ibi primum -atum [sit] ad libertatem). Gall. 5, 37, 3 suo more victoriam -ant atque ululatum tollunt. VERG. Aen. 3, 523 Italiam primus -at Achates. OV. met. 6, 227. 7, 843. SEN. dial. 5, 43, 3 saepe rixam -atum in vicinio (vicino *A*) incendium solvit (APVL. met. 2, 27 ignem). epist. 17, 3 cum aqua (aliqua *codd.*) -ata est. 29, 11 hoc omnes tibi ex omni domo -bunt (*sc. nihil esse grato animo honestius*). 81, 30. STAT. Theb. 4, 802 -at... primus... 'aquae'. 10, 685 vulgus euntem auctorem pacis servatoremque deumque -at gaudens. IVV. 7, 167 haec alii sex vel plures uno -ant ore sophistae. TAC. ann. 3, 74 *duces* bene gesta re publica... -bantur *sc. imperatores.* APVL. met. 3, 27 latrones. HIER. epist. 61, 3 orthodoxum (*me*) -bas. 117, 6 *omnes te* ingenuam -bunt. VVLG. iud. 7, 18 clangite et -ate (ἐρεῖτε) 'Domino et Gedeoni'. *nota* VERG. Aen. 10, 737 -ant socii laetum paeana (*i. canunt*). *absolute positum continet notionem vel approbationis gaudiique vel lamentationis vel furoris sim.*: CAES. Gall. 7, 26, 4 *matres familiae* -are et significare de fuga Romanis coeperunt. 7, 21, 1 -at (clamat *A*) omnis multitudo et suo more armis concrepat. 7, 38, 6 -ant Haedui et Litaviccum obsecrant ut sibi consulat. VERG. Aen. 5, 660 actae furore -ant. OV. met. 4, 691. 10, 385. LIV. 1, 25, 6 cum -asset gaudio... exercitus. 1, 58, 12 -at (*sc. lamentans*) vir paterque (SIL. 2, 251 matres *Saguntinae*. STAT. Theb. 6, 13 planctu -at uterque Isthmos). 33, 9, 2 utraque acies simul -vere [*de clamore militari*] (SIL. 1, 502). SEN. dial. 9, 11, 7 totiens in vicinia mea -atum est. nat. 7, 1, 2. CVRT. 8, 11, 22 dato signo... universi -rent. PETRON. 54. VAL. FL. 4, 293 -ant socii et subitas dant gaudia voces. 4, 693. SIL. 16, 336 -ant plausuque fremunt. STAT. Ach. 1, 553. QVINT. inst. 2, 2, 12 cum indecora exsultatione -ant. FRONTIN. strat. 2, 4, 8 lixas calonesque... -are iussit. COMM. instr. 2, 2, 6 -ant pariter plangentes, sero gementes. ARNOB. nat. 4, 36 -ant et adsurgunt theatra. IVVENC. 4, 565 -ant omnes (*sc. ira incensi*). HIER. epist. 36, 13

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

omnis Iudaea -at et synagogarum consonant universa subsellia, quod videlicet idem sermo. 112, 22 seditione populi -ante. VVLG. Ios. 6, 5 -bit omnis populus vociferatione (ἀνακραγέτω πᾶς ὁ λαὸς ἅμα). iud. 7, 23 -antes ... viri Israel (ἐβόησαν) (18, 22). AMM. 24, 6, 11. 25, 6, 13 miles (*coll.*) -ans ... minaretur extrema. 20, 4, 17. PS. AVG. serm. 260, 1 oportet ... unumquemque super se ipsum quasi super mortuum -are. CASSIAN. c. Nest. 4, 1, 2 consentientibus et quasi -antibus sibi divinorum voluminum testimoniis.

II ***transitive:*** **a** *convocare, usu poetico*: VERG. Aen. 7, 504 duros -at agrestis. OV. met. 13, 73 socios. APVL. met. 4, 3 canes. 7, 21 -atum viatorum praesidium. CLAVD. rapt. Pros. 3, 4 illa (*Thaumantis*) ... numina -at pelagi. *nota* VVLG. I reg. 14, 20 -vit ... Saul et omnis populus (*cod. Vatic.* ἀνέβη, *Alex.* ἀνεβόησεν). iud. 10, 17 filii Ammon -antes (ἀνέβησαν) in Galaad fixere tentoria. *utroque loco passivam formam hebraicam* HIER. *male vertit activa.* **b** *i. q. inclamare*: SEN. Oed. 975 deos -at omnes. epist. 52, 13 non laudatur ille nunc, ... sed -atur. MART. 9, 45, 5 immensis -ata querellis saxa senis (*sc. Promethei*). DAMAS. epist. 2 Migne 13, 350^C Iericho ... -ata concidit. HEGES. 5, 26, 2 ubi -atae urbis resultavit sonus. PROSP. epist. 1, 3 hoc totum ab istis sanctis intentiosissime -atur (*i. impugnatur*). ALC. AVIT. carm. 4, 192 *angelicus chorus* laude perenni -at celebratque deum. COD. Iust. 6, 59, 11 pr. ad ultimum locum pater a legibus -atur (*i. ad hereditatem vocatur*). *speciatim*: *mortuum invocando deplorare*: DON. Ter. Eun. 348 -atum satis deploratum satisque vociferatum. SCHOL. Ter. p. 59, 10 olim, quando aliquis mortuus est, exercuerunt vigilias circa cadaver ipsius octo diebus. nono autem die omnes clamaverunt: non vivet, et sic eum rogo imposuerunt. LIV. 4, 40, 3 *domus* -erant suos. LVCAN. 2, 23 corpora nondum -ata iacent (*cf.* COMMENT. Lucan. 2, 23 nondum -ata: ante planctum. -ata: defleta vel mortua). STAT. silv. 2, 6, 5 partem -are tori. PS. QVINT. decl. 8, 10 ad vitam post -ata suprema redeuntes. APVL. Plat. 2, 18 -atis desperatisque corporibus. met. 1, 6 iam defletus et -atus es (2, 27). FRONTO p. 88, 1 N. -atus sum nostris. ZENO 1, 16, 6 cadaver amplectitur *uxor* -atum. AVSON. 323, 15 deposito prope -atus in aevo. AMM. 21, 15, 4 supremis cum gemitu -atis. 30, 10, 1 post -ata imperatoris suprema corpusque curatum ad sepulturam. ALC. AVIT. hom. 7 p. 117 peccatoribus in animarum funere -atis. PS. AVG. serm. 262, 2 oportet ... sicut super mortuum -atum, ita magnos super exstinctam animam dare planctus. CARM. epigr. 766, 3 quem nemus Aelysium Marinum -at omne. *inde proverbialiter*: TER. Eun. 348 iam -atumst (DON. *explicat* transactum ac finitum, ut -ata corpora nihil reliqui iam habent ad vitae officia. SCHOL. Ter. p. 101, 15 iam res peracta est. manifestum est. p. 59, 10 -ata res desperata). AMM. 18, 6, 18 actum et -atum est.

part. perf. p. **conclāmātus,** -a, -um *pro adi.* **1** *celeber vel famosus*: SIDON. epist. 2, 2, 12 ex illo -issimo fontium. 6, 1, 3 te -issimum primipilarem. 8, 3, 3 -issimas declamationes. 7, 14, 7. CLAVD. MAM. anim. p. 122, 9 religio -a est. *adde*: *part. praes. act. eodem sensu*: ALC. AVIT. epist. 30 p. 60, 24 Isaias conclamantissimus prophetarum. **2** *perditus, desperatus*: SERV. Aen. 2, 233 semper res perditae -ae dicuntur (*v. supra l. 40*). AMM. 15, 8, 21 salutarem genium adfulsisse -is negotiis. 20, 8, 17 rerum acerbitates iam -as et perditas. PRVD. ham. 944 -a iacebit materies. MACR. sat. 7, 5, 26 herbas -i (*i. perniciosi*) frigoris. ENNOD. opusc. 3, 82 p. 351, 28 actionem paene -am et valde difficilem ... percontatus est. 2, 23 p. 295, 1 sanari non potest -s (*i. mortuus*).

synonyma: *ad I*: clamare, clamorem tollere, clamitare, exclamare, plausu fremere (SIL. 16, 336). consentire (*v. p. 71, 7*). *ad II a*: convocare. *ad II b*: appellare, inclamare, invocare, celebrare, deplorare, deflere (*v. supra l. 32*). *per proverbium*: actum est (*v. supra l. 44*). *per adi.*: *ad 1*: vulgatus, celeber, famosus. *ad 2*: perditus, desperatus (*v. supra l. 43*), valde difficilis.

derivata: conclamatio, conclamito. *Hoppe.*

? **conclārius.** TERT. idol. 23 auditur in cera manus *Zachariae muti scribentis* omni sono conclarior (*B*, clarior *Gel.*).

conclassāre classem iungere, adiungere classem, coniungere classes; conclamare, GLOSS. [*it.* chiassare 'lärmen'. *cf. Diez, Etymolog. Wörterbuch d. roman. Sprachen I s. v.* chiasso. *M.-L.*] *L.*

conclāvātio, -ōnis *f.* a 1 conclavare. GLOSS. II 446, 19 συνήλωσις conclavatio.

conclāve, -is *n.* [*a* con *et* clavis *vel a* cum clavi *ductum esse videtur. Th.*]. *abl. sing.* -e: CALP. hist. 27 ENNOD. opusc. 2, 78 p. 312, 5 CARM. epigr. 1562, 5. *gen. plur.* -ium: PLAVT. Aul. 438 VITR. 7, 9, 2 CET. FAV. 15 p. 295. -iorum: VITR. 6, 3, 8. conclāve: CARM. epigr. 1562, 5. *nom. sing.* conclāvia? GLOSS. *v. p. 72, 8.* conclāvis: NOT. Tir. 50, 88 GLOSS. *v. l. 81. p. 72, 4. 7. 68.* conclāvium: VIRG. gramm. epit. 5 p. 40 domuncula -ium domus domicilium nidum avis (*cf.* BEDA gramm. VII 270, 9. conclaviorum *gen. plur. v. l. 74*). conclavum *et* conclavus GLOSS. *v. p. 72, 7. 8.* PAVL. FEST. p. 38 -ia dicuntur loca, quae una clave clauduntur (GLOSS. II 380, 38 conclavis οἶκος ὑπὸ μίαν κλεῖδα. II 575, 36 domus cum altera eadem clave reseranda). DON. Ter. Eun. 583 -e est separatior (spatiorum *T C*, secretior *V*) locus in interioribus tectis vel quod intra eum multa loca clausa sint ut cubicula adhaerentia triclinio. EVGRAPH. *ibid.* -e dicimus locum quem † † multa patefaciunt. SCHOL. Ter. p. 105, 11 in -i: in cubiculo vel interiore domo. p. 124, 23 -e locum secretum dicit in domo. GLOSS. κοιτών (*v. l. 59*), dieta, κουβούκλιον, interior cubiculus (GLOSS. V 280, 51 conclavis cubiculum intra cubiculum); interius cubiculum, sed proprie domus sic appellatur; locus clusus vel munitus vel domus quae multis concluditur cellis (GLOSS. V 279, 61 conclavis locus conclusus. IV 43, 30 -us. 36, 16. 497, 22). GLOSS. II 107, 6 conclavia συνοικία. 447, 6 conclavum conclavia συνοικία. V 281, 63 conclavia cubilia adversarius usus (ad varios usus *Löwe*) clausa. *legitur inde a* PLAVT., *deest apud poetas praeter* PLAVT. TER. HOR. sat. MART. CARM. epigr. 1562, 5.

I *proprie*: **1** *de cubiculis, tricliniis aliisque domus partibus, quae clavibus claudi possunt*: PLAVT. Aul. 438 qui angulos ⟨in⟩ omnis mearum aedium et -ium mihi pervium facitis? Cas. 881 recta via in -e abduxi. Mil. 140 unum -e, concubinae quod dedit miles. 142 in eo -i ego perfodi parietem. Most. 843 istum ... circumduce hasce aedis et -ia. Trin. 151 thensaurum demonstravit mihi in hisce aedibus, hic in -i quodam. TER. Eun. 583 virgo in -i sedet (*cf.* GLOSS. V 536, 41 in -i in cubiculo). Haut. 902 est mihi ultimis -e in aedibus quoddam retro. CALP. hist. 27 eo in -e postquam introivit. VARRO ling. 8, 32 gemina -ia dissimiliter poliunt (*Koeler*, pollent *F*). CIC. S. Rosc. 64 se in id -e committere. *ibid.* cum cenatus cubitum in idem -e ... isset. Verr. 4, 58 ut in singula -ia, ... tricenos (ternos *al.*) lectos ... quaereret. dom. 116 in Palatio ... porticum cum -bus pavimentatam trecentorum pedum concupierat. de orat. 2, 353 -e illud, ubi epularetur Scopas concidisse (VAL. MAX. 1, 8 ext. 7. QVINT. inst. 11, 2, 13 *eandem rem narrantes* triclinium *appellant*). div. 1, 26 -e illud, ubi (*Deiotarus rex*) erat mansurus, corruit. 2, 20 in eo -i. Phil. 2, 69 huius in aedibus (sedibus *codd.*) pro cubiculis stabula, pro -bus (*v. l.* tricliniis *cf. l. 27*) popinae sunt. ad Q. fr. 3, 1, 14 absolutum offendi in aedibus tuis tectum; quod supra -ia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum, id nunc honeste vergit. 3, 9, 7 inferior porticus et eius -ia fiunt recte. NEP. Dion. 9, 1 cum ... Dion ... in -i edito recubuisset. HOR. sat. 2, 6, 113 currere per totum pavidi -e. LIV. 39, 14, 9 ut ... comprehensos ... libero -i ad quaestionem servarent. VITR. 6, 3, 8 altitudines omnium -iorum ... sic habere debent rationem (CET. FAV. 15 p. 295 tricliniorum et -ium quanta latitudo et longitudo fuerit). 6, 6, 7 cum ... in tricliniis ceterisque -bus maximus est usus luminum. 7, 2, 2 camerarum dispositiones in -bus expediantur. 7, 3, 4. 7, 4, 1 -bus quae plano pede fuerint. *ibid.* libramentum -is. 7, 5, 1 ceteris -bus id est vernis autumnalibus aestivis ... constitutae sunt ab antiquis ... certae rationes picturarum. 7, 9, 2 *minium* cum est in expolitionibus -ium tectis inductum. CELS. 1, 2 exercitationem recte sequitur ... balneum, sed -i quam maxime et alto et lucido et spatioso (*sic ablativus sine praep.* in *legitur*: 3, 4. 3, 7, 2. 7, 29. VLP. dig. 29, 5, 1, 29). 3, 24 utendum est ... -i cultiore. 4, 6 in eo -i, quo cubabit aeger. 4, 11 calidum et inclusum. CVRT. 10, 7, 16 Perdicca ... -e ... obser[v]ari iubet. COLVM. 12, 2, 2 quod est excelsissimum -e, pretiosissima vasa et vestem desiderat. SVET. Aug. 72 sine marmore ullo aut insigni pavimento -ia. APVL. met. 2, 23 -e quoddam obseratis luminibus umbrosum. PAVL. dig. 8, 2, 28 in imo pariete -is vel triclinii. *saepe apud* ICTOS. ARNOB. nat. 6, 3 maxima contumelia est habitationibus deos habere districtos, tuguriola his dare, -ia et cellulas fabricari. COD. Iust. 9, 4, 3 (*Constantini imp.*) quoniam unum carceris -e permixtos secum criminosos includit. LAMPR. Diad. 4, 1 purpuras ... in id -e redigi praecepit. ITIN. Alex. 41 Antipatri regis. AMM. 30, 6, 3 ad -e ductus est intimum. AVSON. 419, 66 operto -is tui non sanctior ara Vestalis, non pontificis cubile castius. VVLG. II reg. 4, 7 dormiebat super lectum suum in -i (κοιτών). 13, 10 *bis.* IV reg. 6, 12. AVG. serm. 87, 9 in uno -i (266, 4. 269, 2. ISID. reg. mon. 13, 1). SVLP. SEV. dial. 1, 21, 4 parva ... prius cellula contentus habitare erigit celsa laquearia, construit multa -ia. SIDON. epist. 2, 2, 4 intra (9, 4, 1). ISID. reg. mon. 1, 1 monasterium vestrum miram -is custodiam habeat, ut firmitatem custodiae munimenta claustrorum exhibeant. **2** *de stabulis quibusdam*: COLVM. 8, 1, 3 ea sunt omnia ... sicut avium cohortalium stabula nec minus earum quae -bus saeptae saginantur, vel aquatilium animalium receptacula. **3** GLOSS. III 20, 14 conclavis ἀφεδρών (313, 35). II 106, 45 conclavis et culina ἀφεδρών, ἀπόβατος (107, 9). GLOSS. -e latrinae, ἀφεδρών. MART. 5, 44, 6 quem thermis modo quaerere et theatris et -bus omnibus solebas. 11, 77, 1 in omnibus Vacerra quod -bus consumit horas et die toto (tota *pars codd.*) sedet. **4** *de receptaculis aliis*: IVL. VAL. 1, 5 dracunculus, utpote tantilli -is (*i. e. testulae ovi,* conglovi *cod. Taurin.*), pertenuis. SYMM. or. 2, 28 intra -e Rheni regia classis armatur. CARM. epigr. 1562, 5 efflue astrigenos de caeli -e nimbos.

II *in imagine*: GLOSS. in -i: in secreto, in ⟨in⟩penetrabili. AMBR. in psalm. 118. serm. 19, 40 nihil deo est obseratum, nil clausum aeterno lumini: sed portas malitiae dedignatur aperire, -ia non vult penetrare nequitiae. RVFIN. hist. 1, 4, 10 sapientiae pietatisque thesaurus qui velut intra angustum -e pro raris quibusque cultoribus tenebatur (CASSIAN. inst. 2, 10, 1 ea ... per ineffabilem quendam gemitum ex intimis pectoris sui -bus evaporare conatur. conl. 9, 27 de intimis animae -bus. FAVST. REI. epist. 3 p. 177, 6 *anima* in -i corporis sui ... requiescit. ENNOD. opusc. 2, 78

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 312, 5 non interest, quae intervalla nos segregent, si uno in supera mansione -e retinemur (*de unitate spirituali*). 5, 9 p. 396, 4 nec tamen vastatrix illa et magistra pestis latebat viscerum immissa -bus.
synonyma: cubile, cubiculum, triclinium. stabulum, receptaculum.

conclāvia *v.* conclave.

conclāvīcula *a* conclavis *deminutive.* NOT. Tir. 50, 88a.

conclāvis *et* **conclāvium** *v.* conclave.

1. conclāvo, -āre [*a* con *et* clavus *derivatum. Th.*]. GLOSS. II 446, 18 conclavo συνηλῶ.

2. conclāvo, -āre [*a* con *et* clavis. *Th.*]. *inde part. perf. pass.* **conclāvātus,** -a, -um. PAVL. FEST. p. 58 conclavatae dicebantur, quae sub eadem erant clave. *Burger.*

conclāvum *et* **conclāvus** *v.* conclave.

conclea *v.* cochlea.

conclēricus, -ī *m. a* con *et* clericus. AVG. epist. 88, 6 -os nostros. 122 dilectissimis fratribus -is et universae plebi. OPTAT. app. 1 p. 189, 21. NOVELL. Iust. 123, 16 pr. propriis -is (συγκληρικοῖς) dare (= IVLIAN. epit. novell. 115, 25). IVLIAN. epit. novell. 115, 49 -is suis (NOVELL. Iust. 123, 29 clericis). CONC. Autiss. c. a. 573 p. 182, 18 -o suo. *L.*

conclūdenter *v.* concludo *p. 78, 41.*

⁎**conclūdo,** -clūsī, -clūsum, -ere [*a* con *et* claudere. *Th.*]. GLOSS. κατακλείω, συγκλήω. concludit συγκλείει, convincit. concl usum habere: PLAVT. Cist. 275 Trin. 909 TER. Phorm. 744 CATO agr. ind. 133 VARRO rust. 3, 5, 8. 3, 12, 2 *al.* *part. perf. pass.* conclausus: COLVM. 3, 12, 2 RVRIC. epist. 1, 5 p. 358, 16 CORIPP. Ioh. 1, 551. *vocabulum deest*: CATVLL. CAES. SALL. TIB. PROP. LIV. OV. VAL. MAX. CELS. PHAEDR. CVRT. COLVM. LVCAN. PETRON. VAL. FL. MART. STAT. SIL. IVV. *al.* *singulis locis*: NEP. VERG. VELL. TAC. SVET. *ternis*: HOR. CIC. *fere 130ies*.

I ***proprie: claudere, includere***: **1** *animantia*: PLAVT. Bacch. 1145 nostros agnos -sos istic esse aiunt. Cas. 132 -ēre in fenestram (-a *A*) firmiter. Cist. 275 si -sos vos ⟨me⟩ habere in carcere (VVLG. act. 22, 19 in carcerem. RVFIN. hist. 3, 5, 6 hist. mon. 18). Curc. 450 in cavea si forent -si itidem ut pulli gallinacei. Epid. 402 in aediculam istanc sorsum -i volo. Rud. 610 in vincla bestiam. 1144 hic vos -sos gero. TER. Ad. 552 me ... in cellam aliquam cum illa -am. Eun. 667 illum aliquo. Phorm. 744 -sam hic habeo uxorem. CATO agr. 89 gallinas. agr. ind. 133 ut canes ... -sos habeas. VARRO rust. 2, 1, 4 silvestria *animalia* deprenderent ac -rent. 3, 5, 8 in peristylo habuit exedra -sas aves. 3, 12, 2. CIC. Verr. 5, 54 artifices omnis ... convocari iubet ... eos -it. fin. 5, 56 quas (*bestias*) delectationis causa -imus. LVCR. 3, 773 an metuit (*sc. anima*) -sa manere in corpore putri (ARNOB. nat. 2, 28 *animae* -sae in corporibus). VITR. 2, 8, 15 Rhodii ... in medio -si in ipso foro sunt trucidati. VELL. 2, 22, 4 *Catulus* -sit se loco (HYG. astr. 2, 14 -sus quodam loco secreto). SEN. Phaedr. 122 qui nostra caeca monstra -sit domo (APVL. met. 7, 14 domi me -sum). PLIN. nat. 9, 83 *piscium genera* testis -sa duris (AMM. 23, 6, 86 *conchae* -sae). AMPEL. 8, 16 in qua (*cavea*) -sa Sibylla dicitur. GAIVS dig. 41, 1, 5, 2 *apes* alveo. VLP. dig. 48, 6, 6 filium ... ingenuum ... raptum atque -sum. APVL. met. 9, 32 sub ... intecto -sus stabulo. NEMES. cyn. 146 postquam -sa videt sua germina flammis. 165. 304 quae *linea* possit volucresque metu -ere praedas. ARNOB. nat. 6, 17 *dii* -i se patiuntur et in sedis obscurae coercitione latitare. HIL. c. Const. 7 -sos urbe. VEG. mil. 3, 8 podismum mensurae colligi oportet, ut ad quantitatem -atur exercitus. 3, 20 ex utroque cornu hostem circumveniat et quasi in sinum sui -at exercitus. 3, 22 *adversarium* a fronte et a tergo. HIER. in Is. 22, 7/9 p. 314 ut obsessos in te (*vallis Sion*) atque -sos non patiantur exire. VVLG. exod. 14, 3 coarctati sunt in terra, -sit eos desertum. I reg. 6, 10 vitulosque earum -erunt domi. psalm. 34, 3 effunde frameam et -e (*LXX* σύγκλεισον) adversus eos qui persequuntur me. Luc. 5, 6 -erunt piscium multitudinem. RVFIN. hist. 5, 1, 35 ut viderentur sibi non in ergastulo sed in myrothece -si. hist. mon. 1 p. 400A intra sepulcrum quoddam. CORIPP. Ioh. 1, 551 hostile obsessis -clausum vallibus agmen. 8, 171 -ere gentes obsidione parans. *nota*: PALLAD. 1, 29, 2 ne eos (*fasianos*) pituita -at (*i. obturet*). THEOD. PRISC. gyn. 12 aut praesentis indignationis interventu penitus -antur *feminarum genitalia. cf.* VVLG. gen. 16, 2 -sit (*LXX* συνέκλεισε) me dominus ne parerem. **2** *res*: PLAVT. Amph. 341 qui Volcanum in cornu -sum geris. Persa 570 iubeas -i aedis foribus ferreis. Rud. 392 -sit ipse in vidulum *cistellulam*. VARRO Men. 25 anima (*i. aura*) ut -sa in vesica. rust. 3, 3, 8 conplura iugera maceriis -unt. CIC. nat. deor. 2, 20 -sa ... aqua facile conrumpitur (*opp.* profluens amnis. *dubiae interpretationis* CARM. epigr. 1563, 5 [*aetatis Caesarianae*] Esquileis ab aqua -sa fecer(unt) sibei et sueis et digneis). LVCR. 3, 569 nec ... primordia possunt libera dissultare, ideo -sa moventur. 3, 574 si *aer* cohibere in se anima⟨m⟩ atque in eos poterit -ere (*i.* περιέχειν) motus. 6, 125 cum ... procella nubibus intorsit sese -saque ibidem (SEN. nat. 2, 54, 3 volutatio ... spiritus in nube -si). HOR. sat. 1, 4, 19 -sas hircinis follibus auras (AVSON. 454, 2 ventos ... utre). VITR. 1, 6, 8 flatus *venti* -sus in faucibus angiportorum. 4, 4, 2 in -so ... aere (5, 3, 2 aer -sus curvatura). COLVM. 3, 12, 2 -sa et coartata semina. VLP. dig. 50, 16, 59 statio ... -sa atque munita. APVL. met. 2, 21 duobusque infimis -sis digitis ceteros eminus porrigit. 6, 20 pyxidem. SER. SAMM. 563 obsessasque vias animae -it anhelae (*sc. genus lumbricorum*). 817 *vulnus.* LACT. opif. 8, 6 oculorum orbes concavis foraminibus -sit. 10, 21 mentum ... inferius -sum. 16, 11 qui *sanguis* est -sus in corde. HIL. in psalm. 118 phe 5 quod (*os*) per labia -itur ac patet. AVSON. 398, 8 secretus -sae uliginis humor. PS. DAMAS. epigr. 79, 10 marmore -ens arcam. AMM. 23, 4, 8 cuius *abietis* summitas duro ferro -itur. 23, 6, 24 ex adyto -so. VEG. mil. 3, 19 illum cuneum excipit atque ex utraque parte -it. HYG. astr. 2, 15 anulos lapide et ferro -sos (HIER. epist. 64, 16 auro ligati sunt atque -si *anuli*). 4, 12 manus *Bootis* ... circulo arctico -sa. HIER. epist. 22, 21 -sam vulvam (VVLG. gen. 20, 18 -erat ... omnem vulvam. I reg. 1, 5. 6. *cf.* AMBR. Abr. 2, 11, 78 quibus aperit vulvam animae -sam pariendi sterilitate. *cf. p. 73, 70. 75, 16*). ITALA num. 24, 10 (Lugd.) -sis manibus (*LXX* συνεκρότησε ταῖς χερσίν. VVLG. complosis manibus). iud. 3, 22 (Lugd.) -erunt (ἀπέκλεισε) adipes eius gladio[i]llum cum manubrio. act. 28, 27 (cod. e) oculos -erunt (τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν. VVLG. compresserunt; *cf.* PHYSIOGN. 39 oculi ... -untur et reserantur 40 *oppos. patere.* 90). act. 16, 24 (Lucif. non parc. 27 p. 269, 16) pedes eorum in nervo -sit (VVLG. strinxit ligno. ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον). VVLG. II Esdr. 4, 7 quod coepissent interrupta -i. Iudith 5, 1 quod filii Israel ... montium itinera -issent. Dan. 6, 22 -sit ora leonum. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 99C -sis ... divitiis ... intra illud cubiculum. CLAVD. carm. min. 26, 15 -saque subter anhelo pumice ... unda. RVRIC. epist. 1, 5 p. 358, 16 tellus ... -clausas quasi virili semine ... venas laxat ad partum. PHYSIOGN. 51 *nares* -sae (πεφραγμένος). 57 si iuguli -si sunt et compressi ad humeros (93 iugulis nimium coniunctis atque -sis). 68 ossa -entia ventrem. PLAC. med. 4, 4 sanguinem abundantem de naribus -it. SORAN. p. 24, 8 quando se matrix aperit ..., quando se -it. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 29 -ere atque siccare fluentia. APRING. in apoc. 1, 18 'et habeo claves mortis et inferni'; et -am quando voluerim et cum voluerim rursus aperiam. CARM. epigr. 454, 3 set -sa decens apibus domus ista ⟨vocanda est⟩. CORP. VI 36364 quod *sepulcrum* est -sum. VIII 2370 am[bitu]m fontis cance[llis a]ereis conclu[dendum curavi]t.
technice in architectura: VITR. 6, 1, 2 aedificia testudinata et maxime -sa et non patentia. 6, 8, 3 extra trabes aut liminum capita arcus cuneis erunt -sae. 6, 8, 4 cuneorum divisionibus coagmentis ad centrum respondentibus fornices -untur. 10, 3, 2 foraminibusque eius (*suculae*) vectes -si. 10, 7, 3 in modiolis emboli ... -sique. 10, 9, 2 tympanum ... in axiculo -sum. 10, 12, 2 *ansae rudentium* cuneis ad foramina -untur. 10, 14, 1 rotarum axes -si lamnis ferreis. 10, 14, 2 *postes* -antur superne intercardinatis trabibus. *locos, spatia sim.*: VARRO rust. 3, 5, 10 locus ex duabus partibus ... maceriis altis -sus. LVCR. 4, 458 -soque loco ... campos pedibus transire videmur *somniantes.* CAES. Gall. 3, 9, 7 longe aliam esse navigationem in -so mari atque in vastissimo atque apertissimo oceano (*cf.* SEN. dial. 3, 21, 1. PLIN. nat. 2, 125 saevitia tempestatum -it mare). VERG. Aen. 1, 425 locum ... -ere sulco. HOR. sat. 1, 4, 76 suave locus voci resonat -sus. VITR. 4, 4, 3 in angustis locis et in -so spatio. SVET. Nero 31 piscinam ... contectam porticibusque -sam. VLP. dig. 50, 16, 59. COD. Theod. 2, 23, 1 pr. saeptis quibuslibet spatia certa -erit. OPTAT. 1, 10 p. 12, 5 hortum (2, 13 p. 48, 1. VVLG. cant. 4, 12 [*LXX* κῆπος κεκλεισμένος]. CORP. VI 31852 cum horto qui est intra -so). AVIEN. orb. terr. 268 istius orae terminus inmensis Arabum -itur undis. 1058 *Coele* duobus ... -sa iugis. ITALA Ios. 6, 1 (Lugd.) Iericho -sa erat et firmata (VVLG. clausa). DRAC. Romul. 8, 185 -sit Pergama muro Apollo. LEX Visig. 8, 4, 25 qui ... vineam vel pratum sive -sum habere cognoscitur, sepem utrumque -at. 10, 1, 13 propter excolendos agros aut -sos. CORIPP. Ioh. 6, 755 atque undis agros -it amaris. Iust. 4, 65 cunctorum terga locorum alternumque latus -sit sectile lignum. CARM. epigr. 1526 A, 1 aequora -sit campi divisque dicavit. CORP. VIII 21014 (*a. 342*) locus qui fuerat solutus rursus -retur. *nota*: GREG. TVR. Franc. 4, 31 locus ille ab utraque parte a montibus -erat (*refl. cf. infra p. 77, 4 sqq.*). *subst.* in concluso (*sc. loco*): VITR. 6, 2, 2 alia *species* in excelso, non eadem in -o, dissimilis in aperto. PLIN nat. 15, 60. TERT. anim. 17 acies *oculorum* in -o stipata.

II ***in imagine et translate***: **1** *claudere, includere*: **a** *animantia*: PLAVT. Trin. 909 qui amicos intra dentes -sos habet (*i. amicos non nominat*). TER. Andr. 386 ut ab illa excludar, hac -ar (*i. puella invitum ad se cogit*). Hec. 702 tot me nunc rebus miserum -it (*i.* angustat SCHOL. Ter. p. 147, 13) pater. PS. QVINT. decl. 14, 4 hominem ... dolore -sit. CYPR. laps. 26 angi et animā exaestuante -i ... coepit. IVVENC. 4, 8 me -ere verbis (RVFIN. hist. mon. 9 p. 426D eum. PS. PHOEBAD. fid. 4 p. 39B cum viderent se in hoc verbo -i). HIL. in Matth. 12, 6 quos decidentis in foveam ovis -sit exemplo (*i. in angustias adduxit*). AMBR. patr. 8, 35 quo temptantes magis ... -ret. HIER. epist. 108, 22 conveni hominem et ... brevi interrogatione -si. VVLG. I. reg. 26, 8 -sit (*LXX* ἀπέκλεισε) deus inimicum tuum ... in manus tuas. Iob 16, 12 -sit me deus apud iniquum et manibus impiorum me tradidit. psalm. 30, 9. Ezech. 35, 5 filios Israel in manus gladii. I Macc. 3, 18. psalm. 77, 62 in gladio populum suum. 77, 50 iumenta eorum in morte -sit (*LXX* εἰς θάνατον συνέκλεισε). II Macc. 5, 8 in exitium

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sui -sus ab Areta. RVFIN. Orig. in gen. 17, 5 in his versiculis non iam -imur, sed paene excludimur (*i. hos versus explicare non possumus*). PAVL. NOL. epist. 30, 2 utrimque me -it (*i. prohibet*) pudor. AVG. civ. 20, 11 in angustias tribulationis artabitur urgebitur -etur. VAL. CEM. hom. 11, 1 quare pereundi lege -imur? SVLP. SEV. chron. 1, 43, 2 *Elias* se intra periculum famis ... -erat (dial. 1, 11, 2). CASSIAN. c. Nest. 3, 15, 3 brevi te nunc responsione -it (περιστοιχίζει), paucis sermonibus te conterit. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 28, 1 magno miraculorum stupore -si. CASSIOD. var. 12, 1, 5 praesidium *sit* aliqua calamitate -so. ARATOR act. 1, 435 quisnam te fallere suasit -sitque probans. b *res*: PS. QVINT. decl. 2, 21 quibus ... -sus animus non exit in visus. TERT. scorp. 8 Danielum ... -sa et usitata feritas leonum devorasset. CYPR. Demetr. 9 vix coartata et -sa anima respirat. HIL. trin. 4, 21 -sa est omnis occasio et coartatur ad veri confessionem universus error. AVSON. 364, 24 murmure -so (*i. compresso*) rabiosa silentia rodunt. AMBR. Abr. 2, 10, 74 -sa erat eius fecunditas. HIER. in Is. 24, 16 p. 334 haeret lingua faucibus ... vox dolore -itur. VVLG. psalm. 16, 10 inimici mei animam meam circumdederunt, adipem suum -erunt. Sirach 29, 15 -e eleemosynam in corde pauperis. Am. 1, 9 captivitatem perfectam in Idumaea. I Macc. 6, 18 -erant Israel in circuitu sanctorum (*gr.* συγκλείοντες τὸν Ἰσραὴλ κύκλῳ τῶν ἁγίων). AVG. serm. ed. Mai 1, 4 o -sam perfidis et manifestam fidelibus disciplinam. divers. quaest. 69, 1 contentiosorum hominum ora. SVLP. SEV. chron. 1, 43, 2 Elias propheta caelum oratione -sit, ne pluviam terrae daret. BACHIAR. repar. laps. 1 ianuas labiorum meorum taciturnitate -rem. NOT. urb. Const. 16, 3 cognita urbe per partes, fas est etiam situm -sae ... universitatis aperire. EVGRAPH. Ter. Eun. 50 consideratis partibus adulescens -it ad ipsam rursus deliberationem. ENNOD. epist. 1, 20, 3 p. 32, 14 vocem ... nulla mendacii nube -o. APRING. in apoc. 1, 8 in latino autem *alfa* circuli rutunditate -itur. 2 *comprehendere, complecti aliquid (in) aliqua re*: CIC. Caecin. 63 ea *vis*, tametsi verbis interdicti non -itur, sententia tamen iuris ... retinetur. Tull. 27. de orat. 1, 187 omnia fere, quae sunt -sa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt. leg. 2, 23 -sa ... est a te permagna lex sane quam brevi. Tusc. 4, 7 expositis tridui disputationibus quartus dies hoc libro -itur (VOPISC. quatt. tyr. 1, 3 triginta tyrannos uno breviter libro. HIL. psalm. instr. 1 -atur ... in centesimo quinquagesimo psalmo liber quintus. SVLP. SEV. chron. 1, 1, 2 quin ea, quae permultis voluminibus perscripta continebantur, duobus libellis -rem). Tim. 17 hunc *animantem* ea forma figuravit, qua una omnes formae reliquae -untur. LVCR. 5, 692 annua sol in quo (*sc. orbe*) -it (contudit *codd.*) tempora serpens (*cf.* GERM. 563 annua -unt ... Pisces tempora. APVL. Plat. 1, 10 anni ... spatia -i, cum sol *eqs.* AMM. 26, 1, 13 sol anni totius intervalla -it (26, 1, 9). ORIENT. comm. 1, 287 -sus mensibus annus. CARM. epigr. 716, 1 mensibus et geminis -ens tempora vitae). NEP. Epam. 4, 6 uno hoc volumine vitam excellentium virorum complurium. SEN. epist. 74, 28 *virtus* arto fine -itur (circumdatur *cod. Marc.*) paupertatis. 95, 52 omne hoc, quod vides, quo divina atque humana -sa sunt, unum est. PLIN. epist. 2, 11, 4 cognitionem senatus lege -sam (*opp.* liberam solutamque). 3, 7, 13 tam angustis terminis tantae multitudinis vivacitas ipsa -itur. GAIVS inst. 4, 41 intentio est ea pars formulae, qua actor desiderium suum -it. PAPIN. dig. 19, 5, 8 quod inter eos ageretur, verbis ... stipulationis -sum non fuisset. VLP. dig. 43, 19, 1, 3 annui temporis spatio -sit usum. 46, 7, 5, 2 plures causae sunt una quantitate -sae. PAVL. sent. 3, 6, 87 scripturae modus, qui certo fine -itur. APVL. mund. 29 quamvis una omnia sphaera -erit. CYPR. GALL. iud. 320 digitis -ere summas. COMM. apol. 116 pugillo suo circulum orbis. instr. 1, 37, 16 aut quia -or a(g)gere co(a)ngustus aratri. CYPR. patient. 20 quae *patientia* copiosa et multiplex non angusto fine -itur vel brevibus terminis coercetur. LACT. inst. 2, 12, 6 quorum *elementorum* omnis ratio in nostri corporis fictione -sa est. FIRM. err. 24, 8 immortalium mandatorum ordinem ista lege -sit. HIL. in psalm. 118 vau 7 non ... -itur fides sua saeculis, sed se in infinitatem temporum ... extendit. trin. 4, 11 -unt ... omnem irreligiositatis suae doctrinam istiusmodi verbis suis. PS. HIL. libell. 22 si quid praetermissum est, in mundi plenitudine videatur esse -sum. PRISCILL. tract. 1, 39 quia nullius prohibens aut intercipiens spiritum certo profetiae fine conclusit (*cod.* conlusit). can. 70 p. 138, 13 deus ... omnes homines vult salvos fieri, -ens omnia sub peccato, ut omnium misereatur (VVLG. Gal. 3, 22 -sit scriptura omnia sub peccato. *cf.* Rom. 11, 32 -sit enim deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. HIER. epist. 7, 1 sub uno litterulae apice nomina indivisa -rem). FAV. EVL. p. 7, 22 his *annis* Africani posterioris vita -sa est. HIER. in Am. 3, 9 p. 351 totam loci huius ... intellegentiam brevi sermone. epist. 58, 3 dei omnipotentiam angusto fine -ere et coartare parvo terrae loco. RVFIN. Adamant. 2, 1. hist. 1, 10, 2 in quibus spatiis vix toti quattuor -untur anni. 2, 22, 7 quo *tempore* Pauli actus in urbe Roma -sit Lucas. PRVD. c. Symm. 1, 327 *deus* qui cuncta simul -it et implet. PAVL. NOL. epist. 24, 23 in quo (*homine*) de totidem elementis conposito quattuor regum forma -itur (*i. completur*). AVG. civ. 12, 13 numerositas temporum, quae ... fine -sa certi spatii terminatur. 15, 14 quem *mensem* luna coepta et finita -it. grat. Christ. 10, 11 hoc ... doctrinae generalitate -itur. ZACCH. 1, 25 ut .... mundum ... et initio minuas et fine -as. 1, 30 licet *mathesis* investigabili subtilitate tecta atque -sa sit. CASSIAN. conl. 21, 24 sex ... et triginta dies in ipsis hebdomadibus tantummodo -untur. 21, 30, 1 totum anni spatium aequali ieiunio -bant. SACR. Leon. p. 361. EVSTATH. Bas. hex. 1, 2 p. 869c variis omnia definitionibus -erunt. ENNOD. epist. 8, 31 p. 220, 6 festinatio portitoris epistolam brevitate -sit (9, 19, 3 p. 242, 19). COD. Iust. 4, 18, 2, 1 actio ... pecuniae constitutae in his tantummodo a veteribus -sa est, ut *eqs.* 6, 51, 1, 9c quae omnia testatoris voluntas in ipsius solius persona intellegitur -isse. 7, 45, 7 cum potestatem sententiae certis finibus -i saepe sit constitutum. 7, 47, 1, 1 quae *poenae* ... a legibus certo fine -sae statuuntur. *et saepe.* INST. Iust. 2, 20, 3 antiquitatem invenimus legata quidem stricte -entem, fideicommissis autem ... pinguiorem naturam indulgentem. *technice apud mathematicos*: BOETH. arithm. 1, 10 p. 21, 13 in eo ... ordine numerorum, ubi extremus terminus LXIIII pluralitate -itur. 1, 11 p. 25, 6 inpariter par numerus est ex utrisque confectus et medietatis loco gemina extremitate -itur. 1, 19 p. 40, 18. 2, 21 p. 105, 12 *pyramis* tribus triangulis per latera -itur (2, 23 p. 108, 25). 2, 46 p. 151, 9 tres enim ter bis XVIII -unt. mus. 2, 24 ita diapente ac diatessaron unum diapason nulla ratione -ent. PS. BOETH. geometr. p. 387, 9 quae *portio* est circuli -sa figura. 387, 10 *et passim.* *nota*: VARRO ling. 5, 171 septunx a septem et uncia conclusum (collisum PRISC. gramm. III 410, 27). intra: ARNOB. nat. 5, 8 Mater ... dicenda est Magna intra huius numeri fines aevitatem suam habere -sam. MAR. VICTORIN. verb. script. 7 deus cum lucem vocavit diem, matutinum intra eum -sit. HIL. in Matth. 14, 11 intra fines suos ratio -sa. AMM. 19, 1, 4 Romanae rei aerumnas intra unius regionis ambitum. RVFIN. symb. 37 intra canonem. PAVL. NOL. carm. 6, 63 gloria parva est intra unam -sa domum. AVG. serm. ed. Mai 23, 3 et multa alia intra hanc diem mysteria -untur. ISID. orig. 16, 24, 20 dicta libra quod sit libera et cuncta intra se pondera praedicta -at. circa: COD. Theod. 11, 19, 3 ut circa ultimos anni terminos paria -antur. in *c. accus.*: *aliquid, aliquem in aliquid*: TER. Eun. 1047 an Fortunam conlaudem ... quae tot res tantas tam opportune in unum -sit diem. CIC. Quinct. 67 in hoc singulare iudicium causa omnis -retur. Q. Rosc. 12 eundem in angustissimam formulam sponsionis -bas? 15 perinde ac si in hanc formulam omnia iudicia legitima .... -sa et comprehensa sint. Cluent. 152 ut equester ordo in huiusce legis periculum -atur. de orat. 1, 260 *orator* -atur in ea, quae sunt in usu civitatum vulgari ac forensi. part. 75 hic locus virtutum atque vitiorum latissime patens ex multis et variis disputationibus nunc in quandam angustam et brevem -itur. leg. 1, 17 ut hoc *ius* civile ... in parvum quendam et angustum locum -atur. off. 1, 53 artior ... colligatio est societatis propinquorum; ab illa enim inmensa societate humani generis in exiguum angustumque -itur. MANIL. 3, 49 *cum natura* circumfusis orbem -ret astris ... in medium. QVINT. inst. 6, 2, 1 istum locum in unam speciem -ere. IVL. HON. cosmogr. A 25 fluvius ... se in modicam rutunditatem -it. HIL. in Matth. 17, 11 lex ... in eam fidem, quae per Christum erat revelanda, -itur. TYCON. 3 p. 18, 2 datam *esse* legem, ut nos custodia sui -ret in fidem (VVLG. Gal. 3, 23 sub lege custodiebamur -si in eam fidem). HIER. epist. 55, 1 in artum multa -ens. ENNOD. epist. 2, 1, 2 p. 38, 19 quos in umbram merita -erunt. 4, 14, 2 p. 109, 14 tribuenda amantibus in artum tabella -itur. *nota*: COD. Iust. 2, 7, 17 iubemus advocationem fori tui culminis in centum quinquaginta ... advocatos -i. 3 *definire, absolvere, perficere*: CIC. Verr. 3, 82 invenietis ... id facinus natum a cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum atque -sum (fin. 2, 85 perfecto ... et -so neque virtutibus neque amicitiis usquam locum esse). Cluent. 50 denique omnis accusatio ... ad extremum manifesta veneni deprehensione -sa est. Mur. 41 in qua *provincia* laus aequitatis, integritatis ... ad extremum ludorum voluptate -itur. Att. 9, 10, 5 epistolam. 13, 42, 1 dialogus sic -sus est. epist. 5, 12, 5 viri ... excellentis ancipites variique casus ... exitu notabili -untur. TREBON. Cic. epist. 12, 16, 3 dictum. MANIL. 1, 698 orbemque ex illa coeptum concludit (cludit *al.*) in ipsa. 3, 145 ultimus et totam -ens ordine summam ... labor. TERT. bapt. 13 in omnibus posteriora -unt et sequentia antecedentibus praevalent. 17 superest ad -endam materiolam. apol. 21 -endo saeculo (*cf.* HIL. myst. p. 22, 1 -sis ... temporibus saeculorum. PAVL. NOL. carm. app. 1, 31. CARM. epigr. 703, 1 ultima -ens praesentis tempora vitae). LACT. inst. 5, 17, 25 ut -am disputationem (HIER. epist. 48, 7). AVSON. 259, 5 Claudius ambiguo -sit fata veneno. 377, 23 -ens numerum genialia festa December finit. AMM. 17, 1, 1 hac rerum ... varietate ita -sa. HEGES. 1, 44, 2 cum septem mensium curricula -rentur. RVFIN. hist. 5, 10, 4 claram ... vitam optimo ... fine (AVG. serm. 322 luctuosam vitam termino funestiore. CASSIAN. inst. 12, 27, 1 vitam suam deformiore fine). PAVL. NOL. epist. 28, 3 quia breve spatium videbatur, quoad ilico sollemnitas paschalis -ret. AVG. civ. 16, 8 istam quaestionem. 18, 54 hunc librum (20, 3 librum sic -sit, ut diceret. APRING. in apoc. 22, 18/19 librum ... contestatione -ere). 20, 5 sermonem. in psalm. 54, 16 psalmus iste a populo coepit et ad duces -sit (*cf.* EVGRAPH. Ter. Andr. 20 *poeta* -it a precibus). CASSIAN. inst. 2, 10, 1 precem. 3, 12 *cenam* ... ab ipsa sola oratione -unt. 4, 19, 2 ministerium totius hebdomadis. SIDON. epist. 1, 9, 8 paginam glorioso ... fine. DRAC. laud. dei 1, 687 aera -it *deus* (*i. fines aeri dat.*). Romul. 10, 170 pharetris

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-it dorsa volantum *Amor sedens in curru* (*i. agmen claudit*). VEN. FORT. carm. 6, 3, 25 cum venit extremus finis -ere mundum. *nota*: CASSIOD. hist. 7, 2 p. 1065^{D} digno sua superbia fine -sus est. *intrans.*: PS. HIL. dedic. eccl. p. 883^{B} ita scriptura -sit. AVG. serm. 259, 1 euangelium Iohannis. DRAC. Romul. 7, 137 ne maesta canens -at (-am *Bährens*) carmen amoris. **4** *in arte rhetorica*: RHET. Her. 2, 18, 28 conplexio est, quae -it breviter, conligens partes argumentationis (2, 29, 46). 4, 27, 37 disiunctum est, cum eorum, de quibus dicimus, aut utrumque aut unum quodque certo -itur verbo. 4, 44, 56 argumentationes ... -ere (CIC. inv. 1, 54 *bis*. 65. 73 orat. 122 part. 139). CIC. inv. 1, 72 videtur ... omnis ratiocinatio -enda esse (AVG. civ. 1, 15 cur non ratiocinationem meam ... ad utrumque -am? mus. 1, 12, 26 illa omnis nostra ratiocinatio ad id -sa est, ut). Verr. 4, 163 qua *epistula* recitata -urum me esse crimen decumanum dixeram (*in oratione*). 5, 115 ut aliquando totam huius generis orationem -am atque definiam (orat. 171 quorum propemodum absolute -retur oratio. leg. 1, 48 fin. 4, 78. ac. 1, 32 orationis ratione -sae. MAR. VICTORIN. defin. p. 21, 23 AVSON. 419, 79. AMM. 23, 5, 24 -sa oratione ad hunc ... finem. CASSIAN. inst. 2, 10, 2 eam *orationem* celeri fine). CIC. Sest. 136 illud de optimatibus eorumque principibus. Vatin. 40 interrogationem meam (ac. 1, 5 nihil apta interrogatione -unt). de orat. 2, 80 -ere ac perorare (2, 307. orat. 122 perorationem [peroratione *coni. Schütz et Halm*] inflammantem restinguentemve -ere). 2, 199 orationem ... -si ita ut dicerem. 2, 332. 3, 93 verborum eligendorum et collocandorum et -endorum (*i. numerose claudere*). Brut. 34 ipsa ... natura circumscriptione quadam verborum comprehendit -itque sententiam (part. 19 aut circumscriptione conclusa [*Viteb.*, concisa *cett.*] aut intermissione aut concisione verborum). 274 nec vero haec soluta nec diffluentia sed astricta numeris ... varie dissimulanterque -sis. orat. 20 aspera, tristi, horrida oratione neque perfecta atque -sa (*opp.* levi et structa et terminata). 84 paria paribus relata et similiter -sa eodemque pacto cadentia. 200 quorum *verborum* discriptus ordo alias alia terminatione -itur. 217 hi tres pedes (*iambus, trochaeus, dactylus*) male -unt. 230 aptius explet -itque sententias (FRONTO p. 211, 16 N. omnem sententiam breviter et scite). fin. 2, 105 -am, si potero, Latine. nat. deor. 2, 20 brevius angustiusque -untur (*opp.* uberius disputantur et fusius). *ibid.* angustia ... -sae orationis (*opp.* orationis flumine). 3, 79 hic ... locus -i iam potest (*in oratione*; SEN. contr. 7, 4 (19), 10. PLIN. epist. 3, 9, 21 totum locum hoc fine -si. AVG. civ. 2, 9. 4, 31 eum locum ita -ere, ut dicat [15, 8]). CIC. Lael. 100 ad illa prima redeamus eaque ipsa -amus. HOR. sat. 1, 4, 40 neque enim -ere versum dixeris esse satis (AMM. 29, 1, 31 versus ad numeros et modos plene -sos). QVINT. inst. 1, 5, 26 acuto tenore -unt. 9, 4, 122 incisum ... erit sensus non expleto numero -sus (9, 4, 123 sensus numeris -sus). 9, 4, 125. 10, 1, 106 in eloquendo est aliqua diversitas ... ille -it adstrictius, hic latius. TAC. dial. 31 adstrictum et collectum et singula statim argumenta -ens dicendi genus. TERT. spect. 12 ut ... de artibus -am. PORPH. Hor. sat. 1, 4, 47 *sermo comoediae* metro -atur. ANTH. 480, 4 at praelata brevis longae -et iambum. HIER. epist. 30, 1 licet apostolus saepe proponat, assumat, confirmet atque -at, quae proprie artis dialecticae sunt. 30, 3 tres versiculos ... Heroici comma -it. 52, 4 sententiarum flosculos ... et per fines capitulorum singulorum acuta quaedam breviterque -sa. 98, 19. MART. CAP. 6, 715 περίγραφος tropus est qui docet quemadmodum datum circulum verbi gratia quadrato -amus schemate. CASSIAN. inst. 2, 11, 1 ne psalmos quidem ipsos ... continuata student pronuntiatione -ere. *dubium*: RHET. min. p. 589, 24 quod ad compositionem et structuram attinet nihil prohibebit esse violentam et -sam (*fort.* concitatam), si irati ... scribamus. **5** *in argumentatione i. q. colligere, conficere*: CIC. de orat. 2, 215 demonstrando id quod -ere illi velint, non effici ex propositis nec esse consequens. part. 47 quodque ex iis efficietur, si id apertum, non habebimus necesse semper -ere. top. 54 secundus is appellatur -endi modus (ac. 2, 96). 60. leg. 1, 30 per quam *rationem* coniectura valemus, argumentamur ... conficimus aliquid, -imus. fin. 1, 22 quomodo efficiatur -aturque ratio (nat. deor. 2, 22. 3, 23 div. 1, 71. 2, 25. 61 fat. 31. 41. Tusc. 2, 29 -unt ratiunculas Stoici. APVL. flor. 18 p. 89 ratio -sa iudicibus acriter et invincibiliter videbatur). fin. 1, 39 -sum est ... contra Cyrenaicos satis acute. 2, 3 ex rebus concessis -i, quod velis. 2, 63 -bas summum malum esse dolorem. 2, 104. 3, 27 satisne hoc -sum videtur? 4, 34, 5, 9 ut multa non modo probabili argumentatione sed etiam necessaria mathematicorum ratione -rent (CLAVD. MAM. anim. p. 164, 16 indissolubili ... ratione). 5, 64 his rebus -itur profecto ... honestum ... per se esse expetendum. ac. 2, 27 quo modo quemquam aut -isse aliquid aut invenisse diceremus. *ibid.* -si argumenti fides. 2, 41. 2, 44 nam -i argumentum non potest nisi iis, quae ad -endum sumpta erunt, ita probatis, ut *eqs.* orat. 137. div. 2, 103 ea sumunt ad -endum, quorum iis nihil conceditur (104). part. 14 singula argumenta quasi hastas in manu collocat, vehementer proponit, -it acriter. top. 53. fin. 4, 9 argumentorum ratione -entium. *al.* (QVINT. inst. 5, 13, 60 certis non inveniendorum modo argumentorum locis sed -endorum quoque nos praeceptis adligaverunt. 9, 1, 42 ut argumentum ratione -at. GELL. 14, 1, 35 huiuscemodi argumentis -bat. LACT. inst. 2, 5, 31). CIC. ac. 2, 83 quattuor sunt capita, quae -ant nihil esse, quod ... comprehendi possit. 2, 96 *quater*. 2, 98 si recte -si, ... sin vitiose. Tusc. 1, 55. 3, 22 -unturque contortius (div. 2, 106). 5, 47. 82 nat. deor. 1, 89. 2, 28. 47. 132 *al.* div. 1, 82. 2, 41 *al.* fat. 20. 40 probabiliter. QVINT. inst. 3, 9, 2 proponere ... quae sis probaturus necesse est, sed et -ere. 5, 10, 3 alii imperfectum syllogismum vocaverunt, quia ⟨nec⟩ distinctis nec totidem partibus -retur. 5, 14, 10 in qua (*forma*) idem -itur, quod intenditur. 5, 14, 17 a ratione incipere ... deinde -ere. 12, 2, 15 cum alia coniectura quaerantur, alia finitionibus -antur. 12, 2, 25 aut probare acrius aut -ere subtilius. GELL. 2, 7, 8. PS. APVL. herm. p. 271 particulare -itur. *ibid.* prima *formula* pollet, quia in omne genus illationum -itur (MART. CAP. 4, 409 in tertia forma particulariter tantum -itur). 272. 280. 281 ex veris falsa -ere. MAR. VICTORIN. defin. p. 48, 21 ex comparatione suam *definitionem* esse potiorem. MART. CAP. 5, 482 BOETH. herm. pr. 1, 2 p. 51, 28 *et passim*. *pro subst.*: CIC. top. 55 illa rhetorum ex contrariis -sa, quae ipsi ἐνθυμήματα appellant. Tusc. 1, 78 movemur .. saepe aliquo acute -so.

6 *apud grammaticos*: CHAR. gramm. I 281, 4 synlepsis est cum singularis dictio plurali verbo -itur (281, 7). DIOM. gramm. I 444, 19 (*syn.* cludere). PROB. inst. gramm. IV 77, 19 nomina ... accusativo casu numeri singularis am litteris ... -untur (79, 31. 80, 37. 85, 8 *al.* 140, 9 *syn.* terminare, definire). 184, 33 *al.* syllaba -untur. DON. Ter. Hec. 551 exeuntem aut introeuntem: σύλληψις διανοίας, quia -itur de sequentibus 'ad amicam'. SERV. Aen. 1, 120 'sentis' et ante dicta et sequentia -it. 2, 321. 5, 619 faciemque deae vestemque reponit: duo diversa uno sermone -sit (*i.* ζεῦγμα). 8, 294. georg. 1, 93. *apud* ICTOS: VLP. dig. 2, 3, 1, 4 hoc iudicium non ad id quod interest sed quanti ea res est -itur (*fere i. q. concipitur*). IVLIAN. epit. novell. 123, 538 si quis iudex cum diasosta -erit (*i. q. decreverit*), ut militibus nullus adparatus impensarum fieret. COD. Iust. 8, 38 (39), 3, 1 ob incertae actionis effectum -at (*i. q. edicat*) condemnationem taxatae quantitatis.

synonyma: *ad I*: claudere, coartare, comprimere, coniungere, contegere. *ad II 1*: artare, conterere, urgere. *ad II 2*: circumdare, coercere, complecti, comprehendere, tegere. *ad II 3*: finire, perficere. *ad II 4*: comprehendere, definire, explere, perficere, perorare. *ad II 5*: conficere, efficere, invenire. *ad II 6*: definire, terminare.

opposita: *ad I*: aperire, laxare, patere, reserare, solvere. *ad II 1*: excludere. *ad II 3*: coepisse.

compositum: reconcludo.

adv. part. **conclūdenter:** BOETH. elench. soph. 1, 14 cum nihil colligentes non interrogationem faciunt id quod est ultimum, sed concludenter dicunt veluti colligentes.

part. perf. pass. **conclūsus** *v. p. 74, 45 sq.* *comp.*: HYG. astr. 4, 14 sed non ut aliquem locum -iorem ... inpleat lumine *luna*. *inde subst.* **conclūsum,** -ī *n. v. p. 74, 66. 78, 14.* *adv.* **conclūsē:** CIC. orat. 177 cum ... aliquid concluse (*i. numerose*) apteque (aperteque *L*) dicerent.

conclus *v.* conchus.

conclūsio, -ōnis *f. a* concludere. *actus concludendi.* *vox orationis solutae, inde a* RHET. Her. (*20*^{ies}). CIC. *fere 60*^{ies}. QVINT. *22*^{ies}. PS. APVL. herm. *23*^{ies}. *deest*: VARRO. SALL. LIV. RVT. LVP. CELS. COLVM. PLIN. nat. TAC. PLIN. iun. SVET. APVL. *al.*

I *proprie*: VITR. 5, 12, 2 ita conformandae portuum -es. 10, 12, 2 ita cuneorum -bus ad sonitum ... catapultae temperantur. LIB. col. I p. 222, 6 -em angulorum agri adsignati. CHIRON 505 venarum. THEOD. PRISC. log. 111 urinae. CAEL. AVR. acut. 2, 3, 17 palpebrarum (2, 10, 75. 78). 2, 33, 175 quidam -i viarum causam febrium ascribentes. 3, 6, 64 alii ... scriptores pro tensione -em *nervorum* vocaverunt. 3, 8, 77 dentium. chron. 2, 1, 53 eos, qui -e sunt paralysi vitiati. 2, 2, 63 -o sive contractio. 3, 8, 105. CASS. FEL. 44 ad -em sive obtrusionem epatis, quam enfraxin vocant. GREG. TVR. Franc. 4, 12 presbiter, tamquam novus Ionas, velut de ventre inferi, ita de -e tumuli domini misericordiam flagitabat. 4, 30 sub murorum -e degentes. CONC. Lugd. a. 583 p. 154, 18 intra monasterium puellarum -em. VITA Caes. Arel. 1, 57 fabricavitque triplicem in una -e basilicam. 1, 62 in hac ... arta constrictaque -e audientes cum sudore. *specialim*: **a** *in re militari* (*i. q. obsessio*): CAES. civ. 2, 22, 1 Massilienses ... gravi etiam pestilentia conflictati ex diutina -e. NEP. Eum. 5, 7. VITR. 5, 9, 8 in -bus ... reliqui omnes faciliores sunt apparatus quam lignorum. PROSP. in psalm. 147, 13 -o Ierusalem. **b** *i. q. captivitas*: CLEM. ad Cor. 55 populi, qui erat in -e. VVLG. Is. 42, 7 et educeres de -e vinctum (*LXX* ἐκ δεσμῶν δεδεμένους), de domo carceris sedentes in tenebris. Ezech. 7, 23 fac -em (*LXX* καὶ ποιήσουσι φυρμόν). RVFIN. hist. 5, 1, 28 qui paedoris horrore et -is tenebris necabantur. AVG. serm. 161, 4 (*syn.* carcer). CONC. Matisc. a. 583 p. 157, 12 triginta dierum -e multetur (157, 1). *nota*: PROSP. in psalm. 141, 8 omnes quidem angustiae et -es turbationum carcerem faciunt, quia coarctant animam.

II *translate*: **1** *i. q. finis*: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 46 in extrema parte et -e muneris ac negotii tui. ITALA Luc. 21, 25 (Tert. resurr. 22) -em nationum (conlisionem *v. l.*; συνοχή, VVLG. pressura gentium). LACT. inst. 7, 14, 17 extrema illa -o *mundi* (7, 17, 1 imminente iam temporum -e. 7, 25, 3. epit. 65, 8 de fine saeculi et -e temporum. AVG. civ.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

12,12 OROS. hist. 7,3,10). FIRM. err. 28,9 sequitur... hoc divinum venerandumque praeceptum inmortalis domini ac sancta -o. HIL. in psalm. 127,11 quod propheta psalmi ipsius -e testatur dicens. AMM. 30,4,19 in eam -em cunctis finem cupientibus desinit *oratio*. AVG. serm. ed. Mai 64,1 quam beatum gessit sacerdotium *Cyprianus*, cui -em fecit dulce martyrium. 95,7 sermonis nostri -o sit..., ut *eqs.* OROS. hist. 1 prol. 15 sub fine saeculi et sub ... -e iudicii. PROSP. vocat. gent. 1,17 in defectu diei et -e vitae. c. coll. 19,1 voluminis. CASSIOD. gramm. VII p. 143,15 totius operis nostri -em facere. **2** *in arte rhetorica*: GLOSS. IV 321,34 clausula. RHET. Her. 1,3,4 -o est artificiosus orationis terminus (2,30,47 *gr.* ἐπίλογος. CIC. inv. 1,98 exitus et determinatio totius orationis. QVINT. inst. 6,1,1 *i. q.* peroratio. MAR. VICTORIN. rhet. 1,52 p. 256,1. *cf.* CASSIOD. rhet. 9 p. 498,5. PS. CASSIOD. rhet. 20 p. 503,13). 4,44,56 exornatio verborum, cui -i nomen est. RHET. Her. 1,3,4 inventio in sex partes orationis consumitur: in exordium, ...-em (3,9,16. *cf.* CIC. inv. 1,19). 2,2,2. 2,24,38. 2,25,39 reprehensio huiusmodi -is duplex est. 2,30,47 quattuor locis uti possumus -bus: in principio ... in -e. 3,5,9. 3,8,15. 3,12,22. 4,18,26 propter brevem et absolutam -em. 4,19,27 nisi ... -em frequentibus efferat verbis. CIC. inv. 1,33. 44. de orat. 2,34 quod carmen artificiosa verborum -e aptius? 2,80 alii -em orationis et quasi perorationem collocant. 3,174 vocis ... moderationem et verborum -em. 3,203 rationis apta -o (QVINT. inst. 9,2,2). Brut. 33 quaedam ad numerum -o. orat. 169 in -e sententiarum. 178 certos cursus -esque verborum. 212 comprehensiones -esque. top. 56 (*v. l. 47*). PAVL. FEST. p. 56 clausula, quam Graeci ἐπῳδόν vocant, a brevi -e est appellata. SEN. contr. 3 praef. 18 conpositio aspera et quae vitaret conclusionem (conpositionem *codd.*). QVINT. inst. 1,10,37 illa propositarum quaestionum -o non fere tota constat syllogismis? 3,3,2 brevis *sermo* et una -e finitus. 5,14,30 -bus certis et in unam prope formam cadentibus concisa *eloquentia*. 8,2,22 in longum dilata -o. 8,5,13 quae *clausula* si est, quod -em dicimus. 9,3,98. 9,4,22 περίοδον, quae est vel ambitus ... vel -o (CLEDON. gramm. V 34,7 periodos est -o totius sensus). 10,2,17 qui praecisis -bus *sententiarum* obscuri ⟨sunt⟩. FRONTO p. 25,13 N. hic aliqua sequatur Tulliana -o. ZACCH. 2,20 brevis insuper fidei adiecta -o est. MART. CAP. 5,520 quae ... pendente sensu apta -o. 5,522 vitiosa est -o, si novissimi molossi prima syllaba brevis fiat. ISID. orig. 2,7,1. **3** *in argumentatione*: GLOSS. II 107,22 συμπέρασμα. *cf. p. 80, 9.* RHET. Her. 4,30,41 -o est, quae brevi argumentatione ex iis, quae ante dicta sunt aut facta, conficit, quid necessario consequatur. CIC. inv. 1,45 simplex ... -o ex necessaria consecutione conficitur. 1,54 aut confirmat concessionem aut quid ex ea conficiatur ostendit. 1,79 si simplex -o falsi aliquid continere demonstratur. 1,89 id, quod non conficitur, ... in -e infertur (*cf.* PS. APVL. herm. p. 273). Phil. 2,32 haec summa est -is meae. top. 54 appellant ... dialectici eam -em argumenti ... primum -is modum. 56 illa ex repugnantibus sententiis ... -o, quae a dialecticis tertius modus a rhetoribus ἐνθύμημα dicitur (*cf.* AVSON. 407,3 sophisticas Isocratis -es, ... enthymemata Demosthenis). 57 ex iis modis -es innumerabiles nascuntur (ac. 2,128). 60 necessaria -o non sequitur. fin. 1,30 argumentum -emque rationis. 3,27. 3,59 hac ... -e rationis. 4,8 extrema -o (QVINT. inst. 9,4,123 LACT. inst. 1,16,17). 4,52. 4,55 -o non solum vera sed ... perspicua (SEN. epist. 48,5 falsa). ac. 2,26 argumenti -o, quae est Graece ἀπόδειξις, ita definitur: 'ratio *eqs.*' (QVINT. inst. 5,10,2 certam quandam argumenti -em vel ex consequentibus vel ex repugnantibus). 2,30. 2,40 composita ... ea -o sic est. 2,66 haec ... -o quam habeat vim (2,96 vis -is. PS. APVL. herm. p. 273 ut -is vis a similitudine inductionis distingueretur). 2,67 -em ... probabat (2,96 *bis*). 2,101 ut taceam, -o ipsa loquitur. Tusc. 5,47 id ... nobis Socratica illa -e confirmatur. 5,82 facilis -o. nat. deor. 3,18 brevis et acutulas -es (3,22). div. 2,101. 103. 106 iacet ... tota -o. 2,109 iam adsumptione non concessa nulla -o est. fat. 31. 42. QVINT. inst. 2,20,5 quod philosophi ... multis et acutis -bus colligunt. 5,14,1. 11. 20 aut ... expugnatur intentio aut adsumptio aut -o. 5,14,24 quod syllogismus utique -em et propositionem habet (GELL. 2,8,8 conclusionem [*sic cod. A*; *al.* coniunctionem] syllogismi non in fine posuit, sed in principio. ISID. orig. 2,9,1. *cf.* AVSON. 337,1 sensuum nulla conceptio, propositio, redditio, -o aliaque sophistica). 7,3,14 subtilis haec et ad morem dialecticorum formata -o. GELL. 2,7,14 -o vero illa ... inperfecta est refutarique ac dilui ... potest. PS. APVL. herm. p. 266. 271 ad unam -em consentire. *ibid.* -es universales sed ... abdicativas. 272 tota ratiocinatio ista, quae acceptionibus et illatione constat et collectio vel -o nominatur. 273 neque ex particularibus solis neque abdicativis solis ratam fieri -em (*cf.* CIC. top. 56 -es ... ratae). 278 *et saepe ibid.* LACT. inst. 2,8,45 illa -o qua sententiam terminavit multo absurdior. 3,16,9 Ciceronis Hortensius ... circumvenitur arguta -e. MAR. VICTORIN. rhet. 1,29 p. 233,43 *de simplici conclusione in argumentatione* (IVL. VICT. rhet. 7 p. 408,7. *simplex conclusio reprehenditur* MAR. VICTORIN. rhet. 1,46 p. 254,3. IVL. VICT. rhet. 12 p. 414,35. *de vitiis in conclusione* MAR. VICTORIN. rhet. 1,47 p. 254,26). MAR. VICTORIN. rhet. 1,34 p. 243,30 *de conclusione, parte syllogismi* (IVL. VICT. rhet. 9 p. 409,37 ISID. orig. 2,9,2). MAR. VICTORIN. rhet. 1,38 p. 246,29 *conclusionum genera in syllogismis* (IVL. VICT. rhet. 9 p. 410,21). CASSIOD. rhet. 11 p. 499,7 *conclusio inductionis* (*cf.* ISID. orig. 2,9,6 -o inductionis est, quae aut concessionem illationis confirmat aut quid ex ea conficiatur declarat). FAV. EVL. p. 10,8 dialectici ... -is hypotheticae modos in septenarium numerum redegerunt (CASSIOD. gramm. VII p. 143,15). RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 196^D ex ipsorum verbis propositiones collectionesque accipiens in Allophylorum segetem ignem -is emittat et ex propriis eorum argumentis omnes eorum fructus ... incendat. AVG. soliloq. 2,1 cedo -i. MART. CAP. 4,407 hoc a Graecis συμπέρασμα dicitur, a nobis dici potest conclusio, -o. 6,716. 8,847. CLAVD. MAM. anim. p. 106,25 dialecticis -bus. BOETH. herm. pr. 1,9 p. 112,4 *et* 12. 2,10 p. 145,2. sec. 4,10 p. 332,22 *al.* **4** *apud grammaticos*: DIOM. gramm. I 444,4 zeugma est unius verbi -o diversis clausulis coniuncta (DON. gramm. IV 397,15). 500,14 ecaudes sunt qui in ultima -e oratiuncula vel syllaba fraudantur. SERG. gramm. IV 480,29 synzugia est ex variis pedibus velut in unum pedem collecta -o. POMP. gramm. V 301,28 syllempsis est dissimilium rerum una -o. 301,37. PS. IVL. RVF. schem. lex. 5 p. 49 ἐπανάληψις est eorundem verborum ... cum aliqua periodi -e facta repetitio. **5** *varia*: *i. q. comprehensio*: ZACCH. 1,20 summaque edictorum -e praecipitur. GREG. M. epist. 5,3 p. 283,19 sententia ... a vobis prolata est in -e gestorum, in qua ... subintulistis eos qui neglegunt ... privatione plectendos. *t. t. mathem.*: PS. BOETH. grom. p. 412,18 sex sunt ordines in opere demonstrationis artis geometricae, id est praepositio ... et -o. geom. p. 374,12 planus angulus est duarum linearum in plano invicem sese tangentium ... -o. 411,28 embadalis ... -o. 415,7 areae ... -em hoc modo investigare curato. *cf.* APRING. in apoc. 1,8 in hac -e circuli *litterae alfa*. *apud ICTOS*: COD. Theod. 8,4,8,2 (*a. 364*) hoc quasi generale -o legis amplectitur. 11,31,3 cuique duo ad peragendum menses causarum urgentium -e tribuuntur.

synonyma: *ad I*: contractio, obtrusio, tensio. *ad I a*: obsidio. *ad I b*: carcer. *ad II 1*: finis. *ad II 2*: clausula, comprehensio, cumulus, epilogus, periodus, peroratio. *ad II 3*: collectio.

conclūsiuncula, -ae *f. a* conclusio *deminutive.* CIC. ac. 2,75 sophismata; sic enim appellantur fallaces -ae. Tusc. 2,42 *Stoici* contortulis quibusdam et minutis -is ... effici volunt non esse malum dolorem. AVG. soliloq. 1,1,1 quod invenis paucis -is breviter collige.

conclūsīvus, -a, -um *a* concludere. SVLP. VICT. rhet. 39 p. 336,33 loci huius status (*sc. finis*): ... qualitas -a. 40 p. 337,29. PS. PRIMAS. in I. Cor. 7 p. 524^D collectio. *adv.* **conclūsīvē:** CASSIOD. inst. div. 1 p. 1112^A de quo conclusive dictum est.

conclūsūra, -ae *f. a* concludere. VITR. 6,8,3 uti levent onus parietum fornicationes cuneorum divisionibus et ad centrum respondentes earum conclusurae (*i. nexus*).

1. conclūsus, -a, -um *v.* concludo.

2. conclūsus, -ūs *m. a* concludere. CAEL. AVR. chron. 1,4,77 eum (*infantem*) nutrix amictu contegens ... conclusu corporis corrigere meditetur. *Spelthahn.*

concoagulo, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* coagulare. DIDASC. apost. 71,12 sanctifica lac hoc quod quoagulatum est, et non conquaglans tuae caritati. *L.*

concoctio, -ōnis *f. a* concoquere. *dat. plur.*: PLIN. nat. 20,37. 22,91. *acc. plur.*: PLIN. nat. 20,64 (-em *F*). 27,48. 27,136. *i. q. digestio* (*at cf.* CELS. 1 prooem. p 7,5 *l. 56*). CELS. 1 prooem. p. 4,16 maxime pertinere ad rem -o videtur. p. 7,5 sive hac de causa -o incidat, sive de illa, et sive -o sit illa, sive tantum digestio. 1,2 sin lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post -em (1,5). 1,8 prodest ... adversus tardam -em clare legere. 1,9 -o sicut in omnibus corporis adfectibus necessaria. *ibid.* -o ... omnibus vitiis occurrit. *ibid.* calor -em prohibet. 2,10. 3,2 si deterior -o. 3,4 antiqui medicamentis quibusdam datis -em moliebantur. 3,6 ad -em ... materiae genus et modus pertinent. 3,22 impediat. 3,27,3 dummodo -i utique studeatur. PLIN. nat. 11,200 -e maturatā. 20,37 multum -bus confert (22,102 plurimum). 20,42. 20,64 -es (-em *F*) adiuvant (20,173 mire. 23,35 minus. 27,48). 20,101 uti concoctionem (*Detlefsen*, coctionem *codd.*) faciat (*Sillig*, facias *codd.*; 26,112. 37,136). 22,91 stomacho et -bus utilem. 23,151 difficilem -i et stomacho inutilem. *Burger.*

concōgito, -āre *a* con *et* cogitare. AVG. serm. ed. Mai 150,2 Herodes ... praefert supplicem, concogitat hostem, *i. dum simulatam prae se fert supplicationem, hostilitatem comminiscitur.*

concōgo συναναγκάζω GLOSS. II 444,4.

concolligo, -ēgī, -ectum, -ere *a* con *et* colligere. ITALA exod. 3,16 (Lugd.) -e omnes maiores natu. num. 11,16. 11,22. 11,32. 21,16. 21,23. iud. 10,17 (*LXX* συνάγειν, VVLG. congregare). 20,11 -ctus est omnis Istrahel (συνήχθη, convenit). 20,28. 11,3 -bantur (συνεστράφησαν, congregati sunt). num. 19,9 -et homo mundus cinerem vitulae (συνάξει, colliget). 11,24 (Monac.) -egit LXX viros (colligit *Lugd.*). Ezech. 40,12 (Wirc.) cubitum -ctum (πῆχυς ἐπισυναγόμενος, *non in* VVLG.). psalm. 146,2 (Veron.) dispersiones Israhel -ens (ἐπισυνάξει, congregabit). Matth. 24,31 (cod. d). Marc. 13,27 (cod. a). ORIGEN. in Matth. 18,73 -ens malefacta eorum in breve.

concolo, -ere *a* con *et* colere. RVSTIC. c. aceph. p. 1229^A nec altaria Deo ab antiquis coadorabantur et -bantur.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

concolōna, -ae *f. a* con *et* colona. AVG. epist. 35, 2 duas etiam sanctimoniales concolonas suas.

concolor, -ōris *a* con *et* color. GLOSS. ὁμόχροος. GRAMM. suppl. 115, 2 communia duorum generum in -or, ut ... hic et haec -r. *primum invenitur apud* VERG. *(semel), deinde legitur frequenter apud* Ov., *inter auctores prosae orationis habet primus* COLVM. *forma invenitur plerumque* concolor *nomin.*; concolori *abl. habet* PLIN. nat., concolores PLIN. nat. *et* APVL. *forma* concolorus MART. CAP. *v. l. 21. 33.*

1 *proprie*: **a** *eiusdem coloris atque altera res*: VERG. Aen. 8, 82 candida ... cum fetu -r albo *sus.* PRIAP. 37, 12 *mentula* ponetur tibi picta ... consimilisque -rque. Ov. met 6, 406 -r hic umerus *Pelopis* ... corporeusque fuit. 10, 735. PLIN. nat. 9, 180 parvo navigio et -i veste. 28, 139 cicatrices -es facit *axungia.* 33, 90 panno. 21, 28. SIL. 3, 682 *columba* niveis transnavit -r alis. *cf.* 15, 99. 7, 685 -r aequabat liventia currus equorum terga. MART. 2, 43, 12 -r in nostris, cammare, lance rubes. HIL. syn. 89 lac. AVSON. Mos. 74. 396, 44 *musculus* algoso legitur litore -r. RVT. NAM. 1, 432. QVEROL. p. 17, 16 limus. SIDON. epist. 2, 10, 4 vers. 10 sol ... fulvo ut -r erret in metallo. 7, 17, 1 supra vultum ... pallentem dolore -r factus. 7, 7, 3. carm. 22, 73 *al.* CORIPP. Ioh. 6, 93. MART. CAP. 1, 80 *sertum* salis instar candidum atque spumarum canitie concolorum. *adde*: CARM. epigr. 534, 2 (= CORP. VI 33953) -r victor, *i. eiusdem factionis. coniungitur cum dativo*: Ov. met. 11, 500 *pontus* -r est illis *harenis.* fast. 1, 80 populus festo -r ipse suo est. hal. 103. 124. COLVM. 7, 3, 1 si palatum atque lingua -r lanae est. LVCAN. 4, 678 -r Indo Maurus. 9, 715 *serpens* -r exustis ... harenis. PLIN. nat. 8, 101 chamaeleone -i frondi (*cf.* SOL. 40, 23). 8, 121 oculi ... corpori -es. VAL. FL. 1, 611 nocti -r alas ... Notus. SIL. 1, 233 effosso -r auro (STAT. silv. 4, 7, 16 erutoque -r auro). 16, 349 patrio pes omnis *equi* -r albo. STAT. Theb. 5, 366 tenebras quis unda -r. 6, 331. silv. 1, 2, 149 -r alto vena mari (*i. marmor Carystium. cf.* MART. CAP. 6, 659 Carystos marmore fluctibus concolore [concolora β]). IVL. VAL. 3, 36 ebeno cui -r bestia. AMM. 20, 11, 28. AVG. hept. 3, 47. MART. CAP. 6, 571 lumina -r igni *volucris.* SIDON. epist. 4, 20, 1. CORIPP. Iust. 1, 322. 4, 232 vestique rubebat -r. CASSIOD. var. 7, 17, 1 or. frg. p. 483. *cum genetivo*: NON. p. 35 arquatus morbus dictus ... quod arcus sit -r. MART. CAP. 9, 894 -r temporum pluma.
b *i. q. unicolor*: PLIN. nat. 37, 69 *smaragdi* acriter virides, sed non facile puri aut -es. 10, 80 turdis color aestate circa cervicem varius, hieme -r. PAVL. NOL. carm. 21, 77 -r uno vellere virgineae ... sacra turba catervae. **2** *translate i. q. similis*: APVL. met. 5, 16 exordio sermonis huius quam -es (*F marg.*, colores *in textu*) fallacias adtexamus. PRVD. c. Symm. 2, 872 una superstitio est quamvis non -r error. AMBR. in Luc. 5, 23 interior *homo* ... non versicolorem speciem ... debeat habere gestorum, sed -r Christo illum studio mentis imitari.

concolōrāns, -ntis [*cf. c.* concolor *et c.* colorare. *Th.*]. TERT. pudic. 8 quibusdam ad praesens concolorantibus figuris.

concōmis, -e *a* con *et* comis. INSCR. christ. Leblant I 26 (*saec. VI*) concomis et dignus.

concomitor, -ātus sum, -ārī *a* con *et* comitari. RVFIN. hist. 2, 22, 1 Aristarcho se -ante (αὐτῷ συνῆν). PS. CYPR. abus. 7 haec ... ad caelestem patriam pergentes -ari nequeunt. VEN. FORT. carm. 8, 3, 158 Caesario -ante suo. **concomitātus,** -a, -um. *part. pass.* PLAVT. Mil. 1103 quibus -a (*Acidalius*, cum comita *plerique codd.*) ... deveniat domum.

concommitto, -mīsī, -missum, -ere *a* con *et* committere. LVCIF. non conv. 11 p. 24, 25 concommittere ... adulterium. *L.*

concoquo, -xī, -ctum, -ere *a* con *et* coquere. GLOSS. συνέψω, συνέψει. *supin.* concoctu: PLIN. nat. 23, 147. *legitur inde a* PLAVTO.

I *i. q.* **coquo: 1** *proprie*: **a** *decoquo, penitus coquo*: PLAVT. Pseud. 869 sorbitione faciam ego hodie te mea item ut Medea Peliam -xit senem. ACC. trag. 220 *Atreus* -it partem vapore flammae (flammam *codd. cf.* COLVM. 7, 5, 8 vas in sterquilinio defoditur ac ... fimi vapore -ctum ... promitur, tepefactumque medicamentum illinitur). VARRO Men. 428 humanae (humanarum *codd.*) quandam gentem stirpis *Prometheus* concoquit (conquit *codd.*). VITR. 7, 2, 1 uti *glaeba calcis* ... in maceratione diuturna liquore defervere coacta uno tempore -atur. COLVM. 2, 18, 3 *faenum* non ante componunt quam per paucos dies aliquos temere congestum in se -i et defervescere patiantur. arb. 4, 2 *vinea* iugata plus aëris recipit et altius fructum fert et aequalius -it (HYG. fab. 183 p. 36, 2 fruges). PLIN. nat. 18, 110 *terra Campaniae* acceptum umorem ... temperate -ens intra se vice suci continet. **b** *una coquo*: LVCR. 2, 853 mixtos in corpore odores -ctosque. SEN. epist. 95, 28 ostrea, echini, spondyli, mulli perturbati -ctique ponantur. PELAGON. 362 picis liquidae selib., olei sext. II, aceti heminis ternis -ctis. CAEL. AVR. acut. 2, 12, 82 sulfure et bitumine. chron. 2, 4, 85 eruca cum aceto apponenda; sed haec sunt primo -enda iugi motu versata (*v. Helmreich, Archiv 20 [1902] 175*). *nota intransitive*: GARG. MART. med. 42 p. 184, 24 cum omne -erit. *cum dativo*: PLIN. nat. 31, 122 sal et nitrum sulpuri -ctum in lapidem vertitur. 39, 199 vitrum sulpuri -ctum ferruminatur in lapidem. CAEL. AVR. acut. 3, 8, 85 lacte asinino carni (*Helmreich;* carne *vulg.*) -cto. chron. 2, 7, 104 mel admixto modico cumino -ctum. 2, 13, 188 gluten ... farinae -ctum et rubo. 4, 8, 126 pultibus ... atque sorbilibus convenit absinthium -ere vel similes herbas. **2** *translate i. q. vexo*: SER. SAMM. 590 dolor internam vessicae -et alvum.

II *i. q.* **digero: 1** *proprie*: **a** *cibos, nutrimenta*: CATO agr. 127 ubi voles c i b u m -ere. CIC. nat. deor. 2, 24. fin. 2, 64 cibus facillimus ad -endum. VARRO rust. 3, 9, 20. CELS. 1 prooem. p. 4, 19 per calorem. 1, 1. 3. 4 facile. 1, 8 *id.* 4, 12 difficulter. 7, 24 PLIN. nat. 23, 36. 27, 20 difficilius. 29, 26. LACT. opif. 11, 2 quibus (*cibis*) -ctis et liquefactis. HIER. in Mal. 2, 3—4 p. 957 in ventriculo. MACR. sat. 7, 5, 29 *venter cibum* -it. CIC. nat. deor. 2, 124 *avis conchas* cum stomachi calore -erit (SEN. epist. 90, 22 *cibus* aequali *ventris* fervore -itur). 2, 136 ut id mutari et -i possit. LVCR. 4, 631 dummodo quod capias -ctum didere possis. CELS. 1 prooem. p. 4, 11 cibum potionemque et adsumimus et -imus (3, 6 ne plus adsumat quam -at). 4, 21 nihil enim -i, sed crudam materiam ... in corpus omne diduci. 4, 28 si nihil -itur. 1, 2 p. 15, 20 aegrius (PLIN nat. 22, 100 aegre. GARG. MART. med. 48). 1, 6 tarde. 1, 9 melius -itur, ubi frigus ... est (PLIN. nat. 28, 54 *Theophrastus tradit* celerius -i dextri lateris incubitu). 2, 18 quo valentior quaeque materia est, eo minus facile -itur; sed si -cta est, plus alat. 3, 6 facilius. 3, 22 facile. 4, 12 *bis.* 5, 20 spuma argenti -itur (*locus corruptus*). SEN. dial. 7, 11, 4 adspice Nomentanum et Apicium terrarum ac maris, ut isti vocant, bona -entis. 11, 10, 3 epulas, quas toto orbe conquirunt, nec -ere dignantur. epist. 78, 24 edet, quantum -at. 95, 25 scias putrescere sumpta, non -i. COLVM. 8, 7, 3 plus. PLIN. nat. 10, 2 -endi sine dilectu devorata mira natura. 19, 58 facilia -i. 20, 85 facillime. 20, 106 difficile. 20, 219 difficillime. 22, 56 difficilius. 23, 38 facilius. 23, 147 *nuclei* sunt ... difficiles -ctu. QVINT. inst. 8, 4, 16 *vinum* quod ferre et -ere non posset illa corporis gladiatoria firmitate. CHIRON 385 dum interdum in totum nihil -et. HIER. epist. 65, 5 *escas.* MACR. sat. 7, 4, 28 tardius. 7, 5, 12 multis -endis. PS. APVL. herb. 1, 37 facile. *nota*: PLIN. nat. 22, 94 omnem ilico sucum alienum saporemque in venenum -i (*a boleto*). LACT. opif. 14, 5 iecoris officium volunt esse ut cibos in alvo -at amplexu et calfactu suo (*cf.* MACR. *l. 9*). *absolute*: CATVLL. 23, 8 bene nam valetis omnes, pulcre -itis. CELS. 1, 2 p. 14, 6 qui b e n e -xit (p. 14, 30. 1, 4. 3, 27, 2 COLVM. 6, 25, 1 MART. 1, 72, 3 PLIN. med. 2, 26). 1, 2 p. 14, 8. p. 14, 20 illud -ere, hoc -isse significat (PLIN. nat. 28, 68). 1, 2 p. 14, 31 minus. p. 15, 25 facilius. 1, 7 id agendum est, ut -at aliquis. 1, 8 tarde. 5, 25, 1 potest ... etiam ad -endum. 6, 6, 29 mane, ubi -isse manifestum est. SEN. benef. 4, 39, 3 quamvis non -erim. epist. 86, 11 expectabat, ut in balneo -ret. COLVM. 2, 14, 4 id animal lentissime mandit ideoque facilius -it. 6, 2, 14 in eo (*cibo*) conficiendo lenti; nam hi melius -unt. 8, 5, 17. 12, 33, 1 vinum scilliten ad -endum ... hoc modo condire oportet. PLIN. nat. 1, 11, 117 quibus de causis homo non -at. 11, 203 somno -ere corpulentiae quam firmitati utilius ... ideo athletae ambulatione malunt cibos perficere. pervigilio quidem praecipue vincuntur cibi. TERT. anim. 43 etiam sudor digestionis aestuantis est index. denique -ere dicimur. MARCELL. med. 20, 117 si quis multum comederit et non -erit et cibus ei in stomacho iacuerit. *de terra*: SEN. nat. 5, 4, 2 semper -it *terra.* *i. q. digestionem efficere*: CATO agr. 156, 1 de brassica quod -it. *ibid.* mirifice -it, alvum bonum facit *brassica.* CELS. 1 prooem. p. 4, 27 si calor -it. PLIN. nat. 23, 46 hoc genus vini excalfacit, -it, purgat (27, 136). *cf.* SER. SAMM. 326 proderit hoc stomacho, victas et -et escas (*an subi.* stomachus?). **b** *de aliis rebus maturandis molliendisve*: CATO agr. 157, 3 *brassica lenis* tumida -it. VITR. 2, 4, 3 *harenae* ab sole et luna et pruina -ctae resolvuntur et fiunt terrosae. CELS. 2, 7 toto die non -cta fertur urina. 5, 3 -unt et movent pus nardum myrrha (PLIN. nat. 22, 122 cum pus -i opus est). 5, 18, 17 in iis tuberibus, quae difficiliter -untur. 7, 7, 2 *tuberculum* hac ... ratione saepe discutitur, interdum -itur. PLIN. nat. 20, 129 *nasturcium* furunculos -it cum fermento. 20, 250 eadem cum fico tetidem (epheliden *Sillig*) -it ac maturat. 21, 127 ad emolliendas vulvas sudoresque faciendos et suppurationes -endas (30, 125 mammarum suppurationes -unt et aperiunt extrahuntque). 21, 161 *habrotonum* -it p a n o s (22, 125 strumas et panos. 24, 62 *viticis seminis decoctum* vomicas et panos, difficile -ens [*Mayhoff*, -entes *codd.*] cum farina hordeacea mollit. 32, 106 sive discutere opus sit incipientes *panos* sive -ctos emittere). 22, 107 tubera discutit, dura -it *mel* (24, 54 duritias. 25, 55 strumas, suppurata, duritias -it et purgat). 22, 122 farina ... c o l l e c t i o n e s impetusque discutit, lenit -itque (35, 176 natura eius [*sulpuris*] excalfacit, -it, sed et discutit collectiones corporum). 23, 95 lilinum ... utilissimum est ... vulvae molliendae -endisque intus (vitiis *Dalecampius*). 23, 154 *bacae lauri* -unt (*ed. Bas.*, concuunt *vel* coquunt *codd.*) pituitam et extrahunt. 24, 36 reliquae (*resinae*) ventrem molliunt, cruda -unt, vulvae onera extrahunt. VEG. mulom. 1, 28, 3 nam cum candente ferro ruperis cutem, vitium omne -itur atque maturatur (*cf.* CHIRON 34 vitium concutitur, id est maturatur). *absolute*: PLIN. nat. 22, 122 cum inter -endum discutiendumque cura est. 26, 48 natura ei molliendi, siccandi, -endi. *quasi subst.* c o n c o q u e n d a, -ōrum: PLIN. nat. 27, 30 radix discutiendis -endisque adhibetur (*cf.* 23, 95 *supra l. 72*). **2** *translate*: *i. q. fero, tolero*: CIC. ad Q. fr. 3, 9, 5 ut eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam -am. epist. 9, 4, 1 haec (κρίσις) quam noster Diodotus non -bat. [CATVLL. 68, 139 *ci. Lachmann*, quotidianam *codd.*]. LIV. 4, 15, 7 quem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

senatorem -ere civitas vix posset. PETRON. 75 suadeo, bonum tuum -as, milva. 82 vers. 4 qui ... sicco -it ore famem. 105 ego ... tres plagas Spartana nobilitate -xi. *i. q. delibero, meditor*: CIC. Q. Rosc. 45 tibi vero, Piso, diu deliberandum et -endum est, utrum. har. resp. 55 nocturnis vigiliis ... iustitium illud -ctum atque meditatum est. SEN. epist. 2, 4 unum excerpe, quod illo die -as. 84, 7 -amus illa: aliqui in memoriam ibunt, non in ingenium. *nota*: QVINT. inst. 11, 2, 43 *dormienti* maturatur atque -itur ... recordatio.

iunctura: in *cum acc.* PLIN. nat. 22, 94 *v. p. 82, 31.* *syn.*: conficere, perficere, vincere. maturare, mollire, discutere. deliberare, meditari. *Burger.*

concordābilis, -e *a* concordare. CENS. 10, 4 non ... omnes voces ... iunctae concordabiles in cantu reddunt effectus.

concordanter *v.* concordo *p. 89, 37 sqq.*

concordātio, -ōnis *f. a* concordare. **1** *i. q. reconciliatio*: VVLG. Sirach 22, 27 non timeas: est enim -o (διαλλαγή). 27, 23 et maledicti est -o. **2** *i. q. concentus*: HIER. tract. in psalm. 148 p. 310, 17 videte -em discordiae. LEO M. serm. app. 20, 2 coadunare ... utriusque paginae -em. BEDA temp. rat. t. II p. 153 liquidoque patet in horum -e temporum nihil praeiudicare bissextos.

concordē *v.* concors *p. 92, 23.*

×1. concordia, -ae *f.* VARRO ling. 5, 74 -a a corde congruente. GRAMM. suppl. 123 *concors* unde -a ... neutraliter plurali numero dicuntur nom. et acc. et voc., quae ... nomina et aliter singularia inveniuntur in prima declinatione feminino genere. GLOSS. ὁμόνοια. *legitur inde a* PLAVT. *per totam latinitatem et frequentatur a* CIC. LIV. SEN. AVG. *rarum apud poetas* PLAVT. Amph. *ter*, ENN. *semel*, CATVLL. *bis*, PVBLIL. *ter*, LVCR. *bis*, HOR. *semel*, PROP. *semel*, OV. *8^ies^*, MANIL. *5^ies^*, LVCAN. *quater*. SIL. *semel*, STAT. *ter*, IVV. *ter*. *pluralis non legitur.*

I ***de animantibus*:** **1** *de deis*: ENN. trag. 122 di pacem ... inter sese conciliant, conferunt -am. *cf.* RHET. Her. 2, 25, 39 CIC. inv. 1, 91. PLAVT. Amph. 475 *v. infra p. 85, 5.* AVG. civ. 6, 9 itane ista est innocentia deorum, ista -a? *de christianorum deo*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 2, 10 idem in duobus vel pluribus significatur ... -a ὁμονοίᾳ, eodem corde. HIL. trin. 9, 1 societas -ae (*opp.* unitas). *cf.* PS. PHOEBAD. fid. 2 p. 35^A si -a tantum et societate unum sunt (*pater et filius*). *de concordia hominis cum deo*: AVG. in psalm. 62, 5 in -a Christi omnes una anima sumus. PS. AVG. serm. 97 non potest -am habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum christiano.
condēnso, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* densus *vel* densare. *Th.*]. GLOSS. calcat, συγκροτεῖ, συνάπτει; condensantes constipantes, adplicantes; condensati consiti, in unum conlocati, collecti, constipati. *habent* VARRO *semel*, BELL. Afr. *semel; deinde frequentius inde a* COLVM. [*hisp.* condesar. *M.-L.*]

1 *constipare*: VARRO rust. 2, 3, 9 oves quae se congregent ac -ent in locum unum. BELL. Afr. 13, 1 inter eos ... pedites interposuerant et ita -erant, ut. DICT. 2, 2 -atis utrimque frontibus ... concurritur. **2** *calcare, conspissare*: COLVM. 12, 45, 3 usque ad summum labrum vinacea -antur (*syn.* conspissare). 7, 8, 4 *caseus* rursus ponderibus -atur (*antea*: premitur, ut conspissetur). 2, 19, 1 *area* paviculis vel molari lapide -etur. 4, 1, 7 *humus* -ata subsidit (*opp.* soluta laxataque). 1, 6, 12 *horrei* solum terrenum ... velut Signinum opus pilis -atur. FEST. p. 343 navigia quae lino ac sparto -antur, a conserendo et contexendo dicta. *coniungere*: COLVM. 4, 17, 8 pampini iungantur et -ati camerae more ... obumbrent. 2, 17, 6 non sinunt herbarum radices serpere et -ari. *constringere*: CAEL. AVR. chron. 4, 1, 6 unguenta -ant corpora (*syn.* constringunt). PLIN. VAL. 5, 1 omnia, quae -antur habentve poros constrictos, inutilia sunt. *translate*: EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894ᴬ et saeculares quidem firmum corpus dicunt quasi -atum. 3, 8 p. 899ᴬ aere ... -ato (*syn.* conglomerare). MAR. VICTORIN. verb. script. 2 tenebras ... in medio orbe -atas. SCHOL. Hor. carm. 2, 3, 10 umbram ... consociare: -are et opacam facere. *nota* EVSTATH. Bas. hex. 7, 2 p. 938ᶜ pisces acutissima dentium acie -antur (*quasi dicas*: acie densissima armantur).

condēnsus, -a, -um [*cf. c.* condensere, condensare *et c.* densus. *Th.*]. *habent* LVCR. *septies*, BELL. Afr. *semel*, VERG. Aen. *bis*, LIV. *bis*, PLIN. nat. *ter et recentiores.*

1 *confertus, densatus*: GLOSS. condensum: conspissum, spissum, spississimum. VERG. Aen. 2, 517 hic Hecuba et natae ... -ae et divum amplexae simulacra sedebant. VAL. FL. 2, 172. SIL. 13, 599 Harpyiaeque ... omnibus haerent -ae foliis. 14, 634 infundunt ... agmen -ique ruunt (CORIPP. Iust. 3, 209). LIV. 26, 5, 13 -am aciem (CORIPP. Ioh. 4, 640 8, 266). LVCR. 1, 606 agmine -o (CORIPP. Ioh. 2, 165). SIL. 2, 447 -aque cingunt agmina. APVL. met. 11, 22 capreolatim -is apicibus ... lectione munita. PLIN. nat. 10, 202 insidunt ... pardi -a arbore (*cf.* 10, 9 maxime si -a harundo sit). SIL. 1, 364 *Poeni* -is artae testudinis armis subducti. LVCR. 1, 575 quorum *corporum* -o . magis omnia conciliatu artari possint (2, 100). 6, 102 neque tam -o corpore nubes esse queunt. 4, 57 corpora ... partim diffusa solute ... et partim contexta magis -aque. CORIPP. Iust. 3, 166 excubitus -us. STAT. Theb. 4, 593 grege -o ... monstrant. CYPR. GALL. Ios. 350 -us dum ruit hostis. num. 640 videt -o in milite regem (CORIPP. Ioh. 4, 295. 1084. 8, 183 *cf.* Iust. 2, 320). IREN. 5, 3, 2 nervi undique -i et continentes membra. CORIPP. Ioh. 8, 513 nimbos. LVCR. 6, 466 uti *nubila* -a queant apparere. PLIN. nat. 11, 101 *locustae* pariunt ... ova -a (*i.* conglutinata). CORIPP. Ioh. 6, 526 phalanges. VERG. Aen. 8, 497 fremunt -ae litore puppes. GREG. TVR. glor. mart. 46 reliquiae tam -ae ... distributa. HIL. in psalm. 57, 5 rhamnus ... plures ex se -asque spinas modo rubi ecfert. LVCR. 5, 486 *ut terra* -a coiret. CORIPP. Ioh. 4, 1009 -is turbis. BELL. Afr. 14, 2 ex -is turmis pedites ... procurrunt. GREG. TVR. vit. patr. 17, 3 inter vepres -as. *nota* AVG. c. epist. fund. 23 *deum* tribus quadris infinitum atque -um, ex ima vero fissum, patentem. NOVELL. Iust. 22, 48, 1 sit ... praesens lex -a undique (συνειλεγμένος πανταχόθεν) et complexa sub una continuatione. *accedit ablativus*: BELL. Afr. 50, 1 olivetum vetus crebris arboribus -um. LIV. 25, 39, 1 vallis cava intererat, -a arboribus. HIER. in Ier. 4, 23 Carmelus ... vineis -us.

2 *umbrosus, frondosus*: GLOSS. condensum: frondosum, nemorosum; condensa: δασεῖα, σύνδενδρος. ITALA Hab. 3, 3 (Aug. civ. 18, 32 *cf.* HIER. *ad l.*) de monte umbroso et -o (*LXX* κατασκίου δασέος; VVLG. de monte Pharan). VVLG. II reg. 18, 9 subter -am quercum et magnam (τὸ δάσος τῆς δρυὸς τῆς μεγάλης). Ezech. 31, 3 inter -as frondes (παραφυάσι). 31, 10 summitatem suam virentem atque -am. HIER. in Ezech. 10, 31 p. 370 arbor pulchra ramis et -a frondibus. in Os. 3, 14 p. 161 ero quasi iuniperus -a, ut sub mea umbra

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

requiescat. SOL. 5, 3 *lacus* -us arbustis. CORIPP. Ioh. 4, 300 -is frondibus ornum. 6, 588 -os saltus. Iust. 3, 174 silvam. *cf.* ISID. diff. 1, 42 opacum -um est et umbrosum.

subst. n. **condēnsum,** -ī. GLOSS. δρυμός (*v. l. 11*); condensa: secreta, frondosa silvae. ITALA IV reg. 21, 3 (Didasc. apost. 21, 27) fecit -a (ἄλση; VVLG. lucos). 21, 7 -i (ἄλσους, luci) imaginem. TERT. virg. vel. 17 caput solum plane totum in -um abstrudere (*opp.* in aperto relinquere). AMBR. epist. 63, 67 inter alta et -a montium. Noe 15, 52 -a et opaca eorum *montium*. VVLG. Is. 10, 34 -a saltus (ὑψηλοί). HIER. in Soph. 1 p. 676 crescentes vepres et -a silvarum. *translate*: VVLG. psalm. 28, 9 revelabit -a (δρυμούς; *cf.* EVCHER. form. praef. p. 6, 7 -a scripturarum suarum. 3 p. 18, 1 condensa: opaca vel contecta scripturae divinae). 117, 27 constituite diem solemnem in -is (ἐν τοῖς πυκάζουσιν).

? subst. f. **condēnsa,** -ae. RVRIC. epist. 1, 1 prolatis de condensa scripturarum (*cf. l. 11*) pabulis (*ubi* silva *add. Petschenig*).

condentālis, -e *a* con *et* dentalis. GLOSS. II 439, 45 συγγεγομφωμένος.

condēprecor, -ātus sum, -ārī. *ex* deprecari *formatum ad gr.* συνεύχεσθαι. CANON. Migne 56, 794[A] ecclesiae sanctae non -antur.

[**condēprehendo.** Ps. QVINT. decl. 12, 25 portus onusta classe deprehenderis (condepr- *B*, compr- *Mβδ*)].

condepso, -uī, -ere *a* con *et* depsere. NON. p. 39 condepsere commiscere, a graeco tractum (*inde* GLOSS. V 650, 10). CATO agr. 40, 2 haec una bene -ito (condeposito *cod.*). 76, 2. 76, 3. POMPON. Atell. 86 partem insipui conluxi condepsui.

condēscendibilis, -e. *is qui condescendit.* EPIST. pontif. 620 Migne 59, 15[A] -em me et optima dispositione revocare posse concordiam.

condēscendo, -ī, -ere. *formatum ad gr.* συγκαταβαίνειν. IREN. 1, 15, 3 qui conseminati sunt cum eo et -erunt (συγκαταβάντων) et coascenderunt. HIL. in psalm. 61, 8 (*opp.* conresurgunt). EPIST. pontif. 620 Migne 59, 15[A] ad meliora proficiendo -ere, non ad inferiora descendendo deficere (*v. totum locum*). AMBR. Isaac 7, 57 -at . . . ad eorum inscientiam qui non intellegant (THEOD. MOPS. in Eph. 4, 26 -ens docet eos modeste). CASSIAN. conl. 17, 20, 3 -isse se et a perfectionis rigore aliquid relaxasse. *cf.* 16, 23. GREG. M. epist. 4, 43. 5, 20 -i ad eum *eligendum* potest. ISID. sent. 3, 49, 3 *debet principatus* nec dominando premere, sed -endo consulere. *c. d a t. i. q. subvenire, cedere*: AMBR. Isaac 5, 44 quaerentibus frequenter occurrere et -ere ut eos elevent. EVCHER. instr. 1 p. 84, 6 inferioribus. GREG. M. epist. 5, 40 fratribus. CASSIAN. conl. 2, 13, 7 -ere infirmitatibus laborantum et conpati fragilitati iuniorum (2, 13, 9. 17, 16, 2). 17, 19, 8 utilitatibus aliorum. PAPYR. Marini 2 vestris precibus benigno -entes assensu.

condēscēnsio, -ōnis *f. a* condescendere. HIL. op. hist. frg. 12, 3 ut nec in fide retinenda nec in confutando Ariminensi concilio aliqua videretur -o. FILASTR. 93, 8 humilitas . . . et bonitas et -o fragilitatis humanae. RVSTIC. c. aceph. p. 1176[B]. GREG. M. epist. 1, 25 -is suae patientiam. moral. praef. 7 mentem patientis bene pensare novit -o passionis. NOVELL. Iust. 42 praef. nostrae clementiae -em (*Auth.; alia interpretatio vetus habet* nostram clementiam et condescensum *ex graeco* τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν συγκατάβασιν) quam propter eius salutem habuimus.

condēscēnsōriē. RVSTIC. c. aceph. p. 1176[A] dispensative et condescensorie propter pacem dictum est a Cyrillo. *ibid.* [B].

condēscēnsus, -ūs *m.* NOVELL. Iust. 42 praef. *v. l. 50.*

condēsertor, -ōris *m. a* con *et* desertor. TERT. carn. 1 condiscipulus et condesertor eius.

condēsperātus, -a, -um. *qui una desperat*: LVCIF. non parc. 17 p. 246, 26 angelus dei producens apostolos ex Iudaeorum condesperatorum tuorum carcere.

condētestābilis, -e *a* con *et* detestabilis. LVCIF. non conv. 9 p. 17, 31 sic est de corpore ecclesiae excisus Sabellius, ut est et condetestabilis tuus excisus Arius.

condi *v.* condy.

condiaconus, -ī *m.; cf.* συνδιάκονος. AVG. epist. 101, 4. 110, 1. 149, 1 *etc.* FVLG. RVSP. epist. 12, 14, 1. ITALA Phil. 1, 1 (Theod. Mops. in I Tim. 3, 8) coepiscopis et c u m d i a c o n i b u s (*CH*, cum diaconis *r*, diaconibus *C ex corr. et* VVLG.). *L.*

condiārium *v.* congiarium.

×condicio, -ōnis *f.* [*cf. c.* condicere, *dicio. *Th.*]. GLOSS. αἵρεσις, lex inposita. potestas. statuto (status *v. l.*). qualitas. ingenuitas sive lex in[tem]perata. condicione lege. conditiones διακρίσεων. redinnae (*anglosax.*). *in permultis libris* (*non in* INSCR.) *forma per* t *invenitur, sed scribi per* c *oportere evincunt Corssen, Ausspr. u. Vokal. I² p. 52 et Fleckeisen, 50 Artikel p. 14. cf.* ISID. orig. 5, 24, 29 -es sunt proprie testium et dictae -es a condicendo quasi condictiones. *ibid.* conditiones, quod inter se conveniat sermo testium, quasi condiciones. *aliter* GRAMM. suppl. 298, 3. *legitur inde ab* ENN. *et* PLAVT., *deest ap.* CATONEM CATVLL. TIB. GRATT. GERM. SEN. trag. ASCON. LVCAN. PERS. CALP. VAL. FL. IVV. FLOR. *singulis tantum locis legitur ap.* VERG. MANIL., *bis* HOR. carm., *saepissime ap.* CIC. LIV. SEN. *philos.* QVINT. TERT. *ICTorum locos attuli tantum gravissimos.*

I *quod p r o p o n i t u r (apud ICTOS etiam in contrahenda emptione), postulatur* (συνθήκη), *vel* ***pactio, pactum,*** *apud ICTOS proprie factum futurum, in cuius eventum incertum confertur vis ac potestas negotii 'Bedingung'. cf.* DON. Ter. Andr. 79 est pactio certam legem in se continens. *exemplorum magnam partem invenies sub i u n c t u r i s p. 135, 47.*

A ***generatim*:** ENN. scen. 344 ⟨s⟩in flaccebunt -es, repudiato et reddito. PLAVT. Bacch. 1041 duae -es sunt. Epid. 79 cum istac -e. Men. 591. Rud. 957 fero . . . ei -em hoc pacto. 1030 ecquid -is audes ferre? 1032 refero -em. 1040 quam -em tetulerit. 1407. 1417 -o placet (CIC. Att. 12, 25, 1 Cluent. 155). Capt. 180 meliorem (*condicionem*) adferet, quae mi atque amicis placeat -o magis. Cas. 292. TER. Haut. 326 harum duarum -um nunc utram malis vide. RHET. Her. 4, 24, 34 hostium -em repudiarem (LACT. epit. 47, 4 innocentia nec victorum hostium -em meretur). CIC. Phil. 6, 3 quae vobis potest cum *Antonio* -is, aequitatis, legationis communitas. SALL. or. Macri 13 *otio* frui . . . non est -o. CIC. Cluent. 129 supplicii. Catil. 4, 1 consulatus. Att. 5, 11, 5 profectionis. CIC. Sull. 52 manendi. Att. 12, 12, 1 delegandi. HIRT. Gall. 8, 49, 3 parendi. BELL. Alex. 65, 4 provinciae tuendae ac defendendae. LIV. 2, 34, 11 laxandi annonam. 22, 58, 5 paciscendi. 25, 28, 1 dedendae urbis. 31, 17, 2 tradendae urbis. 37, 12, 2. GAIVS dig. 36, 1, 65, 10 nominis ferendi. 35, 1, 18 non faciendi aliquid. PAPIN. dig. 35, 1, 79, 3 alicuius non faciendi (*cf.* VLP. dig. 35, 1, 7 pr. *condiciones* in non faciendo sunt conceptae). CIC. Phil. 2, 37 p a c i s. 4, 11 *al.* Att. 8, 11[d], 7 pacis -es ad te adferri. 8, 12, 2. 11, 25, 3 nec ulla fore -o pacis *videtur*. CAES. civ. 3, 10, 8. 3, 17, 6 (HIRT. Gall. 8, 3, 4 LIV. 8, 5, 4. 24, 30, 1 inter -es pacis. *passim.* VELL. 2, 48, 5 coalescentis . . . pacis). Gall. 2, 32, 1 deditionis. LIV. 27, 15, 3. 32, 39, 10 amicitiae. 44, 13, 9. 34, 31, 9 societatis. VAL. MAX. 5, 2, 8 foederis. 6, 3, 6 pugnae. CVRT. 7, 11, 27 deditionis. 9, 8, 12. QVINT. decl. 323 p. 271, 20 dedicationis. *a b l a t. i n s t r u m e n t i*: condicionibus: CIC. Verr. 4, 138 onerat te bonis -bus. leg. agr. 2, 68. Quinct. 30 -bus hunc quoad potest producit. Att. 8, 11[d], 8 ego -bus, . . . illi armis disceptari maluerunt. SALL. Iug. 112, 1 posse -bus bellum poni. LIV. 6, 42, 11 -bus sedatae discordiae sunt. 9, 15, 2 populos aut vi subegit aut -bus in societatem accepit. 10, 11, 11 quia -bus perlicere se nequiverint ad societatem. 24, 3, 11 -bus ad deditionem compellere Crotoniatas. 32, 32, 6 partim armis, partim -bus confectum . . . bellum. 35, 42, 2 *civitates* neque vi expugnare . . . neque -bus in amicitiam perlicere. VELL. 2, 3, 3 discordiae . . . civium antea -bus sanari solitae. 2, 50, 1 -bus finire bellum. 2, 108, 2 *finitimos* aut bello domuit aut -bus iuris sui fecit. 2, 25, 1 aequis -bus bellum componere (*cf.* VEG. mil. 3, 18 aequa -e pugnatur). FRONTIN. strat. 1, 5, 19 *Hasdrubal* cavillatus . . . -bus dies aliquot extraxit. SVET. Iul. 3 magnis -bus invitaretur. FRONTO p. 208, 15 N. bellum si, vellet, -bus poneret. APVL. Plat. 2, 15 *desideria* animam -bus suis presserint. DICT. 3, 1 dilato -bus . . . bello. *nota*: HOR. carm. 1, 1, 12 gaudentem patrios findere sarculo agros Attalicis -bus numquam dimoveas (demoveas *BR*), ut . . . secet mare (*parum accurate* PORPH. regiis opibus). condicione: CIC. epist. 6, 2, 2 armis . . . -e positis. OV. met. 10, 569 turbam . . . procorum -e fugat (HYG. fab. 126 p. 110, 13). LIV. 23, 12, 10 finitum aliqua tolerabili -e bellum. CVRT. 4, 11, 13 regnum occupare . . . -e, non bello. MELA 1, 38 ad dirimendum -e bellum. SVET. Iul. 42 qua -e quarta pars fere crediti deperibat. APVL. flor. 18 p. 87 *Protagoran* mercedem nimis uberem -e temeraria pepigisse. apol. 92 molli -e. HIL. in Matth. 10, 21 *condicione* teneremur. PAPIN. dig. 35, 1, 79 pr. purum legatum est, quia non -e, sed mora suspenditur. AVG. civ. 3, 1 *terrae* vel societate coniunctae vel -e subiectae sunt. *nota*: QVINT. decl. 252 p. 30, 1 poterat brevi -e (*t. t.*) decidi, ut diceret *adversarius*. *a b l a t. m o d i*: CIC. Verr. 4, 70 his -bus . . . decumas venisse. Manil. 67 quibus -bus proficiscantur *homines in provincias* (SALL. hist. frg. 1, 28 bellum quibus posset -bus desineret. LIV. 23, 14, 9. 3, 53, 1. 29, 12, 1). CAES. civ. 1, 26, 4 ut aequis -bus ab armis discedatur (TAC. ann. 2, 46 PLIN. paneg. 11 IVST. 22, 8, 15). 1, 9, 6 haec quo facilius certisque -bus fiant. NEP. Thras. 3, 1 fecit pacem his -bus. LIV. 30, 16, 13 his -bus . . . placeatne pax. 32, 36, 4 iis -bus se pacem impetraturum. 34, 40, 4 *saep.* SVET. Aug. 65 lenioribus . . . paulo -bus transtulit *Iuliam*. GELL. 4, 18, 3 ut -bus gratiosis et mollibus pax . . . fieret. SPART. Hel. 3, 8 secretis -bus. AMM. 14, 10, 10 *pax* iustis -bus petebatur. SVLP. SEV. chron. 1, 44, 4 tam iniustis -bus. CIC. epist. 5, 21, 2 quavis (quamvis *GR*) tota (tuta ς) -e pacem accipere (quavis dura *expectatur*). Quinct. 97 qualibet, dum modo tolerabili -e (CLAVD. 28, 449 qua vellet -e). Phil. 12, 13 si quacumque -e . . . venerit (LIV. 9, 9, 11. 10, 13, 3). de orat. 2, 27 ista quidem -e (*sc. ut Antonium verba facere patiare et ipse loquare*) . . . me teneres (*cf.* 1, 101; SEN. contr. 1, 1, 9 ⟨ista⟩ -e). CAES. Gall. 7, 77, 15 alia -e bella gesserunt (SVET. Tib. 51). SALL. Iug. 79, 8 eadem -e (LIV. 22, 52, 4. 37, 32, 9 TERT. adv. Marc. 1, 15 INSCR. Dessau 6468, 10 CORP. XIV 2795, 14. VI 10296). CORP. XI 1436 ea ipsa -e. TERT. resurr. 49 substantias quali -e (*i. quo sensu*) exheredaverit apostolus. SERV. Aen. 3, 89 quali -e augurium peracturus sit. CORP. VIII 51 ⟨*aqua*⟩ domibus etiam certa -e concessa. *sequitur* u t, n e, si: RHET. Her. 4, 24, 34 eos videbar ea accepisse -e, ut eos . . . conservarem. CIC. dom. 145 Sest. 37. 38 LIV. 5, 32, 5 *et passim*. CIC. Q. Rosc. 38 hac -e, ut. SEN. rem. fort. 2, 1. CIC. Arch. 25 ei praemium tribui, sed (sub *codd.*) ea -e, ne quid postea scriberet. SEN. contr. exc. 5, 1 PLIN. epist. 6, 14, 1 SVET. Tib. 26. CAECIN. Cic. epist. 6, 7, 4 ea -e daret, si. PETRON. 141 hac -e, si. s u b c o n d i c i o n e: OV. trist. 1, 2, 109

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sub -e vocati. LIV. 6, 40, 8 sub -e ... nos reficietis decimum tribunos. QVINT. decl. 336 p. 322, 16 sub -e cessi. p. 322, 21 quaecumque sub -e traduntur. GAIVS dig. 46, 1, 70, 1 reo sub -e obligato. inst. 2, 144 sub -e heres institutus est. 2, 172 *al.* POMPON. dig. 46, 4, 4 acceptilatio sub -e fieri non potest. IAVOL. dig. 35, 1, 56 res sub -e legata est. 12, 1, 36 *pecuniam* promisisti Attio sub -e. VLP. dig. 28, 6, 8 pr. (*opp.* pure). *cf. p. 128, 56.* PAVL. PELL. 574 amissa iam proprietate conscripta adstrictus sub -e tenerem. GREG. M. epist. 9, 44 de servanda pace ... sub -e .... *nota accusativum*: IAVOL. dig. 12, 1, 36 sub contrariam -em *obligationem* mihi spopondisti. POMPON. dig. 35, 1, 111 sub *condicionem* data est libertas. PAPIN. dig. 35, 1, 79, 3. *sequitur* ut, ne, si: PHAEDR. 4, 5, 8 matrem fecit heredem senex sub -e, ... ut. SVET. Tib. 44 *tabulam* legatam sibi sub -e, ut. 13 sub -e, ne. Iul. 68 concessam sibi sub -e vitam si. Vit. 6 sub -e si ... exisset. Claud. 24. SIDON. epist. 5, 19, 1 sub -e concedo, si. *additur attributum*: Ov. fast. 4, 320 accipe sub certa -e preces (SEN. contr. 9, 3, 9 *aliquid promittere.* SEN. benef. 7, 12, 4). LIV. 21, 12, 4 sub -bus iis de pace ageret (PAPIN. dig. 34, 4, 24 pr. *legatum* sub eadem -e transferri. VLP. dig. 23, 3, 43, 2. CORP. XIV 431, 12 sub eadem condicionem (*sic*) stipulatus est. 2795, 11). QVINT. decl. 343 p. 355, 3 sub -e hac. GAIVS inst. 2, 200 sub aliqua -e liber esse. 3, 98 legatum sub impossibili -e relictum (VLP. dig. 28, 7, 1). *ibid.* si quis sub ea -e stipuletur, quae existere non potest. TERT. pudic. 18 sub ⟨qua⟩ -e damnasset. POMPON. dig. 28, 5, 27, 2 sub diversis -bus (FLORENT. dig. 28, 7, 17). VVLG. lev. 25, 24 sub redemptionis -e vendetur. *sequitur* ut, ne, si: PLIN. epist. 4, 13, 10 (ne). 8, 18, 4 (si). SVET. vita Verg. p. 94, 6 sub ea -e, ne. GAIVS dig. 18, 1, 35, 5 quasi sub hac -e, ut. PAVL. dig. 24, 1, 57 sub ea -e, ut (AVSON. 423, 5 AVG. civ. 6, 7 CORP. XIV 246 II 24). INSCR. christ. Rossi 1125 (*a. 584*) sub illa ... -em (*sic*), ut hoc ... non bioletur sepulcrum. COD. Iust. 6, 51, 1, 7 sub -e ... vel casuali vel potestativa vel mixta. cum condicione: PLAVT. Epid. 79 abi in malam rem ... cum istac -e. SEN. suas. 7, 11 vitam cum -e promittere. GAIVS inst. 1, 102 *adoptare* cum quibusdam -bus permissum est (INST. Iust. 1, 11, 3). PAVL. dig. 40, 1, 23 cum ea -e ancillam emptam domino adquisitam, cum qua -e venisse pro poneretur. 16, 2, 9, 1 est admittendum ... sed cum -e. INSCR. Röm. Mitt. 1904 p. 148 cum supra dicta -e. *cf.* CIC. Verr. 4, 118. *nota*: LEX Visig. 3, 2, 8 si puella ... ad ... ingenuum venerit in (*i. sub*) ea -e, ut eum sibi maritum adquirat. sine condicione: QVINT. inst. 5, 6, 1 offerre suum *iusiurandum* sine illa -e, ut. MARCELL. dig. 35, 1, 47 hereditatem sine -e ei dedit. AVG. civ. 21, 18 factum non est ... quod sine ulla -e praedixit. VLP. dig. 29, 1, 15, 4 *heredem facere* ex -e. IAVOL. dig. 35, 1, 67 cui ex sequenti -e legatum debuerit. *cum praepos.* per, in, ad *sim.*: SALL. Iug. 61, 5 per -es ad supplicium traderetur. LIV. 6, 3, 10 *oppidum* non vi captum, sed traditum per -es fuerat. 25, 25, 1 (TAC. hist. 3, 65. GAIVS dig. 40, 7, 31 pr. per eam -em eum iussum esse legatum accipere. PAPIN. dig. 35, 1, 77, 1 POMPON. dig. 36, 2, 22 pr.). LIV. 29, 12, 14 in has -es cum pax conveniret. 29, 12, 15 ut populus in has -es pacem iuberet. 32, 39, 1 in quam -em *civitatem* accepisset. 42, 62, 3 ut secunda fortuna in -em (-e *V*) honestae pacis uteretur (PAVL. dig. 40, 7, 1, 1 destinatam in tempus vel -em libertatem. 38, 2, 44 VLP. dig. 29, 1, 15, 4). SVET. Otho 9 quasi ad -em pacis militibus eductis. PAVL. dig. 45, 1, 8 *tota obligatio* ad -em committi videatur. PAPIN. dig. 8, 1, 4 *servitutes* ad certam -em constitui *non* possunt. MART. CAP. 4, 328 ambitu multiplici circumactum *hominem* ad -es propositas coartabat (*anguis i. dialectica*). VLP. dig. 12, 1, 9 ante diem vel -em non potero agere (INST. Iust. 4, 6, 33ᵇ MARCIAN. dig. 20, 1, 13, 5). SCAEV. dig. 34, 3, 26 contra -em faceret. PAVL. dig. 12, 6, 65 pr. propter -em. MARCELL. dig. 40, 1, 15 propter mortis causae tacitam -em. SCAEV. dig. 5, 3, 58 filius a patre emancipatus secundum -em testamenti. *non raro accedit ad notionem modi, imprimis in huiusmodi exemplis*: CIC. fin. 5, 55 *ut* neque ulla -e quietem ... possit pati *animus* (*cf.* Verr. 2, 137. 5, 16 Flacc. 43 epist. 11, 14, 2). POLLIO Cic. epist. 10, 31, 4 perferri litterae nulla -e potuerunt. BELL. Afr. 79, 1 nulla -e cogere adversarios poterat, ut ... descenderent. HIRT. Gall. 8, 40, 1 neque ab oppugnatione recedi ... ulla -e posse. BELL. Hisp. 5, 3 pari idem -e Pompeius facit. 5, 7 si qua -e posset adversarios in aequum locum deducere. *cf. p. 133, 62 sqq. 135, 16.* *notio dubia*: LEX met. Vipasc. (Corp. II 5181) 18 qui mancipia ... de -e vendiderit (8). *cf. Hübner, Corp. II p. 796.*

B ***speciatim*** *de -e* uxoria, *de sponsalibus vel nuptiis contrahendis, sive agitur de re uxoria sive de concubinatu* (*cf. Köhm, Altlat. Forschungen [Lips. 1905] p. 22 sq.*): *cf.* PAVL. FEST. p. 62 conventae -o dicebatur, cum primus sermo de nuptiis et earum -e habebatur. CIC. Lael. 34 *amores adulescentum* dirimi ... interdum contentione vel uxoriae -is vel commodi alicuius. *fortasse huc pertinet fabula Atellana Pomponii* Condiciones (NON. p. 507). PLAVT. Trin. 488 -em hanc, quam ego fero et quam abs te peto, dare atque accipere ... te volo. Aul. 237 tu -em hanc accipe ... atque eam desponde mi. 476. Mil. 952 tibi -o nova et luculenta fertur (TER. Phorm. 579 hanc -em si cui tulero extrario). Truc. 849 ut aliam -em filio inveniat suo (SEN. contr. 1, 6, 9 honestam -em nuptiarum inventam). Stich. 138 vos capitis -em ex pessuma primariam. Trin. 455 -em hanc repudies (IVLIAN. dig. 23, 2, 11 cuius -em ... patrem non repudiaturum). 159 ut eam in se dignam -em conlocem. Aul. 476 narravi ... consilium meum de -e hac (CIC. Att. 6, 4, 2 *Tulliae* de -e ... scripsi. SVET. Claud. 26 de -bus continuo tractaret. ARNOB. nat. 4, 20). CIC. Cael. 36 hinc licet -es cotidie legas. Phil. 2, 99 filiam eius ... eiecisti, alia -e quaesita et ante perspecta (LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 35 tu ipsa di⟨gnam con⟩dicionem quaereres p⟨ara⟩resque. LIV. 3, 45, 11 -em filiae quaerendam esse. SVET. Aug. 69 -es quaesitas per amicos *esse.* MARCIAN. dig. 23, 2, 19 ARNOB. nat. 4, 20). NEP. Att. 12, 1 nullius -is non haberet potestatem. LIV. 3, 48, 8 eamne liberorum procreandorum -em *esse*? 36, 11, 2 invitum *patrem* se gravioris fortunae -i illigantem. SEN. contr. 7, 6, 1 qui (*adv.*) ... aliter -em matris nostrae habere potuisset? 7, 6, 9 fastidiebam iam eas -es. QVINT. decl. 309 p. 216, 21 amiseram puellae optimae -em. PLIN. epist. 1, 14, 9 in -bus deligendis 1, 10, 8 *Pompeius* inter altissimas -es generum ... elegit. SVET. Iul. 27 Octaviam ... -em (-e *codd. dett.*) ei detulit. Aug. 63 multis ac diu, etiam ex equestri ordine circumspectis -bus. Galba 5 *Galba* remansit in caelibatu neque sollicitari ulla -e amplius potuit. APVL. apol. 73 me ad aliam -em reservarem. GAIVS dig. 24, 2, 2, 2 -e tua non utor (*formula dissolvendi sponsalia*). VLP. dig. 23, 1, 18 plerumque -es interpositis personis expediuntur. 50, 14, 3 -is vel amicitiae ... proxeneta. CAPITOL. Aur. 19, 7 *Faustinam* -es sibi et nauticas et gladiatorias elegisse. LAMPR. Heliog. 8, 6 -es bene vasatorum hominum. *cf.* 5, 3. IVST. 11, 7, 8 tam pulchra -o prima regni felicitas videbatur. DON. Ter. Hec. 509 magna fiducia -em filiae asserit: quando iam si Pamphilus nolit, paratum alterum dicit esse (*maritum*). COD. Iust. 5, 4, 18 in -is delectum mulieris voluntas repugnat sententiae propinquorum. 5, 1, 1 renuntiare -i. SIDON. epist. 2, 4, 3 te -i huic meritorum ratio praefecit. PLAVT. Trin. 501 pro di immortales, -em quoius modi! 746 ea -o huic vel primaria est. Stich. 118 utra sit -o pensior, virginemne an viduam habere. 51 me quidem haec -o nunc non paenitet. TER. Hec. 241 quae vobis placitast -o datur. PS. TER. Andr. alt. exit. 5 non nova istaec mihi condiciost. BRVT. Cic. epist. 1, 17, 6 quae -es essent Atticae nostrae. SEN. frg. 39 quosdam *deos* caelibes relinquimus, quasi -o defecerit. MART. 11, 52, 2 -o est melior si tibi nulla, veni. AVSON. 163, 14 *Arborium* pauperis Aemiliae -o implicuit. *metonymice*: TER. Andr. 79 *mulier* accepit -em. MART. 3, 33, 2 libertina mihi proxima -o est. 5, 17, 2 tibi noster eques sordida -o est. QVINT. decl. 257 p. 52, 5 coepi bona esse -o.

II *i. q.* ***potestas, optio***: VAL. MAX. 1, 5, 1 paucis verbis de domicilio futuri summi imperii confirmata est -o. PLIN. nat. 36, 20 *Praxiteles duas Veneres* fecerat simulque vendebat, alteram velata specie, quam ob id praetulerunt, quorum -o erat, Coi. SEN. contr. 7 praef. 7 non detuli -em. VLP. dig. 5, 2, 8, 12 -o ei deferri debet, utrum ... volet (38, 5, 1, 12 utrum ... an). 38, 5, 1, 13. PAPIN. dig. 36, 3, 5, 1 defertur -o cavendi. MARCIAN. dig. 29, 2, 55 -o coheredi ... defertur, ut aut ... aut .... PAVL. dig. 26, 7, 16 eam -em adulescenti deferre, ut. VLP. dig. 26, 2, 17 pr. *praetor tutoribus* detulit hanc -em, si et ipsis velint satisdare. SEN. contr. 7 praef. 6 iurisiurandi -o aliquando delata ab adversario (VLP. dig. 12, 2, 34, 7. 22, 3, 19, 4 PAVL. dig. 12, 2, 26, 2). QVINT. decl. 313 p. 229, 18 lex talem -em iudicii facit ... ut. VLP. dig. 12, 2, 34, 7 -e iurisiurandi non utetur. IVST. 1, 6, 6 rogat, si -o ponatur, utrius vitae sortem legant.

III *status* (*cf.* TERT. adv. Marc. 1, 29 p. 332, 26 -es statuum *dei*): **A** ***animantium*** *i. q. fortuna, sors, dignitas*: *cf.* QVINT. inst. 5, 10, 26 (unde argumenta sumi possunt) ... -is etiam distantia: nam clarus an obscurus, magistratus an privatus, pater an filius, civis an peregrinus, liber an servus, maritus an caelebs, parens liberorum an orbus sit, plurimum distat. FORTVN. rhet. 2, 1 p. 103. **1** *generatim*: CIC. Catil. 3, 27 non eadem est fortuna atque -o illorum (Mil. 92 ⟨in⟩ infimi generis hominum -e atque fortuna. epist. 6, 6, 11 ut non in causa pari eadem sit et -o et fortuna omnium. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 1 pudet -is ac fortunae. LIV. 22, 59, 10). Mur. 56 ea -e erat in hac civitate natus, ut ... deberet (div. 2, 93 omnes eodem tempore ortos ... eadem -e nasci. epist. 5, 16, 2. 5, 18, 1 qua -e omnes homines et quibus temporibus nos nati simus. SEN. dial. 4, 10, 3 hac -e nati sumus. *cf.* LVCR. 2, 300 CIC. leg. 1, 22. SEN. dial 11, 5, 1 *p. 131, 67*). Mil. 79 imaginem huius -is meae. Phil. 4, 12 qua -e victuri simus. epist. 7, 17, 3 ubi sis hibernaturus et qua spe aut -e. VATIN. Cic. epist. 5, 10ᵃ, 3 longe alia -e ego sum quam ceteri. CAES. Gall. 7, 19, 3 iniquitatem -is (LIV. 39, 36, 8). BELL. Hisp. 29, 7 ut tali -e contenderent ad victoriam. HOR. epist. 2, 1, 152 fuit intactis quoque cura -e super communi (*i. periculo*). LIV. 5, 44, 1 -is meae oblitum (8, 21, 1. 8, 28, 4. 9, 5, 14 SEN. dial. 6, 11, 4 *al.*). 21, 42, 4 inter eiusdem -is homines (*i. captivos*; *cf. p. 133, 48*). 25, 6, 6 non de -e nostra queror (SEN. dial. 11, 18, 6 nihil de orbitate, nihil de -e mea querar). SEN. contr. 2, 2, 4 o -em meam! VAL. MAX. 3, 4, 2 prosperum -is suae eventum. 9, 12, 1 in eam -em redactum ut ... haberet. 9, 13 ext. 1 specie alienam, re vera suam -em deplorasse (SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 108 omnes alienas -es laudant, suas vituperant). SEN. dial. 6, 11, 1 quae deinde ista suae publicaeque -is oblivio est. 7, 15, 6. 9, 10, 4 adsuescendum est -i suae. 9, 11, 10 omnem -em versabilem esse. benef. 6, 20, 2 nostra et horum -o dissimilis est. epist. 30, 11 in ea -e se esse in qua nemo non est. 94, 8 conspectum suae -is. 99, 8 omnes *homines* eadem -o devinxit. PHAEDR. 3, 7, 7 eadem est -o tibi (*i. opulenta vita*). PLIN. epist. 9,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 2. SVET. Aug. 17 pro -e cuiusque sustinuit ac fovit *liberos*. Dom. 2 quo magis et aetatis et -is admoneretur. QVINT. inst. 4, 1, 13 multo magis *contingit ad benevolentiam* sexus, aetas, -o (*cf.* TERT. apol. 1 omnem sexum, aetatem, -em, etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen *christianum*. resurr. 55 CAPITOL. Aur. 18, 5. MAX. epist. p. 2 nullam apud Christum distantiam et -em... haberi nec sexum). inst. 3, 8, 50 -em vitamque. decl. 254 p. 43, 22 litem iniustam -e (*sc. litigantium*). APVL. flor. 22 p. 103 neque in ea re *dives* quicquam efficit -e. CALL. dig. 47, 21, 3, 2 poena plectendi sunt pro persona et -e et factorum violentia. TERT. apol. 48 ut eadem qualitas animae in eandem restauretur -em, etsi non effigiem. AMM. 22, 7, 8 sine -is discrimine (26, 10, 10 aequatio). PORPH. Hor. carm. 4, 11, 25 ne quid avide et supra -em nostram appetere conemur. CLAVD. 18, 31 maculam minorem -is. VEG. mil. 3, 25 in simili -e. SVLP. SEV. chron. 2, 39, 7 Rhodanium ... eadem -o (*i. exilium*) implicuit. *nota*: SIDON. epist. 3, 3, 6 eo -is accesseras, ut. *c. gen.*: CIC. Verr. 4, 59 de decuriis, de civium Romanorum -e in arationibus disputo. 4, 70 haec -o fuit ... aratorum, ut (*cf.* CAES. Gall. 3, 22, 2 LIV. 28, 34, 5). Rab. Post. 35 testium. Cael. 22 -i omnium civium providisse. VAL. MAX. 2, 7, 15 cum eos ... ultra mortuorum -em relegasset. 6, 9, 14 quid *Marii* -e inconstantius aut mutabilius? SEN. benef. 3, 11, 2 alia -o parentum est (QVINT. inst. 10, 3, 8 oratoris). epist. 85, 32 dissimilis esset gubernatoris -o et sapientia (102, 12 horum et illius. PLIN. nat. praef. 6 publicantium et nominatim tibi dicantium). QVINT. inst. 3, 8, 36 duplex -o *deliberantium*. 6, 1, 34 rei. 3, 10, 2 nisi si -o personarum quaestiones variaverit (PS. QVINT. decl. 14, 5 abstulit fidem -o personae. TERT. bapt. 18 pro cuiusque personae -e ac dispositione, etiam aetate, cunctatio baptismi utilior est). SVET. Vit. 1 nisi ... de familiae -e variatum esset. TERT. nat. 2, 3 quae -o eius (*mundi*), eadem utique erit et elementorum et membrorum. ARNOB. nat. 7, 5 ira ab his (*deis*) longe et ab eorum -e disiuncta est. DICT. 4, 3 quoniam *Penthesilea* naturae sexusque -em superare ausa esset. VVLG. eccl. 3, 19 aequa utriusque (*hominis et iumentorum*) -o (*συνάντημα ἕν*). AVG. serm. ed. Mai 4, 3 omnium canum una -o. *adde*: CALP. decl. 52 neque ... -e gladiatoria quicquam est humilius. *c. dat.*: SALL. epist. Pomp. 7 meo et hostium exercitui par -o est. AVG. civ. 5, 17 nonne Romanis et ceteris gentibus una esset eademque -o? CLAVD. 8, 220 altera Romanae longe rectoribus aulae -o. *accedunt adiectiva*: VAL. MAX. 6, 9 praef. ex -e a b i e c t a atque contempta emersisse claritatem (SVET. Cal. 35 nullus tam abiectae -is fuit). CIC. epist. 6, 1, 6 non a f f l i c t i o r e -e quam ceteri *sis futurus*. IVST. 32, 1, 3 quae -o tanto a m a r i o r illis quanto serior fuit. TERT. apol. 27 desperata -o *daemonum*. PLANC. Cic. epist. 10, 24, 8 d u r i o r e -e bellum sustinemus (HIRT. Gall. 8, 7, 7 miseriore ac duriore ... -e decertare. VAL. MAX. 4, 7 praef. durae atque asperae -is sodalicium. VLP. dig. 3, 3, 35, 3 durior -o procuratoris. AVG. civ. 13, 19 in hac durissima -e constituit etiam bonas animas). QVINT. decl. 266 p. 87, 28 i n i q u i o r e -e dicturus sum hodie causam (AVSON. 417, 26 iniqua ferendo -o est oneri). VELL. 2, 23, 5 homines m i s e r r i m a e -is (SEN. contr. 7, 1, 9. CVRT. 7, 1, 37 o miseram -em meam. SEN. dial. 10, 19, 3 omnium occupatorum -o misera est. SVET. Dom. 21 principum. GALLICAN. Avid. 2, 5 imperatorum. *cf.* SEN. contr. 7, 5, 15 miserabilem ... pueri -em esse. EDICT. imp. Diocl. 1, 10 ad sensum miserrimae -is). SEN. contr. 9, 6, 1 victoris -o p e s s i m a (exc. dura) est (SEN. epist. 115, 17 ullos esse -is peioris. clem. 1, 17, 1 pessima autem -e sub ⟨homine⟩ hominem esse. *cf.* LIV. 25, 6, 15 deteriore -e sumus. SVET. Iul. 86. TERT. nat. 2, 13 deterioris -is ... esse voluerunt *Caesares*). SVET. Aug. 2 a quibus ... familia defluxit -e d i v e r s a. Nero 57 cum ... extitisset -is i n c e r t a e qui ... iactaret (*cf.* CIC. Catil. 3, 2). CIC. epist. 12, 22, 1 bellum gessimus ... non p a r i -e, contra arma verbis (LACT. epit. 54, 5). CIC. epist. 4, 4, 2 m e l i o r est tua quam nostra -o. div. in Caec. 25 ut meliore et honestiore -e sit quam qua ipse vult. Cato 68. BRVT. Cic. epist. 1, 17, 1 eo meliore -e ... vituperabit. CAES. Gall. 6, 12, 6 meliore -e atque aequiore imperio se uti. civ. 1, 85, 2 bona -e et loco et tempore aequo confligere. LIV. 4, 60, 4. 42, 30, 6. SEN. contr. 7, 6, 5 melioris -is sunt vitiatae quam virgo. SEN. epist. 79, 6 -o optima est ultimi *sc. eandem rem describentis*. dial. 11 (12), 5, 1 bona -e geniti sumus. CIC. leg. 1, 22 hominem p r a e c l a r a quadam -e generatum esse. *nota*: PLIN. epist. 1, 10, 8 Pompeius provinciae princeps, inter altissimas -es. ARNOB. nat. 5, 44 *quae allegoriae esse possent* in mercennariis -bus ac servitutibus *deorum*?

2 *fere i. q.* *n a t u r a, saepissime sic coniungitur* h u m a n a c o n d i c i o (*fere i. q. infirmitas hominis*): CIC. Tusc. 1, 15 quantum mali de humana -e deieceris. nat. deor. 2, 36 non sit deterior mundi potius quam humana -o. epist. 6, 6, 12 communis quasi legis et humanae -is recordatio (Tusc. 3, 34 meditatio). LIV. 23, 5, 11 expertem omnis iuris et -is et linguae prope humanae. SEN. contr. exc. 8, 1 hoc -o humana vel pessimum habet. VAL. MAX. 6, 3, 1 supremus ... humanae -is honos. 8, 13 pr. longissimos humanae -is terminos. *cf.* 3, 4 ext. 1. 4, 7 ext. 2. 9, 2 ext. 11 habitum ... caelestis roboris humanae -i denegatum. SEN. epist. 71, 6 maiora ... quam recipit humana -o. 110, 4 omnia humana -e metire. SCAEV. dig. 34, 2, 38, 2 si mihi per -em humanam contigerit, ipsa faciam (*cf.* PS. APVL. Ascl. 32 quantum possibile est per -em sensus humani). ARNOB. nat. 5, 12 Agdestis -is habebatur humanae. TERT. adv. Marc. 1, 3. nat. 1, 10 p. 79, 4 *Homerus* divinam maiestatem humana -e tractavit. scorp. 6 imbecillitas -is humanae (VLP. dig. 29, 2, 30, 6 naturam. HIER. epist. 96, 20 fragilitas. AVG. civ. 14, 9 infirmitas). HIL. trin. 10, 47 *deus* habens in se ... constitutionem humanae -is in partu. EDICT. imp. Diocl. 2, 17 rarum ... est humanam -em sponte beneficam deprehendi. HIER. epist. 98, 8 quod *Christus* ex omni parte temperatum humanae -is exhibens sacramentum perfectam similitudinem nostrae -is assumpserit. AVG. civ. 4, 27 quod *Hercules et alii* homines fuerint et humana -e defecerint (*cf.* PORPH. Hor. carm. 3, 2, 22). 9, 12 humanae -is (*opp.* deorum). PHYSIOGN. 33 cupidum gloriae ultra -em humanam. SCRIB. LARG. 122 quod dicturus sum, supra h o m i n i s spem -emque est. HIL. in Matth. 16, 2 contra -em hominis ... incorruptus emergens *Iesus*. CIC. Tim. 41 ut igitur *genera* m o r t a l i -e (*Plato 41ᶜ θνητά*) generentur. *cf.* Phil. 14, 33 pro mortali -e vitae immortalitatem estis consecuti. VELL. 2, 2, 2 quantas *virtutes* perfecta ... mortalis -o recipit. 2, 104, 3. AVG. civ. 19, 27 in hac -e mortali et corpore corruptibili (PLIN. nat. 7, 173 haec est -o mortalium. PLIN. paneg. 5 AVG. civ. 22, 19). AVG. serm. ed. Mai 6, 1 c a r n a l i s. TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 356, 24 in homine corruptoriae -is. *adde* VAL. MAX. 9, 12 praef. humanae vitae -em praecipue primus et ultimus dies continet (*hinc explicatur* ELEG. in Maec. 1, 118 cur nos *homines* angusta -e sumus). SEN. epist. 91, 8 tota sortis humanae -o. dial. 4, 2, 2 *vitia* -e quadam humanae sortis eveniunt. CIC. Tusc. 3, 59 de hac c o m m u n i hominum -e (*cf.* Mur. 55 Balb. 18 Flacc. 6). TERT. apol. 23 *Christus* homo communis -is (ARNOB. nat. 1, 37). AVG. civ. 15, 4 -em cogitans casusque communes. 22, 22 poenae ad -em pertinent communem. *absolute ponitur*: TERT. bapt. 10 p. 209, 10 Iohannem a domino missum ... ceterum humanum -e. AMM. 25, 3, 15 quotiens -o melior (*i. animus*) a deteriore (*i. corpore*) secernitur. AMBR. apol. Dav. I 4, 15 quod peccavit -is est, quod supplicavit correctionis. Iob 1, 6, 17. 2, 3, 10 infirmitas -is est. SALV. eccl. 1, 7 *homo* his in futuro adhaereat -e, quibus hic adhaesit affectu. CORP. III 3551 qui suscitabit, cui⟨u⟩s -o (*i. potestas*) est. PAPYR. Britann. 229, 16 (*a. 166*) tradedisse ei mancipium ... bonis -bus (*i. sine vitiis*). PAPIN. dig. 21, 1, 54. *cf.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 18 illa *mancipia* cum -e emisti. TERT. anim. 15 p. 321 dispositionem animae humanae de -e b e s t i a r u m praeiudicarint. *cf.* HIER. epist. 126, 1. APVL. Plat. 2, 20 anima d e o r u m se -i conciliat.

3 *in iure*: **a** *c i v i l i*: CIC. Verr. 4, 147 qui verbo decumas vendiderit, re et -e et lege ... decumas aratoribus nullas reliquas fecerit. Mur. 60 iniquam legem et miseram -em instituet periculis hominum. SEN. benef. 4, 39, 1 alia -o est in credito, alia in beneficio. 4, 39, 4 cum -o promittentis mutata sit (MACER dig. 48, 19, 10, 1 -em suam permutant. MOD. dig. 37, 14, 12 statum -is). QVINT. inst. 5, 10, 116 ut alia sit -o heredis, alia victoris, quia ad illum ius, ad hunc res transeat. decl. 372 p. 411, 16 pater tuus eram iure praesentis -is. PLIN. epist. 10, 56, 5. 10, 70, 2 est huius domus -o talis. TERT. virg. vel. 5 mulier non natura nomen est uxoris, sed uxor -e nomen est mulieris. *ibid.* maritorum. *ibid.* futurae -is nomen. ARNOB. nat. 4, 29 cuius fuerit -is Venus, cuius operae, cuius quaestus. *saepissime ap. ICtos*: GAIVS inst. 2, 113 videntur ergo melioris -is esse feminae quam masculi (PAPIN. dig. 1, 5, 9). 3, 118 sponsoris vero et fidepromissoris similis -o est, fideiussoris valde dissimilis. VLP. dig. 19, 1, 13, 17 emptoris. 28, 1, 22, 1 testium. 49, 14, 29 eius qui delatorem corrupit, ea -o est ut pro victo habeatur. 14, 1, 1 cuius -is sint vel quales. 27, 6, 11, 1 cuiuscumque -is fuerit vel sui iuris vel alieni. 18, 7, 1 in ea -e est, ut (10, 2, 49 ne. 42, 8, 6, 1 *al.*). SCAEV. dig. 18, 1, 81, 1 quo iure quaque -e *praedia sunt*. LABEO dig. 32, 29 pr. quia alia -o esset in uxore. PAPIN. dig. 46, 1, 49, 2 in duriorem -em acceptus. IVLIAN. dig. 41, 1, 37, 2 diversa -o est fructuarii et servi communis. *nota*: QVINT. decl. 320 p. 255, 27 quid est iustius quam compositum patrimonium habere *socios* -e unius? *adde* LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 21 *te* sub -em tutelae legitumae venturam.

b *p u b l i c o*: *cf.* ARNOB. nat. 3, 39 servi milites magistri non sunt personarum nomina, sed officiorum, -um et munerum. CIC. rep. 1, 43 inest in ea -e populi similitudo quaedam servitutis. 1, 49 cum par non sit -o civium. leg. 3, 41 qua quisque sit lege, -e (Quinct. 50 Verr. 6, 180). Verr. 6, 49 *populorum* ius varium et disparem -em fuisse (*cf.* 4, 12. LIV. 8, 14, 11 Cumanos ... eiusdem iuris -isque cuius Capuam esse). 6, 50 sustulisti ius imperii, -em sociorum. 2, 81 *hominibus* populi R. -e sociis, fortuna servis, voluntate supplicibus. Planc. 11 est enim haec -o liberorum populorum praecipueque huius principis. CAEL. Cic. epist. 8, 9, 2 *Galliae* in eandem -em quam ceterae provinciae vocantur. CAES. Gall. 1, 28, 5 quos ... in parem iuris libertatisque -em atque ipsi erant receperunt. LIV. 2, 29, 8 si alia aliorum sit -o (32, 10, 4). 8, 2, 13 Campanorum aliam -em esse. 23, 35, 9 qua ex -e quisque esset miles factus. 25, 40, 4 dispar ut causa *civitatium*, ita -o erat. 36, 28, 6 cuius -is essent, senserunt *Aetoli* (*cf.* VAL. MAX. 3, 2 ext. 9 QVINT. inst. 3, 6, 100). EDICT. imp. Claud. de Anaun. (Corp. V 5050, *a. 46*) 22 -o Anaunorum et Tulliassium et Sindunorum. SEN. benef. 3, 11, 1 parentium -em sacravimus (*i. privilegiis auximus*). epist. 47, 16 qui hominem aut ex veste aut ex -e quae vestis modo nobis circumdata est, aestimat (= MACR. sat. 1, 11, 10). LEX Malac.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Corp. II 1964) 1, 15 eiusdem -is (2, 44 Qvint. inst. 6, 3, 81. 11, 1, 66 Svet. Nero 23 Gaivs inst. 1, 29. 30). Qvint. inst. 6, 3, 34 si aut nationes totae incessantur aut ordines aut -o aut studia multorum. Tac. hist. 2, 72 -e fugitivus, nomine Geta. Svet. Aug. 40 cum et de numero et de -e ac differentia eorum qui manu mitterentur, curiose cavisset. Claud. 18 commoda constituit pro -e cuiusque: civi ..., Latino ..., feminis. 25 nihilo deteriorem virtutem aut -em suam praedicantes (Marcian. dig. 40, 15, 1, 4 si in deteriorem -em quis statum retractaret ..., si in meliorem, veluti pro servo libertus dicatur. Plin. paneg. 70). Frontin. strat. 1, 1, 3 occultandae -is eius (*centurionis*) causa. Gaivs inst. 1, 78 qui nascitur ... matris -i accedit (Ivlian. dig. 1, 5, 26 sequitur. *cf.* Gaivs inst. 1, 67 ad patris -em accedit). Tert. orat. 22 p. 194 mulieres omnis ordinis, omnis -is. idol. 18 p. 51. Vlp. dig. 40, 7, 9, 3 statuliberi -o ... immutabilis est. 48, 22, 7, 13 si ex diversis provinciis oriri videatur propter -em vel suam vel parentis. 40, 1, 4 in eam -em redigitur, ut libertatem adipiscatur (*cf.* Lex Malac. 3, 26). Optat. 3, 4 p. 82, 15 inter dominos et servos -o mutabatur. Avg. civ. 10, 1 p. 402, 25 coloni ... -em debent genitali solo. Vincent. Ler. 17 p. 26, 31 non solum privatae -i, sed ipsi quoque reverendus imperio *Origenes*. Plin. nat. 4, 36 Thessalonice liberae -is (4, 46. 57). Mod. dig. 1, 5, 21 libertinae (Porph. Hor. sat. 1, 2, 47). Const. veteran. 23 p. 859 *cives* qui peregrinae -is probati erant (Svet. Claud. 25 Plin. epist. 10, 5, 2 Gaivs inst. 1, 128. Corp. III 12283, 8 [*Athenis, a. 121*] peregreinae -is [*gr.* Ἑλληνα]). Plin. nat. 3, 91 Latinae -is Centuripini (Svet. Vesp. 37).
servorum: Cic. off. 1, 41 infima -o et fortuna servorum (*cf.* Balb. 24 Rab. perd. 15. Cael. 57 communi -e servitutis uti. parad. 39 -em durissimae servitutis. Sen. epist. 80, 4 mancipia -is extremae). Caes. Gall. 3, 10, 3 -em servitutis odisse. Sen. benef. 3, 18, 1 *servum* -o sua eo loco posuit. dial. 5, 14, 3 *illum* animo magis quam -e mancipium (Tert. idol. 18 p. 52 illi etiam -e servi erant). Call. dig. 48, 20, 1 pr. servilis -o irrogatur. Traian. Plin. epist. 10, 32, 1 *damnati* in -em ministrorum retrahuntur. Svet. gramm. 21. Tac. Germ. 24 servos -is huius (*i. dediticios, de quibus* Gaivs inst. 3, 75 pessimae -is homines). Vvlg. lev. 25, 42 non veneant -e servorum (οὐ πραθήσεται ἐν πράσει οἰκέτου). Avg. civ. 19, 16 ut ... filiorum sortem a servorum -e distinguerent. *cf.* 19, 15 -o ... servitutis ... imposita peccatori. 4, 5 servilis -is vincla. Cod. Iust. 1, 19, 1 (*a. 296*) licet servilis -o ... capax non sit. *hinc saepius est fere i. q. servitus*: Clavd. 8, 616 tristis -o pulsata fronte recedit. Pavl. Nol. epist. 29, 4 si *servus* tantum -is officia dependerit (Macr. sat. 1, 11, 10 -em casus adsignat, *ex* Sen. epist. 47, 15 *qui* ministeria). Avg. conf. 9, 9, 19 *matronas* memores -is superbire adversus dominos non oportere. serm. ed. Denis 21, 4 *puer* incurrit in -em. civ. 19, 15 ut homo homini -is vinculo subderetur. Evgraph. Ter. Andr. 28 p. 176, 7 neque in -e vivit neque in turpi officio servitutis. Ennod. opusc. 3, 158 p. 372, 9 cum se ad -em liberator inpelleret. Cod. Iust. 1, 12, 6, 9 persona domestica vel -i subdita. Alc. Avit. epist. 35 -is personae ipsae (*i. captivi, cf.* Ambrosiast. in Eph. 4, 8 *Christus* captivos, quos ... propriis captos peccatis in -e tenebant, abstulit). Greg. M. epist. 9, 144 nulli ... -i obnoxium *puerum* (2, 37). 5, 26 si nulli -i vel corpori (*sc. militiae*) teneris obnoxius. *meton. de ipso servo*: Greg. Tvr. Mart. 2, 4 *qui* corpus a debilitate et -em absolvit ab onere.

B *rerum* *i. q. qualitas, natura, causa; non raro inest pleonasmus quidam*: Cic. leg. 3, 3 nihil ... tam aptum est ad ius -emque naturae ... quam imperium (Sen. dial. 12, 1, 1). epist. 5, 18, 1 ea ... videtur -o impendere legum, iudiciorum, temporum, ut (Plin. nat. 25, 24 ea -o vitae est, ut. 26, 20 haec est ... animorum -o, ut. Qvint. decl. 266 p. 86, 14. Ivst. 41, 5, 2 loci ea -o est, ut. *al.*). Cic. Catil. 4, 22 est uno loco -o melior externae victoriae quam domesticae, quod (Marcell. 12 cum ipsius victoriae -e omnes victi occidissemus). epist. 7, 3, 4 optima vivendi -o esset (6, 22, 2. Brvt. or. frg. Quint. inst. 9, 3, 95 cum hoc vivendi nulla -o est [*i. vivi non potest*]. Hor. sat. 2, 8, 65 haec est -o vivendi [Lact. inst. 5, 14, 16]). Cic. Catil. 2, 14 non modo administrandae, verum etiam conservandae rei publicae (Flacc. 87). 3, 2 nascendi (Sen. dial. 8, 4, 1 epist. 11, 6). Brvt. Cic. ad Brut. 1, 17, 6 bona -o serviendi. Caes. Gall. 6, 10, 2 iniquam pugnandi -em. Tac. ann. 1, 6 imperandi. *cf.* Colvm. 4, 24, 18 in iis recidendis.
3 *in commune dare, impendere*, in *vel* ad *rem (faciendam)*. in *c. abl. v. p. 176, 81. cf. etiam II* E. **a** *pecuniam, tributum sim.*: Gloss. συνεισφέρω. contulisse: μετενηνοχέναι. collatum: εἰσενεχθέν. Plavt. Most. 1161 faenus, sortem sumptumque ... omnia nos dabimus, nos -emus. Corp. I 1156 (= X 6514) serveis contul(erunt) *tot*; mag(istri) decem ded(erunt). Cic. Quinct. 12 nescio quid impendit et in commune -lit (Verr. 3, 145 pro parte in commune Siciliae). Verr. 3, 145 una civitas cum tot nominibus pecuniam -erit (*ibid.* in tuas statuas. 3, 152 suo nomine in tuam statuam. 3, 137 ad statuam. 3, 151. Corp. XIV 246 *a. 140* ad ampliandum templum). 4, 76 lucri tritici modium XXI et accessionis HS MM. 4, 100 senatus consultum de tributo -undo (3, 131 off. 2, 74. Liv. 1, 43, 13 aequaliter ex censu. 5, 10, 3 *al.* 4, 60, 5 in militare stipendium tributum. 10, 46, 6. Colvm. 12, 4, 2 quasi quoddam tributum victui humano -rre dedignati non sunt. Sen. dial. 11, 12, 6. benef. 4, 5, 2 ut omnis rerum naturae pars tributum aliquid nobis -rret. epist. 96, 2 nullum tributum invitus -am. 20, 8 tributum huius epistulae. *cf.* Tac. hist. 2, 94 -rre pro numero mancipiorum ut tributum). Cic. Flacc. 55 in usum suum. off. 1, 68 pecuniam ... ad beneficentiam liberalitatemque. 3, 93 nisi forte eam pecuniam in rei publicae magnum aliquod tempus -erit. ad Brut. 1, 18, 5 quod ex centesima -latum ⟨est⟩ ... in duarum legionum praemiis omne consumetur. Bell. Alex. 56, 6. Bell. Afr. 88, 1 pecuniam Scipioni ad bellum faciendum (Liv. 33, 42, 3 in bellum. 43, 17, 2). 90, 1. Nep. Arist. 3, 1 *tot* talenta quotannis Delum. Epam. 3, 6 Att. 8, 3. Ov. fast. 4, 351 -lit aes populus (Val. Max. 5, 2, 3). Liv. 2, 10, 13 unusquisque ei aliquid ... -lit. 2, 33, 11 sextantibus -latis in capita (Val. Max. 4, 4, 2). 5, 10, 5 ea *pecunia* tributo conferebatur (conficiebatur *Madvig*). 5, 32, 8 se -uros quanti damnatus esset. 5, 47, 8 cui universi selibras farris et quartarios vini ad aedes eius ... -erunt ... cum quisque ad honorem unius viri -rret (7, 37, 3). 6, 14, 12 ad redimendam civitatem a Gallis aurum (Pavl. Fest. p. 152). 25, 12, 14 stipem Apollini (Sen. contr. exc. 10, 4 omnes omnibus stipem -unt [congerunt Sen.]. Lex Vrson. [Corp. II 5439] 72, 37 ad quam aedem ea pecunia stipis nomine data -lata erit. Test. Galli [Corp. XIII 5708] 2, 8. Lex colleg. salut. Dian. et Antin. [Corp. XIV 2112] 1, 11 stipem menstruam in funera. Marcian. dig. 47, 22, 1 pr.). Liv. 26, 36, 5 aurum argentum ... in publicum (*ibid.* 11. 28, 36, 3. 34, 5, 9. 34, 6, 14. 39, 7, 5 stipendium). 27, 37, 9 ad quas (*matronas*) ex dotibus stipem -rrent. 28, 45, 17 in viaticum decurionibus remigibusque. 39, 5, 7 in eam rem sibi C pondo auri a civitatibus -latum. 40, 44, 9 *al.* Epist. imp. Aug. Suet. Aug. 71 in singulos talos singulos denarios in medium. Mon. Ancyr. 4, 27 aurí coronárí pondo *tot* múnicipiís et colonís Italiae -entibus ad triumphó⟨s⟩ meós ... remisi. Vell. 2, 39, 2 in aerarium reditus. Val. Max. 5, 6, 8 ad sustentandam temporis difficultatem. Phaedr. 4, 5, 12. 17. 46. Plin. nat. 21, 10 asses. 33, 54 *coronam* VII pondo. 33, 138 Agrippae Menenio sextantes aeris in funus (Scaev. dig. 11, 4, 46, 1). Qvint. inst. 12, 7, 9 cum et Socrati -latum sit ad victum (Vict. Vit. 3, 38 eis victui profuturum). Tac. Germ. 15 ultro et viritim -rre principibus vel armentorum vel frugum quod ... subvenit. hist. 2, 84 -endarum pecuniarum exemplum. ann. 15, 45. Plin. epist. 2, 4, 2 nubenti tibi in dotem centum milia. 10, 23, 2 in opus balinei. Flor. epit. 2, 15, 10 in tormentorum vincula crines suos matronae -erunt. Apvl. met. 7, 4 mille aureum communi arcae. Gaivs inst. 3, 149 ut unus *sociorum* pecuniam -at, alter non -at. dig. 41, 1, 7 si alius vinum -erit, alius mel. Pavl. dig. 9, 4, 17, 1 ad litis aestimationem. Scaev. dig. 50, 4, 5 magnam partem patrimonii ei rei. Papin. dig. 50, 15, 5 pr. pecuniam tributi pro modo praediorum. Ivlian. dig. 14, 2, 6 *an* nautae pro damno -rre debeant. Vlp. dig. 7, 1, 27, 3 quod ob transitum exercitus -rtur ex fructibus. 17, 2, 52, 7 operam in societatem. *ibid.* 13 si vicini semipedes inter se -erunt. 43, 7, 3 pr. viae vicinales ex agris privatorum -latis factae. Pompon. dig. 17, 2, 54 (*opp.* recipere) *al.* Vlp. dig. 5, 4, 6 *sorori* quintam. Dig. 37, 6 (de collatione bonorum *sc. in petitione bonorum possessionis*) *passim* bona -rre. *e. g.* Vlp. dig. 37, 6, 1 pr. ut sua quoque bona in medium -ant qui appetant paterna. 37, 6, 1, 16 in commune (Scaev. dig. 31, 89, 3). Marcian. dig. 37, 5, 20 pro rata -ent ad virilem emancipato. *similiter* Dig. 37, 7 (de dotis collatione). *cf.* Scaev. dig. 10, 2, 39, 1 an soror fratri dotem -rre debet. Vlp. dig. 10, 2, 20 pr. Amm. 17, 3, 6 debita -erunt. Vvlg. II par. 24, 10 -erunt (εἰσέφερον) in arcam domini. Carm. epigr. 115 (Corp. VIII 9585 christ.) aream at sepulchra ... -lit et cellam struxit suis cunctis sumptibus. *adde*: Sen. contr. exc. 3, 1 consumptis patrimoniis membra -unt. *formulae*: aere collato: Sen. dial. 11, 12, 5 Svet. Aug. 59. Corp. VIII 5231 viritim. 5365. 7119 *al.* IX 698. 732. XIII 8250 (*a. 192*) Inscr. ephem. epigr. IX 233a *et saepissime in* Inscr. ex aere collato: Corp. IX 312. 975 *al.* XI 6481 (*a. 148*). 6358 (*s. III*). 4446 ex aeri -lato. 5390 *saepissime.* X 344 ex a(ere) c(ollato) (XIV 2636). 689 ex aere a populo -lato. VI 10332 ex amicorum aere -láto. stipe collata: Corp. II 760. VI 30974 (*a. Chr. 10*) *al.* ex stipe quam populus R. ... apsenti ei -lit (*cf.* Svet. Aug. 57). Corp. XII 4321 ex stipe -lata. XIII 6094 ex -lata stipe. Plin. nat. 18, 15. 34, 21 unciaria stipe -lata. pecunia collata: Corp. X 676. VIII 2438. 5146 -lata certatim pecunia. Plin. epist. 4, 13, 5 conducere praeceptores quodque nunc in habitationes ... impenditis, adicere mercedibus. Corp. I 1259 (= X 291) murum de pequnia -lata faciund(um) coeravit. II 1306. III 7235 de pequnia quam conlegia in commune -latam (*sc. dederunt*). VI 10332 ex pecunia -látá. XIII 4189 ex ea pecunia quae ei in statuas -lata est. III 12299 ex pecunia viritim -lata. IX 5177 templum ... sumptu suo maximo -láto perficiendum curávit. *substant.* conlātum, -ī *n.* Corp. VI 3180 -o fecerunt. IX 3383 ex -o. *omittitur obiectum*: Corp. I 572 (= X 3782 *a Chr. 71*) heisce magistr(eis) ... in servom Iunonis Gaurae ⟨co⟩ntule⟨re⟩ (Corp. VI 33768 *a. 2 p. Chr.* in hoc monumento. XIV 490 in m⟨onumentum⟩. IX 2252 in clupeum. X 4893 in statuam. 8397). Cic. Verr. 3, 154 an etiam Siculi inviti -erunt (Liv. 5, 10, 5 invitis -entibus). Liv. 2, 9, 6 tributo plebes liberata, ut divites

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-rrent. 4, 60, 8 certamen -endi. 23, 21, 6 Cornelio ... civitates sociae benigne -erunt. 25, 12, 9 cum populus dederit ex publico partem, privati uti -ant pro se atque suis. 32, 38, 8 non cunctanter. 34, 34, 8 malignitatem -endi ex privato. SEN. benef. 2, 21, 5 cum ab amicis -entibus ad impensam ludorum pecunias acciperet. 6, 19, 4 ⟨unus⟩ ex populo non tamquam pro me solvam, sed tamquam pro patria -am. PLIN. nat. 18, 9. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 16 bene -endo universi consentire debemus. PAVL. dig. 39, 2, 22.

b *in imagine*: CIC. inv. 2, 8 ex nostro quoque nonnihil in commune -limus. Brut. 99 multos nobiles quod quisque potuisset in illam orationem. Mil. 100 bona, fortunas meas ac liberorum meorum in communionem tuorum temporum -li. LIV. 3, 34, 4 agitarent deinde sermonibus atque in medium, quid in quaque re plus minusve esset, -rrent (5, 44, 1 quod quisque possit ... praesidii in medium -rre. 6, 6, 18 laudem -entis potius in medium quam ex communi ad se trahentis). SEN. epist. 120, 18 ultimum timemus diem, cum tantundem in mortem singuli *dies* -ant. LVCAN. 9, 267 plus regia Nili -lit in leges et Parthi militis arcus. SEN. Med. 720 Haemonius illas -lit pestes (*i. venena*) Athos ... has aluit *Tigris* (*ibid.* fert, creat). VAL. FL. 1, 359 *Talaus et Leodocus* quos nobile -lit Argos

B *translate*: **1** *comparare*: **a** *generatim*: NON. p. 268 comparare. GLOSS. ἀντεξετάζω, ἀντιπαραβάλλω. PLAVT. Poen. 298 ubi exempla -entur meretricum aliarum (TER. Ad. 94 si -endum exemplumst). 1048 tesseram -rre si vis hospitalem, eccam attuli. VARRO ling. 9, 38 forma -lata. 9, 99. 100. 10, 5. 13. 16. 26. 29. 36. 82. RHET. Her. 1, 6, 9 ad nostram causam . accedemus et [per *add. C*] similitudinem -emus. 4, 47, 60 simili ratione -lata. 4, 47, 61 id ipsum quod -etur, similitudinem habeat oportet. CIC. inv. 1, 42 simile ex specie comparabili aut ex -unda atque assimulanda natura iudicatur (FAVST. REI. grat. 1, 8 p. 8, 4 cui impietati hunc errorem assimilare vel -rre possimus). de orat. 2, 226 contraria inter sese de re publica capita. orat. 38 ut -antur pugnantia comparenturque contraria. Phil. 11, 9 an vero hoc -endum est? Tusc. 4, 68 nihil quod putem -endum. Att. 5, 21, 12 rationes (epist. 5, 20, 1 me relaturum rationes nisi tecum ... -issem confecissemque, non fuisse. SEN. dial. 6, 15, 4. epist. 118, 1. benef. 6, 4, 5 inter beneficia quoque et iniurias ratio -rtur). CAEL. Cic. epist. 8, 14, 3 exercitum -endum non esse. LVCR. 5, 13 divina aliorum antiqua reperta. NEP. Hann. 13, 4 -latis utrorumque factis. PROP. 1, 5, 7 non est illa vagis similis -lata (*i. si contuleris*) puellis. OV. rem. 713 mores et artem (met. 7, 696 mores duarum). epist. 12, 204 Sisyphias ... -r opes. 15, 203 -latis forma ... et annis. 19, 163 amborum pericula. fast. 6, 16 quas *deas* ... -lit *Paris. cf.* carm. frg. 3. MANIL. 2, 326 sin summa prioris et pars -rtur subiuncti prima. SEN. contr. 10, 2, 2 spolia. 10, 2, 9 virtutes. SEN. benef. 2, 15, 3 utriusque personam -r ⟨et⟩ id ipsum inter illas quod donabis, examina. epist. 81, 18 accepta et expensa (VLP. dig. 50, 16, 56 accepta et data. AVSON. 419, 23). 113, 16 quae similia videntur, cum -eris, diversa sunt. LVCAN. 4, 707 quis -rre duces meminit? quis pendere causas? PLIN. nat. praef. 22 auctores. MART. epigr. 16^{b}, 3 Caesaris atque Iovis ... iuvencos. 2, 71, 5 ut -lata magis placeant mea. IVV. 13, 144 *sqq.* SVET. Iul. 47 *margaritarum* amplitudinem -entem interdum sua manu exegisse pondus. *inter se*: VARRO ling. 9, 52 inter se -ent *vocabula*. 10, 17. 28 rust. 3, 14, 4. CIC. Q. Rosc. 20 vitam inter se utriusque -rte. nat. deor. 2, 148 quibus -latis inter se et comparatis. BELL. Alex. 6, 2 vulgoque inter se -bant *aquas*. LIV. 8, 6, 10 hos nocturnos visus inter se. MANIL. 2, 315. PHYSIOGN. 11 *signa* conicere atque ea inter se -rre. *cum aliquo*: RHET. Her. 2, 13, 20 iudicem cum iudice, tempus cum tempore, numerum cum numero iudiciorum conferemus (prof- *codd.*). 3, 3, 4 commoda cum incommodis. VARRO ling. 8, 43 cum altero. 8, 61 cum simplicibus *composita*. 9, 40 nomen virile cum virili, feminae cum muliebri. 9, 99. 10, 18. 10, 21 ut, si nomen est quod -as, cum quo -as, sit nomen. 10, 29. 36. 10, 41 si -eris cum uno duo, sic cum decem viginti. 10, 77. CIC. inv. 1, 49 conlatio est oratio rem cum re ex similitudine -ens. 2, 54 cum definitione nostra adversariorum definitionem. de orat. 1, 97 cum illorum Lycurgo et Dracone et Solone nostras leges. Brut. 272 nec continentia nec pietate nec ullo genere virtutis quemquam eiusdem aetatis cum illo -endum puto. ac. 2, 73 cum eo non modo ingenii magnitudine, sed etiam animi. Verr. 2, 21 flagitia ... vix cum huius parva parte aequari -rrique posse. 5, 45 ut non -am vitam neque existimationem tuam cum illius (*cf.* Sull. 72 Phil. 11, 9). 5, 121 -rte Verrem: non ut hominem cum homine comparetis ..., sed ut pacem cum bello, leges cum vi ... -atis. 6, 14 o praeclarum imperatorem nec iam cum M'. Aquilio ... sed vero cum Paulis -endum. Cluent. 94 Vatin. 10 *al.* Marcell. 5 regum res gestas cum tuis nec contentionum magnitudine nec numero proeliorum ... posse -rri. Phil. 2, 117 cum illo ego te dominandi cupiditate -rre possum. LVCR. 2, 1166 cum tempora temporibus praesentia -rt praeteritis. CAES. Gall. 1, 31, 11 (*syn.* comparare). civ. 2, 39, 4. 2, 81, 2 OV. rem. 707 (709 *dat.*). met. 13, 6 mecum -rtur Vlixes. LIV. 9, 18, 9 hominis res gestas et eius iuvenis cum populi ... rebus. 9, 18, 11 hominis cum homine et ducis cum duce fortunam. 9, 19, 11. 21, 43, 15 *al.* 29, 17, 5 quid illa sunt -lata cum iis quae hodie patimur. 41, 6, 9 eam regiam servitutem -latam cum praesenti statu praeclaram libertatem visam. 45, 43, 2 minor ipse imperator, et nobilitate Anicius cum Aemilio et iure imperii praetor cum consule -latus. VITR. 7 praef. 7 ea *volumina* cum recitatis -endo. SEN. Phaedr. 741 -at tecum decus omne priscum fama miratrix senioris aevi. dial. 7, 19, 2 splendida vestra cum sordibus vestris *al.* nat. 1, 3, 4 cum primis extrema. PLIN. nat. 16, 12. GELL. 2, 2, 9 patrum iura cum filiorum ... potestatibus -lata interquiescere. *nota*: AVG. civ. 18, 43 in istis (*LXX*) non secum -entibus et tamen tamquam ore uno cuncta interpretantibus (*i. inter se*). *alicui*: VARRO ling. 10, 50 ut Diomedes -rtur ⟨Diomedi et⟩ Diomedibus, sic dicitur ab Hercules Herculi et Herculibus. rust. 1, 2, 6 quod far -am Campano? quod triticum Apulo? quod vinum Falerno? quod oleum Venafro? CIC. Brut. 213 parva magnis (orat. 14 rep. 3, 34. opt. gen. 17 maxumis minima. phil. frg. X 3. BELL. Alex. 18, 1 minora maioribus. FLOR. Verg. p. 185, 10 parvis magna). CIC. off. 1, 76 ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinae -endi sunt *Pausanias et Lysander*. CATVLL. 64, 343 non illi quisquam bello se -et heros. HOR. sat. 1, 5, 44 nil ego -erim iucundo sanus amico. PROP. 1, 4, 9 si levibus fuerit -lata figuris. 2, 24, 49 noli nobilibus, noli -rre *me* beatis. 2, 28, 9 sibi (OV. rem. 712. PRIAP. 32, 3 sibi suisque membris. SIDON. epist. 4, 8, 5 vers.). 3, 24, 7 color est totiens roseo -latus Eoo. 4, 11, 89. OV. am. 1, 14, 33. 2, 17, 13 -latum tibi me contemnere. 3, 1, 39 sublimia carmina nostris. OV. rem. 709 formosis vestras -rte puellas. met. 13, 98 his Rhesum. 13, 338 se mihi -at Aiax. trist. 3, 11, 61. 5, 1, 73 suis poetis. Pont. 1, 1, 25 nominibus tantis. 4, 10, 4. 4, 10, 21. fast. 3, 825 licet antiquo manibus -latus Epeo sit prior. CARM. epigr. 969, 1 sei quis havet nostro -rre dolore(m) *proprium*. LIV. 30, 13, 8 fortuna pristina viri praesenti fortunae -lata (39, 49, 11). 36, 10, 8 urbis nequaquam Pheraeis -endae. 37, 59, 2. LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 30 *illa* minime admiranda -lata virtutibu⟨s tuis reliquis⟩. POMP. TROG. Iust. 38, 7, 1 seu populis illorum -at suos (*ibid.* seu nobilitate illis comparetur). SEN. contr. 10, 4, 23 ingenia ingeniis. PHAEDR. 4, 24, 4 -rre nostris tu potes te laudibus? SEN. dial. 2, 6, 8 Babylonios illis (*sc. munimentis sapientis*, illi *A*) muros. 12, 2, 7 quorum (*virorum*) se ingeniis vel -lit vel ... adplicuit. benef. 6, 26, 2 numquam cicatrix nisi -lata vulneri placuit. nat. 2, 10, 2 media pars temperatior, si summis imisque -as. 2, 53, 3 initiis rerum exitus. LVCAN. 7, 144 superis hominum -rre labores. PLIN. nat. 14, 71 elegantia *vina* Baliarica ex insulis -untur Italiae primis. SIL. 3, 125 se tibi. MART. 4, 11, 10. 11, 72, 2 -latus cui Gallus est Priapus. QVINT. inst. 12, 10, 75 Tyriae eam (*lanam*) lacernae. decl. 308 p. 214, 5 propinquos istos amicitiae. IVV. 12, 21 nullum -rri posse ... naufragium velis ardentibus. PLIN. epist. 3, 5, 19 quis ... -latus illi non ... erubescat? 4, 14, 7 diversis diversa. 5, 6, 32 *laurus* umbrae platanorum suam -rt. 8, 6, 2 *al.* PANEG. 12, 25 nobis calamitate. HIL. myst. p. 10, 35 sibi invicem res personasque. VVLG. Ier. 22, 15 quoniam -rs te cedro (*LXX* παροξυνῇ *i. contendis*). RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 123^{C} ut tibi ipsi et decori tuo -lata atque exaequata respondeas. PORPH. Hor. carm. 3, 27, 25 haec comparatio Iapygi vento -rtur. AVG. civ. 7, 26 Saturnum possemus huic (*sc. Matri Magnae*) in isto genere turpissimae crudelitatis sive -rre sive praeferre. MART. CAP. 6, 637 Roma armis viris sacrisque ... caeliferis laudibus -enda. 6, 718. 9, 892 eruditionis dignitate paucis. CORP. VI 35769 conferrendus erat Latonio ⟨Phoebo⟩. *nota*: AVSON. 470, 22 non tam grande quidem *nomen*, sed quo nostrates ... multos -latus (*i. aequatus*) sed non subditus aspicerem. PAVL. PELL. 266 claro procerum -latus honori. *ad aliquid*: VARRO ling. 9, 28 bos ad bovem -latus similis. 10, 37 si ad eas duas alterae duae res -latae sunt. 10, 45 tum ⟨cum⟩ -imus *duo* ad unum et tunc cum ⟨ad⟩ quattuor. 10, 49. CENS. 10, 9 in ... ⟨pro⟩portione quam duo faciunt ad tria -lata. FAV. EVL. p. 17 decem ad novenariam summam. MART. CAP. 8, 847 ad plenum. BOETH. arithm. 1, 30 p. 64, 10. mus. 2, 31 p. 265. *nota*: APVL. met. 7, 5 nec paucos humili servilique vitae renuntiantes ad instar tyrannicae potestatis sectam suam -rre malle (*sc. latrones factos*). **b** *scripta recognoscere*: GLOSS. ἀντιβάλλω βιβλία καὶ ἀντα⟨να⟩γιγνώσκω. comfer: ἀντίβαλε. CIC. Verr. 3, 190 haec omnia summa cura et diligentia recognita et -lata et ... obsignata sunt. CORP. XII 4393, 29 (*Narbo a. 149*) *exemplum epistulae* cu⟩m tabula aerea -látum ... ponendum censuerunt. SVBSCR. cod. Hor. legi et ut potui emendavi -ente mihi magistro Felice. Sedul. cod. Taurin. istum librum -li feliciter. IREN. frg. Rufin. hist. 5, 20, 2 (*cf.* HIER. vir. ill. 35) adiuro te qui transcripseris librum hunc ... ut -as (ἀντιβάλῃς) haec quae scribis et emendes diligenter ad exemplaria de quibus transcripseris. *cf.* HIER. epist. 71, 5 ut -rrent diligentius *codices* et emendarent. RVFIN. Orig. princ. praef. p. 114^{B} *codicem* -at cum exemplaribus. AVG. c. Cresc. 1, 34, 40 -li, lege.

2 *de appropinquatione, consuetudine, usu, commercio*: **a** *inter familiares* (pedem, gradum -rre *v. p. 180, 13*): CIC. Verr. 4, 31 -rrent viri boni capita, de comissatione loquerentur. LIV. 2, 45, 7 velut deliberabundi capita -unt, diu conloquuntur. SEN. apocol. 12 cum vidisset capita -entes et fortunas suas deplorantes causidicos. APVL. met. 3, 26 *equus* cum asino capita -unt in meamque perniciem ilico consentiunt. AMM. 17, 3, 1 plurimae gentes vi maiore -laturae capita sperabantur. MANIL. 2, 477 *deus* aliorum oculos, aliorum -lit aures, iunxit amicitias horum sub foedere certo (LACT. inst. 2, 2, 23 oculos atque mentem cum eo qui fecit).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SEN. epist. 71, 34 alius iam in tantum profecit, ut contra fortunam audeat attollere oculos ..., alius in tantum, ut possit cum illa -rre vultum (STAT. Theb. 4, 619 -r vultum. LACT. ira 7, 5 homo ... -rt cum deo vultum. ALC. AVIT. carm. 1, 202 certior accrescit -latis [α, pullatis β] vultibus horror *Indis*). VAL. FL. 3, 309 fas tamen est -rre genas, fas iungere tecum pectora et exangues miscere amplexibus artus. APVL. met. 5, 6 ut sorores videat ... ora -at (MART. CAP. 9, 907 [vers.] lepus immiti -lit ora cani). *cf.* 6, 24 ad Venerem -lata facie inquit *Iuppiter*. STAT. silv. 5, 1, 43 -lato pectore mixtos iunxit ... concordia. TER. Ad. 299 si omnia omnes sua consilia -ant. Haut. 473 -unt consilia ad adulescentes. LIV. 2, 35, 7 consilia -unt de Romano bello. PLIN. epist. 7, 17, 10 in numero ipso est quoddam magnum -latumque consilium. SVET. Iul 80 consilia dispersim antea habita ... in unum omnes -erunt. HIL. syn. 8 aliqua vobiscum per litteras piae fidei consilia -rre. *v. l. 22.*

de colloquio: sermonem *et* sermones conferre: PLAVT. Curc. 290 -unt sermones inter sese. Poen. 34 domum sermones fabulandi -ant *matronae*. TITIN. com. 69 severiter hodie sermonem amica mecum -lit. VARRO rust. 2 praef. 6 ex sermonibus nostris -latis cum iis qui. CIC. inv. 2, 14 cum hoc ... in via sermonem -lit. off. 1, 136. 2, 39 ut habeat quibuscum possit familiaris -rre sermones. Phil. 2, 38 cum ullo aut sermones aut consilia -lit saepius? LIV. 39, 34, 9 sermonem cum eo -erat. VITR. 9 praef. 17 cum Varrone de lingua latina (*syn.* coram disputare, habere sermones). VAL MAX. 8, 7 ext. 14 adsidentibus amicis et quadam de re sermonem inter se -entibus. 8, 12 ext. 1 APVL. met. 5, 11. 8, 8 modo ne in Thrasylli manum sacrilegam convenias neve sermonem -as nec mensam accumbas nec toro adquiescas. AMM. 24, 2, 20 HIER. hom. Orig. in Ier. p. 800. VVLG. Luc. 24, 17 qui sunt hi sermones quos -rtis adinvicem? (ἀντιβάλλετε). *adde*: TIB. 1, 2, 21 nutus -rre loquaces. PETRON. 132 quod ... cum ea parte corporis verba -erim. CAPITOL. Pert. 13, 5 omnes qui libere fabulas -bant. *nota*: CIC. Att. 13, 19, 5 Academica ... cum Catulo, Lucullo, Hortensio -eram. *omittitur* sermonem, *i. q. colloqui, disputare, deliberare* 'conferiren' (conferre in pauca *v. p. 175, 67*): *cf.* GLOSS. V 412, 50 conlationes, conlocutiones, conferentes. II 108, 45 conferendum συμβλητέον, δικαστέον, ἀγωνιστέον. CIC. Planc. 18 sic enim -amus. fin. 2, 4 nisi -erimus inter nos ... quid finis ... sit. 4, 74 -am tecum quam .. rem subiciat. div. 2, 28. Att. 1, 20, 1 coram inter nos -emus (16, 13, 2 coram igitur hoc quidem -emus). 2, 17, 1 -emus tranquillo animo. LIV. 27, 20, 4 ibi -entibus quid ... esset unus Hasdrubal ... censebat. SEN. epist. 18, 2 libenter tecum -rrem quid existimares. TAC. dial. 42 de iis rursus -emus. PLIN. epist. 4, 10, 1 -li cum peritis iuris. PAPIN. dig. 39, 5, 27 de ea re mecum. ITALA act 9, 29 (cod. e) loquebatur quoque et -bat ad Graecos (et conquirebatur cum Gr. *cod. g*; VVLG. disputat. συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἕλληνας). CYPR. epist. 72, 1 tibi scribendum et cum tua ... sapientia -endum fuit. IREN. 3, 3, 3 vidit ipsos apostolos et -lit (συμβεβληκώς) cum eis. PANEG. 12, 18 cum altero quisque -imus. PS. HIL. libell. 19 de continentibus. AMBROSIAST. in II Cor. 13, 5 secum invicem. in Gal. 2, 1 cum apostolis secreto. HEGES. 4, 30. VVLG. II Macc. 11, 36 diligentius inter vos -entes (ἐπισκεψάμενοι). Luc. 2, 19 conservabat omnia verba haec -ens (συμβάλλουσα) in corde suo. act. 4, 15 -bant (συνέβαλλον) adinvicem dicentes. 16, 12 eramus in hac urbe diebus aliquot -entes (διατρίβοντες). AVG. c. Iul. 3, 1, 5 epist. 88, 10. POSSID. vita Aug. 17 omissis nominibus -entium. ALC. AVIT. c. Arr. 30 p. 12, 19 non est nescientis interrogatio sed -entis. epist. 46 p. 75, 29 -bamus namque nobiscum tractabamusque quale esset illud. DRAC. Romul. 8, 537 Atridi. VEN FORT. carm. praef. 6 tecum amicaliter. *conferre aliquid i. q. communicare, tractare, disputare de aliqua re*: PLAVT. Rud. 338 verum omnes sapientes decet -rre (*corrupt.?*, et colere *Langius*) et fabulari. CIC. ac. 2, 148 non moleste fero nos haec -isse. Phil. 12, 27 *Sulla et Scipio* de iure civitatis leges inter se et (agentes inter se *Koch, Müller*) condiciones -erunt. fin. 1, 16 inter nos ea quae audiebamus -bamus. div. 2, 28 an haec inter se haruspices Etrusci, Elii ... -erunt? Att. 2, 5, 1 si quid Θεοφάνης tecum forte -erit, ne omnino repudiaris. 2, 25, 2. epist. 6, 21, 2 inter nos -rre sollicitudines nostras. CAEL. Cic. epist. 8, 15, 2 te videre et omnia intima -rre discupio. CAES. Gall. 7, 75, 5 Bellovaci suum numerum non contulerunt (β, compleverunt α). OV. Pont. 2, 4, 9 seria multa mihi tecum -lata recordor. QVINT. inst. 4 prooem. 1 adhuc enim velut studia inter nos -bamus. TAC. Agr. 15 -rre iniurias et interpretando accendere. SCAEV. dig. 33, 1, 19, 1 ea quae in consultatione -lata essent. TERT. nat. 1, 19 quae si vobiscum communicamus, superest ⟨de⟩ridenda persuasionum -amus. CAPITOL. Aur. 22, 3 cum optimatibus non solum bellicas res, sed etiam civiles. HIL. in Matth. 6, 1 sacramenta ... neque in gentes efferre neque cum haereticis -rre. DARES 15 responsa. HEGES. 2, 1, 2 ea *verba de Herode* non solum crebro in Iudaea -bantur, verum etiam ... in os obiecta *Archelao*. VVLG. Gal. 2, 2 cum illis euangelium (ἀνεθέμην; *cf.* HIER. *ad l.* ea quae novimus, -imus cum amico et quasi in sinum eius et conscientiam reponimus). MART. CAP. 1, 91 (vers.) -rre arbitrium intimum (*syn.* in medium ferre). *ibid.* vobiscum -rre studium est vota propaginis. PROSP. epist. 1, 9 sensum suum per litteras. *nota* conferri *i. q. colloqui*: ITALA Luc. 11, 53 (cod. e) coeperunt graviter habere et -rri illi de pluribus (conferre cum eo *cod. c*; VVLG. os eius opprimere. συμβάλλειν αὐτῷ). TERT. spect. 15 nobis satis non est, si ipsi nihil tale facimus, nisi et talia factitantibus non -amur (*syn.* morari cum illis). AVELL. p. 234, 4 necessarium est -rri de tribus capitulis. p. 234, 8.

b *inter inimicos*: *fort. huc pertinet* GLOSS. V 661, 9 contuli ire ad hostes ('*conpuli?*' *Götz*). PLAVT. Epid. 547 orationis aciem contra -am (STAT. Theb. 6, 298 *equorum* -lata acies *in certamine*. CLAVD. 5, 186. 15, 386). LVCR. 4, 843 contra -rre manu certamina pugnae (VERG. Aen. 10, 147 illi inter sese duri certamina belli -erant). NEP. Ages. 5, 1 post hoc proelium -latum. HOR. sat. 1, 5, 54 lites. OV. met. 12, 379 -lato Marte. pedem conferre (*cf.* QVINT. inst. 8, 6, 51 illa in agendis causis iam detrita 'pedem -rre' et 'iugulum petere' ... *ex allegoria* sunt. *proprio sensu*: PLAVT. Merc. 882 contra pariter fer gradum et -r pedem. *cf.* Men. 554 fer pedem, -r gradum. Pseud. 707 -r gradum contra pariter. VERG. georg. 3, 169 iunge pares et coge gradum -rre iuvencos): CIC. Planc. 48 num possum magis pedem -rre ut aiunt aut propius accedere. LIV. 6, 12, 10 ubi haerere iam aciem -lato pede videris. 6, 13, 2 gladios et -latum pedem et vultum hostis ... ferre non potuit. 10, 29, 6 nec facilis pede -lato videretur pugna. 26, 39, 12 ut non missilibus tantum, sed gladiis etiam prope -lato pede gereretur res (*cf.* 28, 33, 5). 28, 2, 6 pes cum pede -latus et gladiis geri res coepta est. 34, 14, 11 pede -lato tota in virtute ... spes erat. 38, 21, 3 pede -lato pugnare (38, 21, 13). HOMER. 956 -latusque haeret pede pes et dextera dextrae. CVRT. 3, 11, 5. QVINT. inst. 5, 13, 11 pedem -rre cum singulis. AMM. 16, 2, 13. 25, 1, 18 *Persis* artius pes pede -latus graviter obsistebat. 27, 2, 6. 31, 7, 12 pes cum pede -latus est. HIER. epist. 50, 5 cum ... ad libros venerit et pedem pedi -erit, ... tunc sudabit. PRVD. c. Symm. 1, 646 non ausim -rre pedem. SVLP. SEV. dial. 2, 11, 4 -lato comminus pede ... pugnabat. ENNOD. carm. 2, 14, 8 ingresso dextrum -lit ista *domus* pedem. gradum conferre (*cf. l. 14*): NON. p. 268 conferre contollere. LIV. 7, 33, 11 consul invadit hostem et cum quo forte -lit gradum obtruncat. SIL. 12, 382 longumque coire videtur et -rre gradum. TAC. hist. 2, 42 -lato gradu corporibus et umbonibus niti. ann. 2, 20. TERT. nat 2, 1 secundum vestros commentarios ... gradum -ens. adv. Iud. 2. AMM. 16, 12, 6 antequam gradum -rrent. *adde*: VAL. FL. 6, 270 simul adversas -latis cursibus hastas coniciunt. STAT. Theb. 4, 399 ardua -latis obnixi cornua miscent frontibus *tauri*. APVL. met. 8, 4 *canes* comminus -erant vestigium. AMM. 17, 13, 8 adversus ipsum principem omnem impetum -erunt. signa conferre: PLAVT. Cas. 352 -latis signis depugnabimus (CIC. Manil. 66 exercitus regios superare. VERG. Aen. 11, 517 equitem -latis excipe signis. LIV. 2, 50, 1. 22, 24, 11. 24, 48, 12 PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 33 FLOR. epit. 2, 6, 52. 58 [comminus]). CATO orig. 99 signis -latis ... pugnavimus (*sic collocatur passim ex. gr.* ASELL. hist. 5 CIC. Att. 5, 15, 3 LIV. 2, 64, 5. 4, 22, 2 *et saepissime.* PLIN. nat. 7, 92 FRONTO p. 129, 5 N. PANEG. 10, 11). CIC. Mur. 20 duxit exercitum, signa -lit, manum conseruit. 38 hoc duce castra cepimus, signa -limus. Sest. 59 qui conflixit, qui signa -lit. Pis. 49 cum Alexandrinis. Att. 7, 5, 5 illi concedi putem utilius esse quam signa -rri. LIV. 1, 33, 4 comminus cum Romanis. 2, 26, 6 cum Auruncis signa -lata. 5, 19, 7. 6, 42, 6. 8, 7, 6 ne nimis acies vobis et -lata signa nobiscum cordi sint. 8, 30, 7 bis cum hoste. 8, 32, 6. 8, 36, 8 ultimus dies -endi signa cum dictatore. 9, 13, 12 cum Papirio. 27, 12, 10 signa -lata pugnatumque totis copiis. SEN. Phoen. 414 signa -latis micant vicina signis. manus *et* manum conferre: NON p. 268 conferre conserere. CIC. Font. 12 qui cum ipso M. Fonteio ferrum et manus -erunt. dom. 53 si manus -lata non est. VERG. Aen. 9, 43 -rre manum. 9, 687 -rre manum et procurrere longius. 10, 874. 12, 345. 480. 678 (*cf.* LIV. 10, 43, 4). 11, 283 manus. LIV. 9, 5, 10 manum cum hoste -rre. 26, 48, 11 inter se. SEN. dial. 1, 3, 3 cum quo -rre possimus manum. 2, 2, 2 cum feris manus. CALP. ecl. 6, 21 vis -rre manum? VAL. FL. 2, 222 SIL. 7, 599. 15, 188 si -rre manum libeat, coeantque vocatae hinc atque hinc acies. HOMER. 270 adversas -rte manus, decernite ferro. 455 SPART. Carac. 6, 4 AMM. 24, 8, 1 *al.* DRAC. Orest. 679 armis -rre manum, defendere vitam. *adde*: OV. fast. 1, 569 prima movet Cacus -lata proelia dextra. AMM. 27, 10, 13 barbari dexteris coiere -latis. arma conferre: CAES. civ. 1, 74, 2 quod ... arma cum hominibus necessariis et consanguineis -erint. NEP. Eum. 3, 6. 11, 5. OV. hal. 80 -latis effugit armis. LIV. 21, 1, 2 neque validiores opibus ullae inter se civitates gentesque -erunt arma. HOMER. 898 -rre invictis cum viribus arma. 964. *adde*: STAT. Theb. 9, 88 iuvenes, quos nec Tritonia bello, nec prope -lata sprevisset cuspide Mavors. castra conferre: SALL. hist. frg. 3, 28 castrisque -latis pugna tamen ... prohibebatur. LIV. 2, 30, 10 hostem ad -enda propius castra dimicandumque acie excivit. 26, 12, 14 coeundo -undoque cum hoste castra. 27, 47, 6 ubi dux, ubi exercitus esset, cum quo castra -lata haberet. SIL. 4, 56 -latis admoto consule castris. PS. QVINT. decl. 3, 6 FRONTIN. strat. 2, 5, 8. TAC. hist. 3, 57 -lata utrimque castra. ann. 11, 8 Bactrianos apud campos castra -lit. CIC. div. 2, 114 castra in Thessalia castris -lata audiebamus (CAES. civ. 3, 79, 3 *qui* castris Scipionis castra -lata habuisset. BELL. Alex. 61, 2 LIV. 4, 27, 5). HIRT. Gall. 8, 9, 2 castra castris hostium -rt (BELL. Alex. 61, 4 BELL. Afr. 48, 3. BELL. Hisp. 20 Caesar movit et propius castra castris -lit. 23, 1 LIV. 8, 23, 9 *etc.* SVLP. SEV. chron. 1, 25, 5). *cf.* BELL. Alex. 37, 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

castra oppido. PANEG. 12, 35 castris ad castra -latis. vires conferre (*cf. p. 174, 57*): LIV. 4, 27, 5. 21, 50, 1 conserere pugnam et ex propinquo vires -rre. 42, 47, 8 neque arte neque casu, sed -latis comminus viribus, iusto ac pio esse bello superatum. AMM. 21, 12, 9 -latis ex propinquo viribus. LIV. 21, 1, 2 haud ignotas belli artes inter sese sed expertas primo Punico -bant bello. se conferre: VERG. Aen. 10, 734 obvius adversoque occurrit seque viro vir -lit. *aliquem hostem opponere*: GERM. 655 *Diana* scorpion ingenti *Orioni* maiorem -lit hostem. LVCAN. 4, 803 dira duces Pharsalia -rt. STAT. Theb. 6, 774 iniustis -latum viribus hostem. 7, 734 si tibi -latus divum sator (SCHOL. bello comparatus). *nota absolute*: OV. met. 10, 603 mecum -r. SEN. epist. 109, 1 desiderat uterque *sapiens* aliquem cum quo -at, cum quo quaerat.

II ***transferre,*** *in alium locum vel ad personam ferre, in alium statum deferre*: **A** *mittere aliquid, collocare, portare, dirigere, ducere: proprie et translate*: **1** *generatim*: NON. p. 268 conferre transferre. GLOSS. conferuntur portantur. contulisse εἰςκεκομικέναι. collatum εἰςκομισθέν. *syn.* conicere, collocare, traducere, transferre, transportare; *seq.* in *c. abl. l. 71 cf. p. 182, 50.* PLAVT. Capt. 795 ne quis in hanc plateam (hac -a *codd.*) negoti -at quicquam sui. Truc. 3 Athenas quo sine architectis -at. TER. Eun. 450 ne quando iratus tu alio -as *fructum*. PACVV. trag. 121 inde ad stabula hac itiner -li (CIC. Att. 3, 4 iter Brundusium versus. BRVT. Cic. epist. 11, 13, 4 meum iter eo). TVRPIL. com. 134 abhinc triennium sacerrimum domicilium hoc quidam -lit leno. CATO agr. 105, 2 *vinum* in tectum. VARRO frg. Non. p. 57, 1 locus quo suam quisque domo senator -rt curam. p. 263, 5 extemplo meos in curriculum -li propere pedes. CIC. Verr. 6, 2 quo accusationis meae rationem -am? quo me vertam? Manil. 17 suas rationes et copias in illam provinciam. leg. agr. 2, 9 omnia, pacem externam, libertatem ... in fidem et quodammodo in patrocinium mei consulatus esse -lata (FRONTO p. 209, 5 N. regnum fortunasque suas in fidem Lucii). Catil. 1, 2 in te -rri pestem oportebat quam tu in nos machinaris. har. resp. 23 ludos ad luctum -rre (*ibid.* ludi ab laetitia ad metum traducti). Sest. 95 adulescentes quonam suas mentis -ant? Att. 4, 16, 2 hanc ego de re publica ... disputationem in Africani personam ... -li. 11, 8, 2 omnia in me maledicta. 13, 12, 4 rem ad me. epist. 2, 7, 2 in ipsum discrimen rerum -isti tribunatum tuum. 13, 5, 2 cum in eam *possessionem* tamquam e naufragio reliquias -isset. off. 1, 111 in actiones omnemque vitam nullam discrepantiam. nat. deor. 1, 77 species istas hominum in deos. BELL. Alex. 39, 2 legionem in dextro cornu collocavit, ..., Deiotari legiones in mediam aciem -lit (*de eadem re* CAES. Gall. 3, 24, 1 coicere). BELL. Afr. 60, 3 tertiam aciem in sinistrum suum cornu. 60, 4 eodem suum omnem equitatum. 68, 3 castris ex campo in collem ac tutiora loca conlatis (conlocatis *codd.*). NEP. Ages. 7, 3 nihil unquam domum suam. OV. trist. 2, 534 *Vergilius* -lit in Tyrios arma virumque toros. PREC. herb. 4 *tellus* medicinam sanitatis in vos (*sc. herbas*) -lit. LIV. 5, 50, 6 aurum ... ex aliis templis ... in Iovis cellam. VELL. 2, 21, 4 quam vivo iracundiam debuerat, in corpus mortui -lit (CLAVD. 15, 393 patrias in pignora [*i. liberos*] -lit iras). 2, 116, 2 victoriae testimonium in cognomen filii. SEN. Herc. f. 911 *tus* -rte in aras. epist. 55, 7 elegisse hunc locum, in quem otium suum pigrum iam et senile -rret. 92, 34 quo receptaculum suum (*i. corpus*) -atur *animus non curat*. 121, 24 primum hoc instrumentum ⟨in⟩ illa *animalia* natura -lit ad permanendum, [in] conciliationem et caritatem sui. COLVM. 9, 14, 19 ex reliquis *Siciliae* partibus Hyblam -untur *apium examina* (*syn.* transferuntur *et* transportantur). TAC. ann. 4, 39 ut spes votaque sua non prius ad deos quam ad principum aures -rret. SVET. Cal. 34 statuas ex Capitolina area in campum Martium. Galba 4 exta in frugiferam quercum. VLP. dig. 10, 4, 11, 1 res in locum abditum. 19, 2, 19, 4 arcam aeratam in aedes. CENS. 15, 4 in te omnium virtutum praedicationem. CHAR. gramm. I 253, 18 *impersonalia* quae in rem -untur, quibus ... id quod fit significatur. DIOM. gramm. I 399, 13 verba in personam patientis. APVL. met. 2, 20 omnium ora et obtutus in unum quempiam angulo secubantem (TERT. spect. 30 ad eos conspectum insatiabilem. CYPR. GALL. exod. 118 intuitus -rre pios plebemque tueri. Ios. 246 Gergessos -rre caput visumque. AMM. 24, 2, 19 ad hanc molem oculorum acies intentius). apol. 75 pleraque rei familiaris in nomen uxoris. GAIVS dig. 45, 1, 141, 6 citeriorem diem in Titii personam. PAVL. dig. 1, 1, 11 ius dicitur locus ... appellatione -lata ab eo, quod fit, in eo ubi fit. 11, 1, 13 pr. *actionem* in nosmet confessione nostra -imus (VLP. dig. 10, 2, 55 totam condemnationem). 16, 3, 27 *dotem* sub titulo depositi in cautionem (VLP. dig. 44, 4, 4, 18 dolum praesentem in exceptionem). 38, 1, 37, 8 etiamsi in personam (-a *F*) liberti -lata liberatio est. 45, 1, 130 factum in personam filii ... quod in suam personam -rre non potest, hoc patri acquirat. PAPIN. dig. 35, 1, 78 condicionem in personam pupilli. 20, 5, 1 pignorum conventionem ad bona debitoris. SCAEV. dig. 32, 34, 1 in priores *debitores* maius creditum -lit. POMPON. dig. 34, 3, 8, 4 verba liberationis in rem. HERMOG. dig. 4, 4, 35 emptionem penes se *et saepius apud* ICTOS. COMM instr. 1, 6, 26 *Iovem* -istis in altum (*i. caelum*). IVL. VAL. 1, 18 gladium ... -latum in dexteram patris. PORPH. Hor. carm. 3, 30, 13 Graeci carminis modulationes primum in Latinam linguam. epist. 1, 1, 49 a parvis ad maiora bona cupiditates. ARNOB. nat. 1, 59 omne suum studium verborum in lumina (*i. in publicum*) -erunt. PANEG. 10, 6 *Roma* demersa ... malis ... maiestatis pristinae decus ad misericordiae ambitum -bat. AVSON. Mos. 404 quos ... facundia ... -lit ad veteris praeconia Quintiliani. OROS. hist. 4, 22, 3 dolorem ad desperationem. *nota*: COD. Iust. 1, 9, 8 pr. (*a. 398*) adeant sollemni more Iudaei iudicia omnesque Romanis legibus conferant (inf- COD. Theod. 2, 1, 10) et excipiant actiones.

2 *speciatim*: **a** *navem derigere*: NAEV. carm. frg. 36 conferre queant (conferre que aut *cod.*) ratem aeratam. PLAVT. Bacch. 797 bene navis agitatur, pulcre haec -rtur ratis. Asin. 258 quo hanc celocem -am? BELL. Afr. 11, 1 pars navium ... ex errore eodem -batur. **b** *orationem deducere*: PLAVT. Capt. 276 ut facete orationem ad servitutem -lit. SCAEV. dig. 29, 7, 14 pr. heres ad quem sermonem -at. APVL. met. 5, 15 *feminae* ad destinatam fraudium pedicam sermonem -entes. PS. ASCON. div. in Caec. p. 112 ad Siculorum personam -lit dicta. QVINT. inst. 7, 2, 36 illuc -enda est oratio, aut aliquas fortasse latentes fuisse .... **c** *rationem referre, aliquid revocare ad aliquid*: RHET. Her. 1, 16, 25 quo ratio omnis totius orationis -atur. 1, 16, 26 eo. 1, 17, 27 ad hanc iudicationem. 2, 1, 2. 3, 2, 3. VARRO ling. 9, 9 vocabula ... in consuetudine esse videmus et ad ea⟨m⟩ -imus. 10, 12 ut e verbo in verbum declinatio ad quam -etur eiusdem modi sit. 10, 37. CIC. leg. 2, 29 *ferias* debet ad perfectionem operum rusticorum compositio anni -rre (*i. constituere ratione habita perfectionis o. r.*). AMM. 14, 11, 7 Constantius cuncta ad suam sententiam -ens. MART. CAP. 6, 718 ῥητή *linea* illa est ... quae propositae lineae communi mensura -rtur (*i. convenit*). **d** *potestatem, honores sim. deferre, mandare*: LVCR. 6, 54 ignorantia causarum -rre deorum cogit ad imperium res et concedere regnum. LIV. 1, 13, 5 imperium omne -unt Romam. VITR. 1 praef. 2 in te favorem. TAC. hist. 1, 1 omnem potentiam ad unum (VLP. dig. 1, 4, 1 populus ei [*sc. principi*] et in eum omne suum imperium et potestatem -at). 4, 53 curam restituendi Capitolii in L. Vestinum. ann. 3, 71 sors Asiae in eum ... -lata. 6, 40 Blaesis sacerdotia ... convulsa distulerat, tunc ut vacua -lit in alios. 12, 4 PLIN. epist. 3, 2, 6. 7, 22, 1 in amicum meum tribunatum. paneg. 8, 6. SVET. Iul. 68 cum tenuiorum tutelam locupletiores in se -issent. CIC. Phil. 13, 9 honores in eum maximos. rep. 3, 27 ut ... omnes ad eum honores, omnia imperia, omnes opes, omnes undique copiae -antur. SEN. dial. 11, 5, 4 omnia illa quae in me indulgentissime -bat, pecuniam honores gratiam. ARNOB. nat. 7, 15 *deos* non gaudere honore -lato, non indignari ... non dato. CORP. VIII 2711 ob honorem flamoni perpetui in se -lati (4187. 4196. 4197 *al.*). 2350 honore ornamentorum. 9024 aedilitatis. *cf.* III 8203 cui ordo col(oniae) honores aedil(itatis) et decurio⟨n⟩atus -lit. IX 10, 18 (h)onore(m) sibi -latum a populo. VIII 4418 in se duumviratum. *adde*: ad *vel* in arbitrium conferre: CIC. epist. 1, 9, 24 id omne ad arbitrium tuum -emus (BRVT. Cic. epist. 11, 20, 1). VLP. dig. 18, 1, 7 pr. neque enim debet in arbitrium rei -rri, an sit obstrictus (29, 2, 13 pr. 31, 1, 1 *al.* 33, 1, 3, 4 quantitates pensionum in arbitrio heredis aut legatarii -lit). 30, 75 pr. in meram voluntatem heredis (*syn.* committere). *cf.* RHET. Her. 4, 19, 27 qui suas rationes omnes in casum contulerunt (int- *codd. praeter Hd; syn.* committere fortunae). **e** *diem constituere, aliquid differre*: CINC. Gell. 16, 4, 4 feriae denicales quae ... in eum diem -latae sint (CIC. leg. 2, 55 denicales in eos dies, ut). VARRO rust. 1, 18, 1 insitiones ficulnas ex verno tempore in aestivum -erunt. CIC. Catil. 1, 7 caedem optimatium in ante diem V Kal. Nov. Att. 6, 1, 24 quae omnia in mensem Martium. ad Q. fr. 3, 3 quidquid conficio aut cogito, in ambulationis tempus. epist. 9, 15, 5 in denos dies singulos sumptuariae legis dies -am. BRVT. Cic. epist. 11, 13, 3 in posterum diem iter suum -lit. CAES. Gall. 1, 40, 14 in longiorem diem. LIV. 27, 7, 5 Carthaginis expugnationem in hunc annum -li. PLIN. paneg. 61, 4 eundem in annum in quem tuum *consulatum* -isses (92, 2). GAIVS inst. 3, 100 ut in novissimum vitae tempus stipulatoris ... obligatio -atur. VLP. dig. 35, 1, 12 causa in praeteritum, poena in futurum -rtur. IAVOL. dig. 40, 7, 28, 1 legatum in tempus libertatis. PAVL. dig. 45, 1, 46, 1 quod in facto est, in mortis tempus -rri non potest. CIC. Verr. 6, 77 supplicia ... ad tuum, non ad rei publicae tempus (*syn.* reservare). PAPIN. dig. 12, 1, 37 cum ad praesens tempus condicio -rtur (VLP. dig. 28, 2, 3, 13 in praeteritum vel ad praesens).

B se conferre (*cf. p. 183, 38*): **1** *ire, proficisci, confugere: proprie et in imagine. additur*: ad *aliquem*, in *locum* (in *loco v. p. 183, 28*): PLAVT. Most. 931 nunc ego me illac per posticum ad congerrones -am. CAECIL. com. 235 istam in vicinitatem te meretriciam cur -isti? TER. Hec. 298 vix me illim abstraxi ... vixque huc -eram [me] (*om.* ς). TVRPIL. com. 212 me in colloquium horum. GRACCH. or. frg. Cic. de orat. 3, 214 quo me miser -am? quo vertam? (*cf.* LIV. 40, 10, 4 SEN. contr. 7, 1 (16), 7 CVRT. 6, 9, 21 QVINT. decl. 368 p. 405, 6 APVL. met. 5, 30). RHET. Her. 4, 51, 64 in diversorium derisi -unt sese. 4, 55, 68 in templum Iovis. CIC. *passim; ex. gr.* S. Rosc. 17 se ad eum lanistam. 27 ad Caeciliam. 94 me in gregem sicariorum. 106 in Chrysogoni fidem et clientelam (epist. 7, 17, 2 cum te ex adulescentia tua in amicitiam et fidem meam -isses. Q. CIC. pet. 40. SEN. dial. 10, 15, 2

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

se in horum *philosophorum* clientelam). Verr. 2,77 ad inimicos tuos. 5,38 quo (leg. agr. 2,84 Att. 2,31,3. epist. 6,20,2 loco ... ex quo te quocunque opus erit, facillime et expeditissime -as. *ibid.* se recipere). Manil. 175 in Falernum se ad L. Quinctium. Catil. 2,21 et ex urbe et ex agris se in illa castra. Flacc. 49 Romam (Scaur. 9. Pis. 89 Samothraciam te primum, post inde Thasum ... -isti. de orat. 3,213 Rhodum. rep. 2,34 Tarquinios in urbem Etruriae florentissimam. CAES. civ. 1,19,3 in oppidum Corfinium). Deiot. 13 domum (CAES. Gall. 6,8,7). prov. 38 ex hoc portu in illos fluctus. Phil. 2,53 ad arma Caesaris. de orat. 2,143 de turba et a subselliis in otium. *cf.* off. 1,151 ut saepe ex alto in portum, ex ipso portu se in agros possessionesque -lit *mercatura* (epist. 7,30,2 me in philosophiae portum). Att. 3,19,1 in Epirum ad te. 7,22,1 in navim. epist. 4,7,3 in Africam. 9,15,5 ad fungos me tuos -am. 11,29,2 totum te ad amicitiam meam (13,10,2 Brut. 281). 13,10,2 in societates publicorum. 13,29,4 ad hominem necessarium ... in Bithyniam. CATVLL. 68,132 lux mea se nostrum -lit in gremium. BELL. Alex. 40,4 in loca se superiora. BELL. Afr. 61,2 propius Caesaris castra. BELL. Hisp. 25,7 ad dimicandum in planitiem. OV. met. 15,743 huc se de Latia pinu Phoebeius anguis -lit. INSCR. Dessau 6753 Salassi incol(ae) qui initio se in colon(iam) con⟨t⟩(ulerunt). LIV. 9,28,4 eo se intra moenia ... -erant. 39,11,3 ad Aebutiam amitam. VITR. 5,1,4. PAVL. FEST. p. 80 exspatare in locum patentem se dare sive in spatium se -rre. COLVM. 9,15,6 in priorem partem domicilii et interdum extra vestibulum. SEN. dial. 6,22,6 in cubiculum se quasi gustaturus. LVCAN. 1,343 -et ... quo se post bella senectus? SVET. Aug. 2 *gens Octavia* ad plebem se -lit. 10 ad optimates. PAVL. dig. 4,55,1 in hostium numerum. SCHOL. Germ. Bas. p. 66,19 se in Hymetto monte -lit. *nota*: **a** a d *locum*: CAES. Gall. 1,26,1 alteri se ... in montem receperunt, alteri ad impedimenta et carros suos se -erunt. BELL. Afr. 18,5 se ad sua praesidia. 40,5 *al.* LIV. 38,56,9 a porta recta ad forum. **b** PLAVT. Bacch. 374 me continuo -li protinam in pedes (ENN. trag. 147 derepente -lit sese in pedes). CIC. Caecin. 22 eodem tempore se in fugam -unt una amici advocatique eius. epist. 9,26,1 me dormitum (SVET. Aug. 6). **c** *additur alterum obiectum*: CAES. Gall. 2,13,2 se suaque omnia in oppidum (3,28,2. 6,10,2 NEP. Them. 2,7). VELL. 2,26,1 Praeneste ... se exercitumque -lit. **d** *omittitur* se: SORAN. p. 46,6 placuit ut ad gynaecia triacontados -amus. GREG. TVR. Franc. 6,44 locustae de Carpitania ... ad aliam provinciam -erunt.

2 *se convertere ad aliquam rem (agendam), se dare*: CIC. de orat. 1,245 ad Hostilianas te actiones, non ad tuam vim et ad oratoriam facultatem. 2,57 ad historiam. 2,94 ad causas. 2,292 ad eam potissimum partem *causae*. 3,58 ad pilam se aut ad talos aut ad tesseras -unt ..., totos se alii ad poetas, alii ad geometras, alii ad musicos -erunt. 3,120 se ad universi generis vim explicandam -unt et convertunt. Arch. 4 ad scribendi studium (16. fin. 2,51 ad philosophiae studium. 2,86 ad hoc studium. off. 5,57 ad studia doctrinae. Tusc. 5,2). Sest. 88 ad cotidianam caedem ... se cum exercitu suo -lit. Planc. 47 haesitantem te ... ad communem ambitus causam -isti. Phil. 3,39 cumque legio Martia ... sese ad senatus auctoritatem populique R. libertatem -erit (4,5. 11,20. 24. ac. 2,9 ad unius se auctoritatem. epist. 10,28,3). nat. deor. 1,9 ad haec. Tusc. 4,6 ad eam disciplinam. ac. 1,34 totum se ad investigationem naturae. Lael. 86 ad rem publicam. Att. 2,23,3 totos nos ad forensem operam laboremque. epist. 11,7,2 ad salutem rei publicae defendendam. 13,15,2 ab Homeri magniloquentia ad vera praecepta Εὐριπίδου. PLANC. Cic. epist. 10,24,4 aversum illum ab hac cogitatione ad alia consilia se -isse. LIV. 42,53,2 ad audiendas legationes civitatium Macedoniae. SEN. suas. 7,10 non enim ad illa speciosa se -lit (*in declamatione*) ad quae Cestius. SEN. nat. 4 praef. 14 ad gratuita carmina deflexi me et ad salutare philosophiae -li studium. epist. 78,5 ad haec ergo remedia te -r. QVINT. inst. 10,1,108 se totum ad imitationem Graecorum. 12,2,8 ad eloquentiam. SVET. Tib. 15 ad quietem. gramm. 24 ad studia. FLOR. epit. 1,18,14 ad dolos. *etc.* OPTAT. 2,10 p. 46,11 ad solas dotes te -rre voluisti (*i. agere de*). *nota*: CIC. Phil. 12,7 se totos et animis et corporibus in salutem rei publicae -erunt. SEN. dial. 12(11),18,4 tota se in solacium tuum -at eloquentia. *c. dat.*: SCHOL. Hor. epist. 1,1,56 sapientiae se studio.

C *culpam sim. conferre, tribuere, crimini dare*: PLAVT. Amph. 788 ne posterius in me culpam -as (TER. Eun. 388). Truc. 829 in mutum. CIC. orat. 137 in adversarium (QVINT. inst. 9,1,43). Cato 14 sua vitia et suam culpam in senectutem. Att. 8,12,6. 9,2ª,1 in me omnem illorum temporum culpam. CAES. Gall. 4,27,4 eius rei culpam in multitudinem contulerunt (*β*, coniecerunt *α*). LIV. 26,33,2 tyranni in quos culpam -rrent. 29,3,2 *al.* 43,4,3 in duorum amentiam. TAC. hist. 2,27. 3,53. 3,70 SVET. Vit. 15. RHET. Her. 1,15,25 se defendit in matrem -ens crimen *Orestes*; ex remotione criminis causa constat, cum a nobis non crimen, sed culpam ipsam amovemus et vel in hominem transferimus vel in rem quampiam -imus ... in rem -rtur si quis. CIC. inv. 2,80 quod in eum criminis -atur (*ibid.* transferre. 2,82). Q. Rosc. 17 falsum crimen in purissimam ... vitam. *cf.* Verr. 2,41 quae in ipsum valebant crimine -lit in illum. Cael. 30. ASCON. Pis. p. 8 invidiam ergo et crimen restitutorum -rt in Pisonem. RHET. Her. 2,16,23 qui in necessitudinem causam -et (*i. affirmabit accusatorem necessario crimen fecisse*). 2,16,24 in fortunam. 2,17,26 cum ab nobis crimen removere volemus, aut in rem aut in hominem nostri peccati causam -emus. CIC. Verr. 2,83 huius circumsessionis tuae causam et culpam in alios. 2,149 in me causam -bat quod. 6,111 ne falsi quidem causa criminis. de orat. 3,228 in tempus. Att. 12,31,1 in filium. LIV. 5,11,6 noxii ambo alter in alterum causam -ant (*ibid.* increpare). 42,60,8 pro se quisque in Aetolos -bant causam. RHET. Her. 2,20,32 expositio vitiosa est, cum ... ad omnes -rtur id quod non necessario est omnibus adtributum. *ibid.* in omnes pauperes falso et iniuria -rri. CIC. S. Rosc. 38 quorum tu nihil in S. Roscium ... -isti. 100 suspicionem in Capitonem (Cluent. 55). 130 quae omnia si ... in patronum suum voluerit -rre, nihil egerit (Font. 18 omnia in M. Fonteium. har. resp. 34 in te unum omnia). Planc. 35 permulta in Plancium quae ab eo nunquam dicta sunt. *ibid.* aliorum non me digna in me -untur. Mil. 70 falso ista -rri in Milonem. Phil. 14,14 in aliquem credo hoc gladiatorem ... esse -latum, non in eum qui .... Flacc. 41 mortis illius invidiam in L. Flaccum. Sest. 40 in quos illa oratio tam improba -batur. de orat. 2,182 eadem in adversarios ex contrario. part. 28 contrariis rebus in adversarios -endis. *ibid.* si in nos aliquod odium offensiove collata (collocata *A*) sit. ad Q. fr. 1,3,8 ille versus qui in te erat -latus. epist. 3,10,6 in nos haec. 5,5,2 id ipsum verbum quod abs te aiunt falso in me solere -rri. 7,32,1 omnia omnium dicta ... in me. MAT. Cic. epist. 11,28,2. CAES. Gall. 1,40,10 suum timorem in rei frumentariae simulationem angustiasque itineris. QVINT. decl. 328 p. 289,25 filio meo si qua potero. VVLG. iud. 9,24 effusionem sanguinis eorum -rre in Abimelech (θεῖναι ἐπί).

III ***comminuere, consumere***, *rei vel hominis statu qualibet ratione mutato*: **A *caedendo***, *premendo, molendo*: Inscr. mél. d'arch. et d'hist. 10 p. 303 (Corp. I[2] n. 560) -e piscim. cofeci. Cato agr. 16 ligna -it ad fornacem (Liv. 26, 46, 6 caedendo -ctis ac distractis ... foribus. Colvm. 11, 2, 7). 64 *oleam* quam citissime -es. Varro rust. 1, 55, 6 Colvm. 11, 2, 95. 7, 1, 3 -endi frumenti ... labor. Plin. nat. 7, 191 frumenta ... molere et -ere in Attica *instituit Ceres*. Apvl. met. 9, 30 cum esset iam -ctum omne frumentum. Avg. civ. 6, 9 neque far -itur sine pilo. Edict. imp. Diocl. I 35 sinap⟨i⟩s -ctae. *adde de homine*: Plavt. Truc. 626 ego te hic offatim -am. *cf.* 613.

B *dentibus vel ore mandere*, ***comedere***, *consumere*: Gloss. confectum *δεδαπανημένον*. Plavt. Men. 469 -cto prandio vinoque expoto. Lvcil. 80 carnaria fartim ... -ret. 1091 -it ipse comestque. Cic. nat. deor. 2, 134 *dentes escas* -unt, qui genuini vocantur (Liv. 2, 32, 10 dentes -rent *cibum*. Plin. nat. 11, 160). 2, 125 -i *pisces* a ranis atque consumi. 2, 123 ut *araneolae*, si quid inhaeserit, -ant. epist. 9, 18, 3 pluris iam pavones -eci quam tu pullos columbinos. div. 2, 37 vis aliqua *cor* -et aut exedet. Colvm. 5, 6, 4 pecudes fortius iusta cibariorum -ent. 6, 2, 14 *boves* in *cibo* -endo lenti. Hier. epist. 14, 8 *clerici* Christi corpus sacro ore -unt. 146, 1 ad *presbyterorum* preces Christi corpus sanguisque -itur.

C *ventre* ***concoquere*:** Cic. nat. deor. 2, 137 -ctus iam coctusque *cibus* perlabitur. Tim. 18 -cti et consumpti cibi. Liv. 2, 32, 11 -cto cibo. Plin. nat. 11, 180. 201 *in ventre* -untur cibi. 26, 43 *alvus cibos* non -it. 30, 60 *homines* qui cibos non -ant. Hil. in Matth. 16, 2 *Ionas a ceto* non cibi condicione -ctus. Marcell. med. 20, 116 *aliquis* cibum melius -et. Anthim. praef. p. 7, 17 quando stomachus cibos crudos -ere non potuerit. 12 carnes ... non bene -untur *et saepius*. Cic. nat. deor. 2, 136 spiritu omnia cocta atque -cta. 2, 121 ad eum pastum capessendum -endumque. Colvm. 2, 14, 4 *asinus* bene -ctum atque idoneum protinus arvo fimum reddit. Scrib. Larg. 122 cibi ... exiguum, quod facile -atur. Plin. nat. 8, 72 *crocotas* devorata -entes ventre. 30, 63. Marcell. med. 28, 51 *ossifragus* omnia devorata citissime -it. *in imagine*: Qvint. inst. 10, 1, 19 lectio non cruda, sed multa iteratione mollita et velut -cta.

D ***debilitare***, *cruciare, enecare aliquem*: Gloss. *καταπονῶ*. confectus *κεκμηκώς* (*cf.* II 115, 41). *συντετριμμένος*. debilitatus vel male tractatus. finitus vel vulneratus. maceratus. confectum fatigatum. confectos maculatos (Cassian. inst. 11, 11 victoriis). confectum esse *κεκοπῶσθαι συντετελέσθαι*. Gramm. suppl. 265, 6 conficio i. excrucio vel punio. Non. p. 268 confectum defessum. **1** *formae activae*: Enn. ann. 395 quae me fortuna ... bello -ecit acerbo! Plavt. Pseud. 464 -et iam te hic verbis. Pacvv. trag. 276 aerumna corpus -it. Acc. trag. 564 -it animam vis volneris, ulceris aestus. Cic. fin. 1, 59 *maerores* exedunt animos -untque curis hominum. Tusc. 3, 26 impudens luctus maerore se -entis. 3, 27 aegritudo ... lacerat, exest animum planeque -it. 5, 117 *dolores* per se ipsi plerumque -unt hominem. Att. 3, 8, 2 meus me maeror cotidianus lacerat et -it. 11, 4, 2 me -it sollicitudo. 11, 15, 3. de orat. 1, 78 *nos* in foro ... res ipsa ante -ecit. epist. 9, 20, 1 quem (*virum*) tu es solitus promulside -ere. 14, 16 alia ... quae me ita -unt. Phil. 2, 6 *vitae cupiditas* me manens -ret angoribus (*cf.* off. 2, 2). Planc. Cic. epist. 10, 17, 2 *frater* illa valetudine magis -ere se ... posset. Verg. Aen. 11, 824 vulnus acerbum -it *me*. Liv. 5, 19, 11 sub terra continuus labor eosdem -ret. 22, 2, 7 vigiliae *Gallos* -bant (36, 23, 5). 42, 54, 3 oppidanos ... non vulnera modo, sed etiam vigiliae et continens labor -bat. Val. Max. 1, 7 ext. 4 *imago* Croesi regis animum maximo prius metu, deinde etiam dolore -ecit. Cels. 2, 1 *autumnus* alios novis morbis -it. Sen. benef. 3, 26, 1 *accusandi rabies* omni civili bello gravius togatam civitatem -ecit. nat. 6, 2, 5 scissura *unguiculi nos* -it. Plin. epist. 7, 19, 3 reliqua ... me ... non metu tantum, verum etiam dolore -unt. 8, 16, 1 -erunt me infirmitates meorum, mortes etiam. Apvl. met. 8, 30 *me* verberantes paene ad extremam -erant mortem. Arnob. nat. 7, 40 *lues* continua populum contage -ens. Hil. op. hist. frg. 2, 11 (*a. 347*) *cum alios* squalore et putore -rent. Vvlg. lev. 26, 16 *ardor* -at oculos vestros (*τὸν ἴκτερα σφακελίζοντα τοὺς ὀφθαλμούς*). Bachiar. repar. laps. 16 carnem tuam ... ieiunii disciplina -at, ut ... tenuetur.

2 *formae passivae*: Pacvv. trag. 128 animum aegritudine (-em *codd.*) in re crepera -i. Cic. Tusc. 3, 77. 80 *sapientem* excruciari luctuque -i. fin. 1, 60 -untur et angore et metu maximeque cruciantur. 2, 93. 5, 80 summis doloribus (Att. 3, 5 maximo dolore. epist. 6, 1, 1 *dolore* maxime te -i audio). off. 3, 29 si fame ipse *sapiens* -atur. orat. 33 *desiderio*. epist. 4, 13, 2 curis (Att. 11, 8, 1 quantis curis conficiar [afficiar *M*]). 14, 3, 1 maerore. 14, 3, 2 cum dolore -ar (-or *H*), tum etiam pudore. 14, 4, 1 lacrimis sic ut ferre non possim. Att. 1, 2, 46 *admonitionibus* adsidue. 13, 33, 4 te ... in via -i minime volo. *seq. acc. c. inf.* Att. 10, 18, 3 -or (*dolore*) venisse tempus. Caes. civ. 3, 92, 2 lassitudine. Cels. 2, 1 longa statura ... matura senectute -itur. Plin. nat. 2, 108 tempestatibus -i sidus. 32, 117 *cachectorum* corpus macie -itur. *sensu obscaeno*: Svet. Nero 29 *ut Nero,* cum affatim desaevisset, -retur (*i. constupraretur*) a Doryphoro liberto. *part. perf. pass.*: Enn. ann. 375 senio -ctus (Cic. Tusc. 3, 27 senio et aegritudine. Mil. 20 Val. Max. 5, 1 ext. 1. 7, 3, 6 senio -cta manus. Svet. Cal. 26 vilissimos senioque -ctos gladiatores. Clavd. 15, 446 Bachiar. repar. laps. 21 Drac. laud. dei 2, 626). Cic. Pis. 84 *comitem* summa senectute -ctum (fin. 5, 32. 52 Rab. perd. 21 off. 3, 100. Val. Max. 3, 2, 18 ultima senectute -ctum ... corpus. Cels. 1, 3. Vvlg. Ruth 1, 12 [*γεγήρακα*]. Avg. civ. 13, 15. 20). Catvll. 68, 119 -cto aetate parenti (Verg. Aen. 4, 599 Rvt. Lvp. 2, 6. Sall. Iug. 9, 4 morbo atque aetate). Lvcr. 3, 947 annis ... artus -ti languent. Sall. Iug. 11, 5 -ctum annis Micipsam (Colvm. 1, 8, 20 nec erit ulla *domini* aetas annis ita -cta, ut spernatur a servis). Verg. Aen. 11, 85 aevo -ctus Acoetes (Sacr. Leon. p. 323 mater ... sterilis aevoque -cta). Ov. met. 6, 37 mentis inops longaque (tardaque *N, fort. recte*) venis -cta senecta. Colvm. 2, 1, 2 terram sicut muliebrem sexum aetate anili iam -ctam. Lvcil. 639 doloribus -ctum corpus. Cic. Mur. 86 *hominis* cum corporis morbo tum animi dolore -cti. fin. 1, 41 aliquem -ctum tantis animi corporisque doloribus. Tusc. 5, 23 omnibus oppressum corpus et -ctum doloribus. Att. 11, 11, 1 -ctus iam cruciatu maximorum dolorum (Catvll. 65, 1 me adsiduo -ctum ... dolore. Hier. epist. 60, 1 *senes* intolerabili dolore -ctos). 3, 8, 4 me adflictum et -ctum luctu. Tusc. 3, 75. Ter. Andr. 304 *animus* cura -ctus stupet. Verg. Aen. 6, 520. Ov. Pont. 1, 1, 74 mea perpetuos curarum pectora morsus, fine quibus nullo -antur, habent (Ivst. 11, 13, 1 -ctum curis Alexandrum). Cvrt. 3, 11, 25 virgines non suo tantum, sed etiam *aviae* maerore -ctae. Vvlg. thren. 1, 13 posuit me desolatam, tota die maerore -ctam (*ὠδυνωμένην*). Val. Cem. hom. 15, 3 adflictis et maerore -ctis subvenias. Cic. Mur. 86 idem squalore et sordibus -ctus (Oros. hist. 3, 1, 23). Verg. Aen. 3, 590 macie ... suprema (Phaedr. 3, 7, 2 macie -ctus lupus. Plin. epist. 7, 27, 5 senex macie et squalore -ctus. Amm. 24, 8, 1. Vvlg. gen. 41, 3 *boves* -ctae ... macie [*λεπταὶ ταῖς σαρξί*]. Drac. laud. dei 3, 648). Sall. Iug. 65, 1 *Gauda* morbis -ctus (Phaedr. 1, 14, 5 *sutor* cum iaceret morbo -ctus gravi. Apvl. apol. 43 morbo comitiali). Sen. contr. 10, 5, 4 senex longa miseriarum tabe -ctus (Capitol. Opil. 12, 8 ad mortem cogebat longa tabe -ctos. Lampr. Alex. 48, 2 tantae con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scientiae tabe). HIER. epist. 74, 6 *nos* longa ... aegrotatione -cti. CIC. Verr. 6, 140 plagis -ctum ... civem (PLIN. nat. 8, 142 *canem* -ctum ... plagis. TAC. ann. 14, 35 -ctum verberibus corpus). off. 3, 29 *vir* frigore -atur. Tusc. 2, 41 *gladiatores* volneribus -cti. p. red. ad Quir. 15 me -ctum consularibus volneribus. CAES. Gall. 2, 23, 1 civ. 3, 9, 3 *et saepius.* SALL. Iug. 60, 7. LIV. 6, 3, 3 -cta ... paucitas oppidanorum opere, vigiliis, volneribus. 24, 26, 14. 31, 17, 11 volneribus ac lassitudine. VAL. MAX. 1, 7, 2. 4, 7, 2 CVRT. 4, 6, 25 ASCON. Mil. p. 33. CAES. civ. 3, 95, 3 *milites* lassitudine -cti. 3, 28, 4 *tirones* salo nauseaque -cti. 2, 39, 6 *equites* itinere totius noctis -cti. 3, 106, 2 reliqui volneribus ex proeliis et labore ac magnitudine itineris -cti (SEN. epist. 123, 1 itinere -ctus [confestus *BA*] incommodo magis quam longo. TAC. ann. 15, 17 pedes -ctus spatiis itinerum). 2, 41, 1 -cto iam labore exercitu. 2, 41, 3. 3, 97, 4. TIB. 1, 7, 39 magno -cta labore pectora. LIV. 5, 10, 9. 31, 46, 14 praesidium ... labore adsiduo, vigiliis diurnis pariter nocturnisque et vulneribus -ctum. 42, 33, 3 *al.* CIC. epist. 7, 26, 1 -ctus languore et fame (PLIN. nat. 8, 33 *elephanti* fame et maeroris tabe -cti. VVLG. deut. 25, 18 eras fame et labore -ctus [ἐπείνας καὶ ἐκοπίας]. AVG. civ. 22, 20). BELL. Afr. 53, 1 siti inopiaque -cti. SEN. benef. 5, 24, 2. TAC. hist. 3, 22 -ctum algore atque inedia hostem profligare. AMM. 31, 13, 7 Romanos ... inedia sitique -ctos. HIER. epist. 54, 16 viduam -ctam ieiuniis (22, 27). RVFIN. hist. mon. 16 p. 436B inedia miseriaque -cta *mulier.* SVLP. SEV. chron. 2, 44, 1 iniuria hiemis et inopia -ctis. CIC. Sest. 20 *hominem* vino, ganeis, lenociniis adulteriisque -ctum (Phil. 2, 6 vino lustrisque. SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 60). LIV. 23, 45, 2 *Poenos* vino et scortis omnibusque lustris per totam hiemem -ctos. PHAEDR. app. 7, 6 -ctus (*i. irritatus*) *Aesopus* pessimo volumine. COLVM. 1, 9, 2 boves non -cti vexatione simul operum verberumque. FRONTIN. strat. 2, 5, 25 Romanis ... statione ac pluvia ... inquietatis -ctisque. 2, 5, 4 multitudine telorum -cti (*i. vulnerati*) *elephanti.* STAT. silv. 3, 1, 41 *Herculem* -ctum thiasis. SER. SAMM. 258 causis ... -ctus agendis *Hortensius.* CYPR. GALL. iud. 405 *Iudaea* pressa duellis bis nonas hiemes traxit -cta periclis. MART. CAP. 2, 139 virgo ... exhausto pallore -cta. EVGRAPH. Ter. Ad. 229 p. 174, 40 si in ipso articulo quis aliquem teneat rigore -cto. *adde*: LIV. 22, 61, 9 proxumis censoribus adeo omnibus notis ignominiisque *eos* -ctos esse. *nota varios ablativos additos*: BELL. Alex. 23, 2 multitudinem ... -ctam taedio puellae, fiduciario regno, dominatione crudelissima Ganymedis.
de rebus: RVT. LVP. 2, 7 -ctis viribus. PLIN. nat. 18, 207 serenitate reddita -ctum sidus (*i. solem*) esse. VAL. FL. 6, 384 machina muri, quae scopulis trabibusque diu -ctaque flammis procubuit. PRVD. cath. 8, 54 spreto ... pastu sponte -ctos ... artus. SER. SAMM. 182 annosis -cta doloribus auris. *deest ablat. causae*: CIC. dom. 59 *filium* lacrimantem -ctumque vidit. Catil. 2, 24 gladiatori illi -cto et saucio. epist. 14, 4, 3 mulierem aegram et corpore et animo -ctam. Phil. 13, 17 quam abiectus, quam -ctus *Lepidus* esset. PRIAP. 28. LIV. 1, 23, 9 fessos -ctosque. RVT. LVP. 1, 21 haec me ... recogitatio prope -ctum confirmabat. HIL. in Matth. 5, 2 ieiuniorum profectum docet extra iactantiam -cti corporis esse oportere. trin. 10, 14 in emortuam sensus sui oblivionem mens sucis violentioribus occupata -itur. SVLP. SEV. epist. 2, 1 peccatorum recordatio tristem me -ctumque reddiderat. COD. Theod. 7, 1, 5 (*a. 364*) morbus et corporis valitudo -cta.

E ***perdere,*** *διαφθείρειν* (*cf.* RVFIN. hist. 4, 6, 1): **1** *animantia interficere, pessum dare*: *cf.* DON. Ter. Eun. 926 proprie *conficere* convenit gladiatoribus, qui gravissimis vulneribus occubuerunt. NON. p. 268 confectum dicitur occisum, exanimatum.
formae activae: AFRAN. com. 371 homo mulierosus -ecit (confert *codd.*) me ilico alio. VARRO rust. 1, 20, 1 ne in opere firmior *quadripes* inbecilliorem -at. CIC. Font. 36 qui nationem Allobrogum ... suis iterum armis -at atque opprimat. Verr. 6, 151 (*syn. concidere*). nat. deor. 1, 101 ibes maximam vim serpentium -unt. inv. 2, 111. LVCR. 4, 639 serpens ... sese mandendo -it ipsa. SALL. epist. Pomp. 1 quem ... fame, miserruma omnium morte, -istis (*cf.* AMPEL. 14, 7 *Pausanias* fame -ctus est). NEP. Alc. 10, 4 ut incendio *Alcibiadem* -rent. LIV. 5, 10, 6 ut plebis partem militia, partem tributo -rent. 6, 13, 5 iusta caede -ere hostem. 25, 26, 11 *ut* aegri validos cum metu tum tabe ac pestifero odore corporum -rent. VAL. MAX. 6, 3, 5. CELS. 2, 10 prioris febris accessio paene -ecit *aegrum.* SEN. dial. 5, 19, 5 *Caligula patres* dimissis per domos centurionibus -ecit. 5, 30, 4 divum Iulium plures amici -erunt quam inimici. nat. 6, 28, 2. MELA 1, 114 *feminae* quos laqueis intercepere trahendo -unt. LVCAN. 6, 131 pavor attonitos -erat hostes. PLIN. nat. 15, 91 *scorpio* genitores superne -at. 8, 18 (*absolute*: PLIN. nat. 11, 86 *scorpiones* graviore supplicio lenta per triduum morte -unt). PS. QVINT. decl. 13, 19 *apes* pestiferis succis exquisita per fraudem morte *aliquis* -ecit? FRONTIN. strat. 2, 5, 41 *Melanthus* aversum *Xanthum* uno ictu -ecit. 4, 2, 9. 4, 7, 32. TAC. ann. 1, 6 quem ... centurio aegre -ecit. SVET. Dom. 19 feras (TERT. nat. 2, 14 LAMPR. Comm. 13, 3). Claud. 21. Cal. 58 ceteri vulneribus triginta -erunt *Caligulam.* Tit. 5 propugnatores totidem sagittarum -ecit ictibus. FLOR. epit. 3, 1, 8 Massivam inmisso percussore -ecit. 3, 7, 5 ut veneno se plerique *captivi* -rent. APVL. met. 4, 3 me ... caedendo -issent. 4, 18 ianitorem ipsum gladio -it. TERT. mart. 4 qui se gladio -erint animo suo ducti. PROB. Verg. georg. 3, 113 *Centauri* tauros telis -rent (*syn. paulo infra* figere). ITALA iud. 5, 26 (Lugd.) *Iael* -ecit Sisara (ἐσφυροκόπησε Σισάρα, VVLG. percussit Sisaram). PORPH. Hor. carm. 1, 2, 24 Romani se ipsi -erunt. PANEG. 5, 17. LAMPR. Comm. 9, 6 sagittis. HIL. c. Const. 7 conclusos ... fame debilitas, hieme -is. in psalm. 67, 4 peccatores morte -ere. AVSON. 466, 2 *Vlixes* plerosque vino saucios *procos* ... -it. AMM. 25, 4, 10 hostem ictu. 31, 10, 19 sagittarum pulsibus bestias. COD. Theod. 9, 16, 5 (*a. 357*) malis artibus inimicos. 9, 16, 11 (*a. 389*) inimicum ... consilio atrociore -erit. VAL. CEM. hom. 18, 2 si singulos in quaestione positos poena -erit. CARM. epigr. 98, 6 quam ... Fata -unt malo. 984, 4 (CORP. IX 5041, *saec. I.*) ut quoi (*puero*) octauom ingrediens sidera -rent (*Buecheler ad l. requirit*: ut quem octavum ingredientem annum sidera -erint). *nota*: ITALA iud. 5, 26 (Lugd.) *Iael* -ecit caput *Sisarae* (διήλωσε κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ ἐπάταξεν, VVLG. perforans). *formae passivae*: *additur a quo vel qua re*: PLAVT. Truc. 892 istum ... -ctum fallaciis. CIC. har. resp. 42 *ut* civitas, si cadet, a viro tamen -cta videatur. 2 a gravissimo viro ... -ctus ac trucidatus. Catil. 1, 26 quibus (*sc. fame, frigore, inopia*) te brevi tempore -ctum esse. p. red. in sen. 7 *corpus* volneratum ferro -ctumque. har. resp. 39 corpus tenuissima de causa saepe -itur. Sest. 53 scelere consulum rem publicam esse -ctam. Att. 11, 9, 1 lege etiam sim -ctus et oppressus. BRVT. Cic. epist. 11, 10, 4 ut *Antonius* inopia potius quam ferro -retur. HIRT. Gall. 8, 19, 7. SALL. Iug. 50, 1 ne siti -retur exercitus. LIV. 10, 35, 11. SEN. contr. 1, 7, 9 adulter uno ictu breviter -ctus est. SEN. Herc. f. 1160 nati cruenta caede -cti iacent. Oed. 1045 *mater* scelere -cta est meo. dial. 10, 3, 6. MELA 3, 82 *serpentes* ab avibus ... pugna ... -i. PLIN. nat. 9, 92 *polypus* aegre ... multis tridentibus -i potuit. 8, 156 *hostem* ab equo ... ictibus morsuque -ctum (*esse*). PS. QVINT. decl. 4, 22 -ctum magnis vulneribus cadaver. TAC. ann. 14, 5 Acerronia ... navalibus telis -itur. 14, 8 multis vulneribus. SVET. Vit. 17 *Vitellius* minutissimis ictibus excarnificatus atque -ctus est. TERT. nat. 2, 14 *Aesculapium* ignis ex (et *A*) divini vi -ctum. ARNOB. nat. 7, 11 *homines* incendiis, naufragiis et ruinis mergi, obrui, -i. FIRM. math. 1, 7, 21 *animus* morbi continuatione -ctus. 1, 7, 22 valitudinis acerbitate -ctus. HIL. in Matth. 24, 8 *prophetae* vario poenarum genere -cti sunt. *deest abl. instr.*: CIC. Sull. 33 quinque hominibus comprehensis atque confectis (confessis *codd.*). Sest. 79 quem cum ... extremo spiritu exsanguem et -ctum viderent. LENT. Cic. epist. 12, 14, 4 -ctum esse iam et (iam -ctum esset et *HD*) oppressum Dolabellam. HIRT. Gall. 8, 23, 5 (*incerta lectio*). BELL. Alex. 53, 3 LIV. 1, 25, 10. 3, 70, 6. 6, 8, 7 -enda multitudo tanta fesso militi erat. 26, 6, 1 *al.* MON. Ancyr. 4, 42 -cta sunt bestiarum circiter tria millia (SVET. Claud. 21 Dom. 19. SYMM. epist. 6, 43 -cti sunt *crocodilli*). PLIN. nat. 9, 91. SIL. 17, 649 -cta mole Gigantum. PANEG. 10, 17 nisi ... quos ipse affeceras -endos filio reservasses. COD. Theod. 9, 45, 5 (*a. 432*) illum -i (configi COD. Iust. 1, 12, 4) in concertatione pugnaque.

2 *res delere, extinguere, absumere*: NON. p. 268 frangere. PLAVT. Capt. 673 opes -isti omnes, res ac rationes meas. TER. Phorm. 839 me -ere credant argentum suom (NON. p. 269). Trin. 408 *argentum* confit cito. CIC. Flacc. 90 patrimonium satis lautum. div. 2, 117 quae vetustas est, quae vim divinam -ere possit? Marcell. 11 nihil est ... opere et manu factum, quod non -at et consumat vetustas. Sull. 76 vi (*i. morbo*) -cta et eiecta. LVCR. 1, 238 res omnis eadem vis causaque volgo -ret. 2, 1002 sic interemit mors res ut materiai corpora -at. 1, 906 ignes -re⟨n⟩t volgo silvas. 1, 535 *umore, frigore, igni* omnia -untur. LIV. 1 praef. 4 populi vires se ipsae -unt (TAC. dial. 40 donec *civitas* se partibus et ... discordiis -ecit). VITR. 7, 11, 1 *aeris et harenae* rebus (*i. proprietatibus*) per ignis vehementiam -ctis. SVET. Cal. 1 *cor* tinctum veneno igne -i (PLIN. nat. 11, 187 cremari). APVL. met. 10, 28 delicata ac tenera praecordia -it protinus virus infestum. ITALA I Cor. 6, 13 (Tert. pudic. 16) cibi ventri, et venter cibis, deus et hunc et illos -it (καταργήσει, VVLG. destruet). LACT. inst. 3, 4, 10 se ipsa philosophia consumit et -it. 3, 4, 2 *philosophia* suis armis ... -cta. HIL. trin. 5, 28 ut praesentium impietatem futurae sitis ac famis poena -at.

3 *accedit ad notionem vincendi, subigendi*: LIV. 2, 40, 13 fortuna populi Romani duos hostium exercitus haud minus pernicioso quam pertinaci certamine -ecit. FLOR. epit. 3, 5, 22 *Pompeius regem* uno proelio -ecit. CYPR. GALL. iud. 440 *hostes* caede cruenta -ens. EVTR. 2, 9, 3 consules contra Samnites missi ingentibus proeliis eos -ecere.
CIC. Att. 4, 18, 5 -cta Britannia. Manil. 28 qui ... pluris provincias -ecit quam alii concupiverunt. BELL. Alex. 42, 2 erat provincia ... finitimo bello ac dissensionibus -cta et vastata. LIV. 26, 21, 2. 27, 5, 3. 28, 24, 7 si debellatum iam et -cta provincia esset. 40, 35, 13 facilius est provinciam ingenio ferocem, rebellatricem -isse *al.*

part. praes. act. **cōnficiēns,** -tis. *absolute positum (pro 'efficiens') v. p. 201, 11.* CIC. part. 94 -ens ... causa alia est absoluta (soluta *pE*) et perfecta per se. *cum genetivo iunctum*: CIC. fin. 5, 81 haec cum corporis bona sint, eorum -entia certe in bonis numerabis. *pro adiectivo*: CIC. Flacc. 44 cum civitate mihi res est acerrima et conficientissima litterarum (*i. quae diligentissime omnia acta perscribit*).

syn.: *ad I*: facere, perficere, efficere; comparare (CIC. inv. 1, 5). finire, terminare, absolvere. perpolire (CIC. de orat. 2, 121), expedire

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Cic. Brut. 154), agere (Cic. epist. 6,21,1). *ad II*: colligere, cogere. conciliare. *ad III*: consumere (Cic. Tim. 18 nat. deor. 2,125), comedere, exedere (Cic. fin. 1,59 Tusc. 3,27). dissipare (Cic. Flacc. 90). concoquere. debilitare. cruciare (Cic. fin. 1,60 Lact. inst. 3,8,34), excruciare (Cic. Tusc. 3,80), lacerare (Cic. Att. 3,8,2), laniare (Ps. Qvint. decl. 12,1), opprimere (Cic. Tusc. 5,23 Font. 36), perdere (Cic. Verr. 6,134). interficere, occidere, concidere, delere, vastare (Bell. Alex. 42,2). excarnificare, exstinguere. vincere.

deriv.: confectio, confectito, confector, confectura, confectus. *Hoppe.*

cōnfictio, -ōnis *f. a* confingere. Gloss. σύνθεσις. σύμπλασις. *dolosa excogitatio*: Cic. S. Rosc. 35 criminis -em accusator suscepit. Cael. Avr. acut. 1,11,81 erit -is argumentatio adhibenda. *i. q. formatio*: Avg. civ. 7,24 crepitus cymbalorum, -o leonum (*in sacris Magnae Matris*). Avell. p. 238,3 qui ... plasmatus est et -em (*gr.* σύστασιν) in muliebri accepit ventre. *dub.* Tert. nat. 1,11 professus interim con⟨fessi⟩onem temporalem (con⟨ficti⟩onem *Hartel*). Aqvila rhet. 3 προσωποποιία est personae -o. 4 ἠθοποιία moralis -o.

cōnficto, -āre. Varro ling. 7,107 Naevius ... in Technico (com. 93) confictant (*Turnebus*, conficiant *Γ*) a conficto convenire dictum.

cōnfictor, -ōris *m. a* confingere. Pavl. Nol. epist. 21,4 Manichaeus, veri creatoris negator et falsi -r. Avg. civ. 4,26 merito displicuit viro gravi divinorum criminum poeta -r *Homerus.*

cōnfictūra, -ae *f. a* confingere. Tert. idol. 8 *artium* species quae sine exorbitatione disciplinae id est sine idoli confictura spem victus praestent.

? **cōnfida** dubitator Gloss. IV 322,3. V 543,24. 594,55. dubitator confida IV 334,6 (confidit indubitanter committit *Löwe*). *L.*

⁎**cōnfideiussor**, -ōris *m. a* con *et* fideiussor. *qui simul cum alio fideiussit*: Vlp. dig. 46,1,10 pr. si dubitet creditor, an fideiussores solvendo sint, et unus ab eo electus paratus sit offerre cautionem, ut suo periculo -es conveniantur, in parte dico audiendum eum esse, ita tamen, et si satisdationes offerat et omnes -es, qui idonei esse dicuntur, praesto sint. *cf.* Pompon. dig. 46,1,43 Afric. dig. 46,1,21,1 *etc.*

cōnfidēlis, -e *a* con *et* fidelis. *eiusdem fidei*: Cassiod. hist. 9,3 confidelium suorum numerum gubernavit.

cōnfīdentia, -ae *f.; cf. c.* confido, confidens. Gloss. πεποίθησις. θάρσος. παρρησία. confidentiae: audaciae. V 183,5 -a in malis rebus esse solet, fiducia in bonis (Non. p. 443 Mar. Victorin. rhet. 2,54 p. 302 Serv. Aen. 1,132 Philarg. georg. 4,445 Isid. diff. 1,217 Diff. ed. Beck p. 58,24 Diff. gramm. suppl. 287,26). Non. p. 262 -a est fiducia ... temeritas, audacia. *primum legitur apud* Naev. *et* Plavt., *deest apud* Caes. Hirt. *poetas praeter scaenicos.*

1 *in malam partem*: *nimia audacia, superbia, impudentia*: Naev. com. 88 (Charis. *v.* rursus) qua pro -a rusus (usus *codd.*) verbum cum eo fuerim facere (*fort.* ausus *vel tale quid supplendum*). Plavt. Capt. 523 nec -ae usquam hospitium est nec deverticulum dolis. 805 in ventrem sumpsit -am (812). Mil. 189 os habet linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam, -am, confirmitatem, fraudulentiam. 229 tu unus sid recipere hoc ad te dicis, confidentiast nos inimicos profligare posse. Persa 39 qua -a rogare tu a med argentum tantum audes, impudens Rud. 645 quis homo est tanta -a, qui sacerdotem violare audet. Caecil. com. 246 tanta -a estis? aufertin superbiam? Cato or. frg. 1,2 nequeo desinere mirari eorum audaciam atque -am. Ter. Andr. 876 o ingentem -am (*cf.* Don. *ad l.* Schol. Ter. p. 92,32). Eun. 839. Pacvv. trag. 36 ferocem et torvam -am. 47 atrocem coerce -am. Acc. trag. 15 iram infrenes, obstes animis, reprimas -am. Rhet. Her. 2,5,8 quae signa -ae, non innocentiae sunt. Cic. Caecin. 2 quasi vero ... idem possit in iudicio improbitas, quod in vi -a. Flacc. 10 iam videte, quo voltu, qua -a dicant. Phil. 2,104 causam ... -ae et temeritatis tuae. Att. 9,13,4 Bell. Alex. 52,4. Rvt. Lvp. 1,16 -am ostentabat. 1,21 incredibili -a armatus. 2,18. Petron. 107 vide ne deteriorem facias -a causam. Qvint. inst. 11,3,160 perfricare faciem et quasi improbam facere, tendere -a vultum. 12,5,2 vitia -ae, temeritatis, improbitatis, arrogantiae. decl. 343 p. 355,13. Tac. ann. 6,24 huc -ae venisse, ut. Svet. Cal. 51 diversissima in eodem vitia, summam -am et contra nimium metum. Gell. 16,6,5 indocti hominis -am demiratus. Herm. Pal. sim. 9,22,3 audacia et -a inanis. Itin. Alex. 53 iuvenilis -a. Paneg. 4,2 tanta me aut neglegentia aut -a tenet. 9,1. 12,30 non illud -a, sed amentia; non temeritas sed necessitas erat. Amm. 14,11,2 antequam effundendis rebus incumberet -a. 16,12,2 -am caput altius adtollentem. 20,5,4 dispersa gentium -a. 22,12,6. 26,2,4. 27,3,2. 29,2,9 praecipiti -a. Vvlg. Ier. 2,37 obtrivit Dominus -am tuam. Ezech. 29,16. 30,9. Soph. 2,15 civitas gloriosa, habitans in -a (κατοικοῦσα ἐπ᾽ ἐλπίδι). Epit. Alex. 3 Alexander ... eius -am admiratus. *nota*: Ivl. Val. 2,26 ad hanc -am dicti (*fere i. q. audax responsio*). *c. gen. obi.*: Min. Fel. 25,3 quid ipsa sceleris -a turpius? Itin. Alex. 13 ardentior fit audacia e -a praeiudicii. Hil. in Matth. 19,6 *dives adolescens* in eo quod bona sua vendere et dare pauperibus iubetur, -am legis relinquere admonetur (*fere i. q. nimis secura fiducia quod legem recte observavisse sibi videbatur. cf. p. 210,24*). 20,9 -a privilegii sui. Amm. 21,13,13 levium -a proeliorum ut vecors elatus.

2 *in bonam partem*: **a** *fidentia, fiducia*: Naev. trag. 4 excidit orationis omnis -a. Enn. trag. 23 nemo est tam firmo ingenio et tanta -a. Plavt. Amph. 1054 neque ullast -a iam in corde quin amiserim. Pseud. 763 -a est inimicos meos me posse perdere. Persa 231 at -ā illa militia militatur multo magis quam pondere. Caecil. com. 247 si am adhibes, confide omnia. Pacvv. trag. 174 par fortitudo, gemina -a. Qvadrig. hist. 8 simul forma factis eloquentia dignitate acrimonia -a pariter praecellebat. Cic. rep. 3,42 duas sibi res, quo minus in vulgus et in foro diceret, -am (Non. p. 262 *i. q.* constantia) et vocem defuisse. Cael. Cic. epist. 8,8,9 -am attulerunt hominibus. Apvl. apol. 2,5 audacia ... -ae fit abundantiā. Treb. Valer. 6,9 Itala Eph. 6,19 (Mar. Victorin. in Eph. 6,19, Vvlg. fiducia). Veg. mil. 1,8 -am militarem. 3,18. 4,18. Ambr. hex. 6,5,33 omnium perturbant -am. Isaac 4,37 hortatur ad -am, ut. in Luc. 2,70 -am ... habemus in (Rvfin. hist. 5,18,8 Pavl. Med. adv. Cael. 5 Vvlg. Phil. 3,4; ad: Hier. in Eph. 6,20 p. 682). Hier. epist. 96,12. Vvlg. II Cor. 1,15 et hac -a (πεποιθήσει) volui prius venire ad vos. 10,2 Eph. 3,12. Hebr. 10,35 amittere -am. Rvfin. hist. 4,15,25 -a simul et laetitia replebatur. Ps. Avg. serm. 237,1 magna credentibus oritur -a. Bachiar. repar. laps. 18 Naaman Syrus, virtus -ae contemptorque formidinis. Sidon. epist. 4,23,2 libera -am meam. *c. gen. obi.*: Apvl. Plat. 1,2 carminum -a elatus. Itin. Alex. 10 hac belli fortuna in -am consequentium eruditus. Novell. Valent. 9,1 roboris -a. Hil. in Matth. 5,12 fidei ... -am (Maximin. c. Ambr. 139). trin. 10,61 commendatio spiritus commendantis -a est. in psalm. 54,2 naturae ... eius -am. Amm. 22,15,16 *crocodilus* diebus humi versatur -a cutis. Avg. c. Iul. 3,21,42 divinae opitulationis. Cod. Theod. 3,16,1 (*a. 331*) sui -a. Cassiod. var. 11,8,9 sub dei -a iusta promittere. *cum praep.* in: Vvlg. II Cor. 8,22 -a multa in vos (πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς). *nota iocose dictum*: Plavt. Asin. 547 scapularum -a, virtute ulmorum freti (Non. p. 262 duritia, patientia). **b** *fere i. q. constantia* (*cf. l. 9*): Gell. 1,19,8 Tarquinius ... eam constantiam -amque non insuper habendam intellegit. Amm. 29,5,36 hac inopina sequendi -a territus. Itin. Alex. 31 Spartani ... custodiri mandantur suspecti simplicis -ae. **c** *i. q. confessio fidei*: Cod. Theod. 16,5,37 (*a. 400*) catholicae -ae stabilita constantia.

syn. et iuxta posita: audacia, temeritas; arrogantia, impudentia, superbia. fidentia, fiducia, constantia. *opp.* nimius metus.

cōnfīdentiloquus, -a, -um. *qui confidenter loquitur.* Plavt. Trin. 201 nihil est profecto stultius neque stolidius neque mendaciloquius ... neque confidentiloquius neque peiurius.

⁎**cōnfīdo**, -fīsus sum, -ere. *a* con *et* fidere. Gloss. πέποιθα, θαρρῶ, καταπιστεύω; meliora sperare. *legitur primum apud* Plavt., *raro apud poetas praeter scaen.*: Verg. *ter* (fido 15^{ies}), Tib. *bis*, Prop. *semel*, Phaedr. *semel* (fido *semel*), Lvcan. *quater* (fido *quater*), Val. Fl. *bis* (fido 6^{ies}), Mart. *semel*, Ivv. *bis* (fido *semel*); *saepius apud* Ov. (9^{ies}), Sil. (7^{ies}), Stat. (6^{ies}). *deest apud* Catvll. Hor. (*adi.* confidens sat. 1,7,7; fido 8^{ies}), Gratt., Manil. (fido *ter*), Pers. *forma perf.* confiderunt *traditur* Liv. 44,13,7, *sed* -rent *edd.* *deponens* confideretur Avg. civ. 17,7 *cf. p. 208,21*; *pass.* confiditur Avg. civ. 12,14 *cf. p. 208,33.*

fidere, fidem habere, credere, sperare: **a** *absolute*: Plavt. Merc. 856 eundem ex -ente actutum diffidentem denuo (*facis, cf.* 855). Rhet. Her. 2,4,7 utrum diffidendum an -endum fuerit. Cic. Cluent. 156 sicuti vestra aequitate nixi -imus. Mil. 78 quem ad modum -o. Phil. 6,14 quia non -bant. or. frg. A XIV 9 animose confidens. inv. 1,25 sine causa -ere. de orat. 3,229 recte -is (*sic Bake*, vides *codd., plerique edd.*). ac. 2,36 ut ... -ant, notum eis esse debebit insigne veri. Tusc. 1,78 nihil nimis oportet -ere. 3,14 discrepat ... a timendo -ere. 4,66 cavere, -ere, providere decet, timere non decet. off. 1,73 ne aut temere desperet propter ignaviam aut nimis -at propter cupiditatem. Att. 9,3,2 ille -bat et eo magis, quod. 10,8,2 ut -ere videtur. ad Q. fr. 2,14,2 ut -am, faciunt (epist. 12,18,1). epist. 3,9,2 quod et tu -is et ego opto (4,13,6). 6,14,1 quid sperem aut -am et exploratum habeam. 13,6,4 ut -o (15,10,1. Sidon. epist. 3,1,3 ut -imus). 13,17,3 quantum scribens -bam. Sall. Iug. 13,9 ubi legati satis -unt. Carm. epigr. 68,12 (Corp. I 1019 = VI 30105) nihil timeo nec -o: moriundum scio. Liv. 4,32,6 satis -ere. 21,4,4 neque milites alio duce plus -ere aut audere. Qvint. inst. 9,1,23 quapropter in dicendo irasci, dolere, misereri, timere, -ere, contemnere non sunt figurae. decl. 280 p. 144,8 haec, si -rem: illud vero ad metus pertinet. Itin. Alex. 6 Alexander ... constans excipere, qui -ret. Amm. 16,4,1 ideo -entes, quod ... didicerant. Vvlg. prov. 14,16 stultus transilit et -it (ἑαυτῷ πεποιθώς). Sirach 32,2 curam illorum habe et sic -e. II Macc. 15,7 Machabaeus ... semper -bat. Matth. 9,2 -e, fili, remittuntur tibi peccata tua. 9,22 -e (θάρσει), filia, fides tua te salvam fecit. Marc. 6,50 -ite, ego sum, nolite timere. Ioh. 16,33 sed -ite, ego vici mundum. Hebr. 13,18 -imus enim, quia bonam conscientiam habemus. Svlp. Sev. epist. 2,8 ut spero, credo et -o.

b *coniungitur cum dat. et abl.*: **1** *cum dat.*: Serv. Aen. 1,452 fido et -o dativum regit. Rhet. Her. 1,5,8 veritati eos -ere aperiemus. Cic. Cluent. 63 eum certe potius *corrupisse*, qui sibi alia ratione diffideret, quam eum, qui omni ratione -ret. Flacc. 5 cur sibi -at is qui ... curavit? har. resp. 35 hoc et tu

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tibi -is magis et nos prope iure diffidimus. Q. Rosc. 11 alter causae -it, alter diffidit (Verr. 3, 69 Cluent. 10 Sest. 135 Mil. 61 inv. 1, 22 fin. 1, 31 *al.*). Verr. 4, 155 malitiae suae. Phil. 5, 1 constantiae (Att. 16, 16, 5). Phil. 10, 1 virtuti (Bell. Alex. 61, 1 Liv. 3, 67, 5 Tac. ann. 14, 36 Vvlg. Sirach 16, 8). rep. 3, 23 sibi -it. leg. 1, 10 vacationi. fin. 3, 29 vitae (Ov. epist. 16, 173). ac. 2, 36 Lael. 17, 30. Att. 1, 9, 2 arcae nostrae. 12, 18, 3 de sorte mea Sulpicio -o et Egnatio. 16, 9 aetati. 16, 16, 15 quod parum -am aut liberalitati tuae aut nostrae amicitiae. epist. 6, 6, 4 divinationi. 6, 18, 3. 15, 21, 3. 16, 24, 1 diligentiae tuae. Planc. Cic. epist. 10, 18, 3. Brvt. Cic. ad Brut. 1, 16, 6. Q. Cic. pet. 35 quantum cuique -as. Caes. Gall. 7, 33, 1 sibi (civ. 3, 7, 2. 3, 10, 7). 1, 40, 15 legioni (1, 42, 5). civ. 2, 40, 1 partem, cui maxime -bat (civ. 3, 94, 5). Bell. Afric. 19, 3. 60, 4. Verg. Aen. 5, 849 mene huic -ere monstro. Ov. ars 2, 143 figurae (met. 10, 69. Lvcan. 10, 82 formae). Liv. 21, 19, 10 nequis fidei Romanae aut societati -at (39, 51, 4 fidei regum). 22, 18, 9 fortunae (Cvrt. 7, 11, 27. 3, 13, 4 felicitati. 7, 7, 28). Liv. 40, 12, 15 meae tantum apud eos gratiae (Tac. ann. 1, 81 gratiae aut meritis. Cvrt. 4, 10, 16 Graecorum erga se benevolentiae). Rvt. Lvp. 2, 17 cum alicui rei vehementer -imus. Vitr. 6 praef. 2 pecuniae. Sen. contr. exc. 8, 6 Cels. 5, 26, 23 Sen. dial. 9, 14, 2. epist. 4, 7 tranquillitati. 72, 7 Cvrt. 7, 9, 1. 8, 2, 24 turbae. Lvcan. 5, 554 ardea sublimis pinnae -isa natanti. Sil. 9, 342 linguae. 17, 335 vobis. Stat. Theb. 5, 292 Lyaeo. Tac. hist. 1, 14 militi. 4, 34 victoriae. Plin. epist. 9, 29, 1 nulli satis -isus. Fronto p. 214 N. parum amicitiae. Hil. c. Const. 27 audi humanae spei -entem securitatem. Avson. 257, 7 Galba senex, frustra socio -isus inerti. Evstath. Bas. hex. 6, 10 p. 933^{B} temporali potentiae. 8, 6 p. 852^{A} pullos ... iam volatui -entes. 2 *c. abl.* (*aliqua re*): Qvadrig. hist. 10^{b} animo magis quam arte -isus (Cic. Tusc. 5, 8). Cic. Q. Rosc. 2 copia et facultate. Cluent. 1 altera mihi niti et magno opere -ere videbatur invidia iam inveterata. Tusc. 5, 40 aut corporis firmitate aut fortunae stabilitate. Pomp. Cic. Att. 8, 12d, 1 voluntate. Cic. Att. 8, 13, 2. 13, 29, 3 repraesentatione. Lent. Cic. epist. 12, 14, 4 nulla alia -isus urbe. 12, 15, 2 auctoritate vestra. Caes. Gall. 3, 9, 3 natura loci (Hirt. Gall. 8, 15, 1). 3, 27, 2 anni tempore. 7, 50, 1 cum ... hostes loco et numero, nostri virtute -rent (civ. 3, 24, 1 Bell. Alex. 13, 6 Bell. Afr. 79, 1 Veg. mil. 3, 26 Amm. 16, 12, 9. 23, 6, 83 equitatus virtute. Clavd. carm. min. 25, 133). Caes. Gall. 7, 68, 3 equitatu qua maxime parte exercitus -bant (civ. 3, 24, 1). civ. 1, 42, 3 munitione (civ. 3, 80, 3. Vitr. 2, 9, 15 naturali -e). 1, 58, 1 celeritate navium et scientia gubernatorum. 1, 75, 3 castrorum propinquitate. 3, 83, 1 adfinitate (Amm. 27, 9, 2). Hirt. Gall. 8, 3, 3 privatis hospitiis -isi aut societate (Svlp. Sev. chron. 1, 42, 3 societate regis). Bell. Alex. 10, 5 locorum notitia (gnaritate: Amm. 27, 10, 9. 30, 1, 12). 43, 1 virtute et scientia sua -isus. 45, 1 sua classe. Bell. Afr. 1, 5 animoque et spe. 15, 2 suorum multitudine. 49, 1 magnitudine copiarum. Ov. epist. 9, 99 pedibus formaque bimembri. met. 13, 240 socio semper -it Vlixe. Liv. 28, 42, 12 -isi Carthaginienses consensu Africae. Vitr. 7 praef. 17 magna scientia. Sen. epist. 75, 9 bono suo frui, nondum -ere. Lvcan. 4, 406 bellaci -isus gente. 4, 668 robore (Stat. Theb. 12, 743 Lact. opif. 4, 19). Sil. 16, 405 primaevae flore iuventae. Plin. paneg. 68 patientia nostra. Flor. epit. 3, 16, 1 consulatu suo. Gell. 17, 19, 3 lingua. Apvl. apol. 87 magia. Paneg. 5, 1 maiestatis tuae recordatione (Lact. inst. 5, 20, 9 maiestate). Arnob. nat. 1, 48 scientiae veritate (Lact. inst. 3, 14, 17 philosophiae veritate). Amm. 14, 2, 9 vigore corporum ac levitate. 22, 15, 8 textu librorum. 29, 5, 7 proeliorum stabilitate *al.* Hier. epist. 126, 1 stulta persuasione. Vvlg. iud. 20, 22 fortitudine et numero. Is. 36, 4 fiducia, qua -is. Clavd. carm. min. 49, 10 sorte. Avg. civ. 7, 26 vera religione. 22, 11 elementorum ordinem, quo -unt. Inscr. christ. Rossi II p. 150, n. 21, 1 Iosaphat sola -ens laude Tonantis. 3 *utrum dat. sit an ablativus, dubium in his*: Plavt. Capt. 536 quia rebus -am meis. Merc. 363 nec qui rebus meis -am, mi ulla spes ... certast. Pseud. 1204 nugis. Lvcil. 1010 neminis ingenio tantum -ere oportet. Acc. trag. 84 ut tam obstinato animo -isus tuo. Varro ling. 9, 81 ab tressibus virilia multitudinis 'hi tresses' et 'his tressibus -o', singulare 'hoc tressis habeo' et 'hoc tressis -o' (*i. minimi habeo. cf. Marx ad* Lvcil. 1153). Rhet. Her. 4, 45, 58 fortunis. Cic. Verr. 1, 15 his rebus. *ibid.* eorum praesidio (Caes. civ. 1, 42, 3. Hirt. Gall. 8, 19, 5 cohortium. Clavd. rapt. Pros. 3, 229). Flacc. 97 imperitae multitudinis iudicio (ad Q. fr. 3, 1, 15 his iudiciis). Planc. 55. Phil. 2, 46 gladiis. 10, 10. de orat. 3, 228 omnibus istis laudibus. ac. 2, 29 iis. 2, 80 testibus. Tusc. 5, 40 suis bonis (Sen. Phaedr. 774 bono fragili). Att. 7, 8, 4 rei publicae copiis (Caes. civ. 3, 109, 2 copiae nequaquam erant tantae, ut eis ... -ret. Veg. mil. 3, 26 pedestribus copiis). Pomp. Cic. Att. 8, 12c, 4 legionibus. 9, 5, 3 optimatibus vero tuis nihil -o. Cic. epist. 7, 3, 2 militibus (Caes. civ. 3, 74, 3 Liv. 2, 45, 4). 11, 24, 1 exercitibus. Caes. Gall. 1, 53, 2 viribus (Ivv. 10, 11 Tac. hist. 4, 33 ann. 12, 33. Ivst. 3, 2, 3 propriis viribus). 3, 25, 1 auxiliaresque, quibus ... non multum ... -bat. 5, 17, 3 subsidio. 6, 14, 4 litteris (Vitr. 1, 1, 2). civ. 1, 12, 3 voluntatibus. 2, 4, 4 inusitatis atque incognitis rebus. 2, 5, 5 ut ... vel domesticis opibus vel externis auxiliis de salute urbis -rent (opibus: Sall. Iug. 83, 1 Apvl. met. 9, 36 Svlp. Sev. chron. 1, 40, 1). 3, 10, 9 armis (Ivst. 1, 10, 19 Vvlg. II Macc. 8, 18). Sall. Catil 16, 4 amicis sociisque. 52, 28 dis inmortalibus (Fronto p. 90, 7 N. divis. Sil. 12, 686). Iug. 112, 2 Mario. Verg. Aen. 1, 452 salutem sperare ausus et adflictis melius -ere rebus (*cf.* Serv. *ad l.*). 5, 870 pelago sereno (Sen. Ag. 682 pelago tranquillo. Sil. 3, 153). Tib. 2, 1, 21 plenis ... agris. Prop. 1, 11, 9 remis -isa minutis. Ov. am. 3, 9, 39 carminibus. fast. 3, 569 hospitio regis. Liv. 4, 42, 4 auxilio. 6, 22, 9. Vitr. 2 praef. 1 naturae muneribus. 7 praef. 10 auctoribus. 10, 2, 11 non -isus carris, ne rotae devorarentur. Sen. Med. 221 regnis (Val. Fl. 1, 176. 6, 625). Thy. 615 nemo -at nimium secundis (nat. 3 praef. 7 Porph. Hor. carm. 2, 10, 21. Clavd. 5, 440 elatis). benef. 6, 31, 1 caducis (Sil. 14, 90 fluxis). Colvm. 10, 55 tuto necdum -isus Olympo. Ascon. Mil. p. 32 bonorum studiis. Mart. 2, 47, 3 -is natibus? Ivv. 12, 58 dolato ligno. Plin. epist. 9, 13, 11 quid praesentibus -is, incertus futurorum. Svet. Iul. 86 senatus consulto. Tib. 19 -ens ... ostento sibi a maioribus suis in omni ducatu expertissimo. Apvl. apol. 46. Priscill. tract. 10, 126 deo (Lact. inst. 5, 13, 14 Svlp. Sev. chron. 1, 50, 5). Amm. 16, 7, 8 aetatis nostrae testimonio locupleti -isus. 18, 3, 4 hoc indicio *sim.* Vvlg. Phil. 1, 14 -entes (πεποιθότες τοῖς) vinculis meis. Clavd. 17, 71 hic -it aquis, hic procreat omnia flammis. rapt. Pros. 1, 142 ingenio loci *al.*

nota: *coniungitur c. accus. pronominis*: Caecil. com. 247 si confidentiam adhibes, -e omnia. Vvlg. Phil. 1, 6 -ens hoc ipsum (πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο), quia. Avg. civ. 17, 7 cum id -retur Saul et veniam precaretur. *cf. p. 207, 66. ex Graeca consuetudine fluxisse videtur*: Stat. Theb. 2, 573 Theron terrigenas -isus avos (*gr.* εὐχόμενος; *cf.* Schol. Stat. p. 125, 21 qui gloriaretur avos se promeruisse terrigenas).

c *cum praepositionibus*: de: Apvl. Plat. 2, 20 de animae inmortalitate. Tert. fug. 10 de tutela Domini. Vlp. dig. 1, 3, 34 de consuetudine provinciae. Hil. in Matth. 31, 4 de se. Lvcif. de non parc. 23 p. 259, 18 de infatigabili pietate (Leo M. serm. 41, 2). Hier. epist. 22, 12 de sanguinis propinquitate. Vvlg. II Thess. 3, 4 -imus de vobis in Domino (ἐν κυρίῳ ἐφ' ὑμᾶς). Hebr. 6, 9. Pavl. Nol. epist. 51, 3 de animorum vestrorum piissima affectatione. Avg. adult. coniug. 2, 13, 13 de viribus (epist. 276, 1). civ. 12, 14 quo modo enim vera beatitudo est, de cuius numquam aeternitate -itur. 21, 27 de hac oratione. c. Iul. 5, 3, 9 de sua virtute (Avell. p. 481, 2). Pavl. Med. bened. 6, 1 de ... velocitate et fortitudine. Evtych. Leo M. epist. 21, 1 de mea in Dominum ... spe et fide. Avell. p. 72, 2 de praesumptis per vim parietibus. Greg. Tvr. glor. mart. 5 de Domini misericordia (Caes. Arel. testam. l. 65). Bened. reg. 68 de adiutorio Dei *et saepius apud scriptores recentiores.* in *c. abl.* (*gr.* ἐπί, ἐν): Itala deut. 32, 37 (Lugd.) in quibus -bant in ipsis (ἐφ' οἷς ἐπεποίθεσαν ἐπ' αὐτοῖς, Vvlg. in quibus habebant fiduciam). Hil. in Matth. 19, 5 in lege. Lvcif. non conv. 2 p. 6, 24 idololatriam, in qua -bat. Dares 7 in deorum benignitate. Ambr. serm. 24, 6 qui -unt in phylacteriis et characteribus. Hier. in Ezech. 21, 18 p. 249 in ... fortitudine (c. Pelag. 2, 27 Salv. gub. 7, 45). epist. 52, 5 in praeterita castitate. Vvlg. II par. 16, 12 in medicorum arte. Iudith 4, 13 in virtute (psalm. 48, 7 I Macc. 10, 71 Avg. corrept. 1, 2 epist. 155, 9. 157, 29 Prosp. epist. 2, 20). psalm. 24, 2 *et* 56, 2 in te (ἐπὶ σοί). 117, 8 in Domino (*saepe apud script. eccl. ut etiam* in Deo). 117, 8 in homine. *al.* Is. 36, 9 in Aegypto. 59, 4 in nihilo (Lib. iubil. 20, 8). Ier. 7, 4 in verbis mendacii. *al.* Am. 6, 1 in monte Samariae. II Cor. 2, 3 in omnibus vobis (ἐπὶ πάντας ὑμᾶς). 7, 16 in omnibus -o in vobis (ἐν παντὶ θαρρῶ ἐν ὑμῖν). 10, 1 in vobis (εἰς). Gal. 5, 10 in vobis in Domino (εἰς ὑμᾶς ἐν κυρίῳ). Cassiod. hist. 9, 19 in antiquis expositionibus.

in *c. acc.* (ἐπί, εἰς): Itala iud. 8, 11 (Lugd.) et percussit castra, castra autem erant, in quas -bant (καὶ ἐπάταξεν παρεμβολήν, καὶ ἡ παρεμβολὴ ἦν πεποιθυῖα, *rectius* Vvlg. percussit castra hostium, qui securi erant et nihil adversi suspicabantur). psalm. 2, 13 (Aug. epist. 153, 7) in eum (Vvlg. in eo). Lvcif. Athan. 1, 35 p. 127, 17 ab eo, in quem solum -endum esse atque sperandum docens dicit David. Vvlg. IV reg. 18, 21 omnibus, qui -unt in se (ἐπ' αὐτόν). sap. 16, 24 in te (εἰς σέ). Avg. gen. ad litt. 11, 8 p. 341, 14 in Deum (Apring. in apoc. 3, 2). c. Cresc. 3, 9, 9 in hominem. epist. 656, 33 in eum. Pass. coron. 1 in fidem. 4 in quem (*Iesum Christum*) -imus. super: Itala deut. 28, 52 (Lugd.) -bas super ipsos (ἐπ' αὐτοῖς, Vvlg. in quibus habebas fiduciam). Tert. scorp. 7 super summos autem muros -isa dicit. Vvlg. Is. 31, 1 et non sunt -isi super sanctum Israel (ἐπὶ τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ). 36, 6 -is super baculum harundineum (ἐπὶ τήν).

d *c. inf. vel acc. c. inf., plerumque futuri* (*i. q. sperare, expectare*), *praes. et perf. inde a* Cic. (*i. q. pro certo habere*): Plavt. Amph. 935 -o fore. Aul. 687 istuc -o ⟨a⟩ fratre me impetrassere. Capt. 167 illum -o domum in his diebus me reconciliassere. 171 hoc illum me mutare -o pote (fore *codd.*). 575. 696 Cist. 73. Curc. 143 -o parasitum hodie adventurum. Merc. 746 nos -o onustos redituros domum. Mil. 941 -o confuturum. Persa 286. 456 proventurum bene -o mihi. 627 Poen. 1165 Rud. 633. Stich. 454 -o quam potis, me meum obtenturum regem. Trin. 460. Ter. Ad. 826 ut -am fore. Haut. 160 salvom adfuturum esse hic -o propediem (*cf.* Evgraph. Ter. Haut. 160 -o: fiduciam gero). Rhet. Her. 3, 15, 27 verum nec hoc -isus sum posse fieri, ut. Cic. *saepe ex. gr.* Verr. 1, 10 se -at aliquid proficere posse. 3, 105 effugere te posse -is. 3, 108 omnibus improbitatem perspicuam esse -o. 4, 144 non ... quo vobis magis hoc persuadeatur, quam iam persuasum esse -o. 6, 177 ego mei rationem iam officii -o esse omnibus iniquissimis meis persolutam. Cluent. 152. 194 cuius ego furorem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

atque crudelitatem deos . . . aspernatos esse -o. Catil. 1, 8 cum te Praeneste . . . occupaturum . . . esse -res. Arch. 32 ea -o probata esse omnibus. Balb. 62 animos certe -imus . . . humanitate vestra esse placatos. Rab. Post. 45 quos aequissimos esse -imus. Deiot. 41 *regnum* posteris etiam suis tradituros se esse -unt. Phil. 14, 34. de orat. 1, 19 se id, quod expetunt, consequi posse -ant. 2, 232 aut recta esse -amus aut prava intellegamus. 2, 364 similiter se unquam dicturum esse. orat. 76 frg. inc. I 5. fin. 2, 86 quis . . . -it semper sibi illud stabile et firmum permansurum. ac. 2, 18 ut plane -as perceptum id cognitumque esse. Tusc. 2, 3 se imitari posse. 3, 38 qui praesentibus voluptatibus frueretur -retque se fruiturum. nat. 3, 9 esse id perspicuum. off. 3, 5 haec te assidue audire atque accipere. Att. 1, 10, 2 magno opere -o illum fore in officio. 1, 10, 5 de fratre -o ita esse, ut semper volui. 1, 17, 2 -bam ac mihi persuaseram fore (epist. 13, 7, 3). 9, 11, 2 et illum in ea sententia esse -bat et se auctorem fore pollicebatur. 15, 6 quem adhuc bonum fuisse sciebant neque eum -bant fore. epist. 7, 14, 2 nosque a te amari cum volumus tum etiam -imus. CAEL. Cic. epist. 8, 13, 1 celeriter sublatum iri. CIC. epist. 11, 8, 1 sperant atque -unt, . . . regno te rem publicam liberaturum. 12, 19, 1 quod ita fore -o fretus . . . prudentia tua. epist. frg. V 11 (Non. p. 371, 7) tu si meam fidem praestiteris, quod -o te esse facturum. Q. CIC. pet. 19 haec tibi omnia parata esse debebant, sicuti parata esse -o. LVCR. 5, 390 siccare prius -unt omnia posse, quam. CAES. Cic. Att. 9, 6ᵃ me celeriter ad urbem venturum. Gall. 1, 23, 3 intercludi posse. 2, 30, 4 turrim . . . sese conlocare posse -rent. 3, 9, 5. 4, 30, 2 neminem . . . in Britanniam transiturum -bant. 5, 27, 4. 7, 80, 4 suos pugna superiores esse. civ. 1, 26, 4. 1, 43, 2 se interclusurum adversarios -bat. hoc sperans . . . 2, 31, 5 quae . . . aut omnino falsa aut certe minora opinione esse -o. 2, 31, 8 magnaque ex parte iam me una vobiscum de re iudicium facturum -o *al.* BELL. Alex. 17, 2 urbem . . . temptari posse. 18, 3 pares esse. SALL. Catil. 17, 7 facile apud illos principem se fore. Iug. 26, 1 inviolatos sese fore. NEP. Milt. 1, 1 ut non iam solum de eo bene sperare, sed etiam -ere cives possent sui, talem eum futurum, qualem cognitum iudicarunt. TIB. 1, 9, 45 stulte -isus amari. OV. met. 9, 256 meum laetabile factum dis fore -o. trist. 3, 3, 79 quos ego -o . . . daturos nomen. LIV. 1, 41, 5 -ere propediem ipsum eos visuros. 6, 15, 4. 34, 60, 5 magno opere -ere et Carthaginienses ad rebellandum ab se conpelli posse. 44, 13, 7 nocte † moenia modo, sed agros etiam -rent (-runt *V*, -re *Scioppius*) se a populationibus tueri posse. 44, 22, 13 qui . . . suadere se mihi . . . -at. 45, 5, 8 innoxium se . . . argui *al.* VELL. 1, 17, 5 quas esse veras -am. VAL. MAX. 3, 7, 11 se superiorem esse. 3, 8 praef se aliquid ordine ac recte mente complexum -it. PHAEDR. 1, 18, 6 illo posse -o loco malum finiri. SEN. clem. 2, 2, 1 futurum hoc, Caesar, ex magna parte sperare et -ere licet. SIL. 13, 176 -isum nullo comitante irrumpere tectis. QVINT. inst. 5, 12, 17 sedes non me quidem omnes ostendisse -o, plurimas tamen. PLIN. epist. 3, 15, 3 -o tamen non sic auribus duci, ut. 3, 18, 10 -o in hoc genere materiae laetioris stili constare rationem. 7, 16, 3 spero, immo -o facile me impetraturum *al.* SVET. Iul. 29. Otho 10 sine bello rem transigi posse. FRONTO p. 91, 29 N. -o salubriter sponte provenisse alvum tibi. p. 94, 8 N. 153, 11 N. TERT. anim. 25 infantem et vivere -atis et ludere. ieiun. 3 orat. 1. test. anim. 1 nam et quod relatum est, neque omnes sciunt neque, qui sciunt, constare -unt. PANEG. 7, 23 me -o placuisse. PS. HIL. libell. 9 ut his solis beatitudinem habere -ant. PRISCILL. tract. 2, 54 aliquid probare de nobis -o. AMM. 25, 9, 2 adfuturam Iustitiam dimicaturis. HIER. in Is. 15, 1 p. 185 quia sibi -bat in muris, insidiis eam et cuniculis fuisse superatam. VVLG. II Macc. 9, 27 -o (πέπεισμαι) enim eum moleste . . . acturum. Rom. 2, 19 -is (πέποιθας) te ipsum esse ducem caecorum. II Cor. 10, 7 si quis -it sibi Christi se esse. AVG. civ. 7, 32 quae . . . et impleta credimus et impleri cernimus et implenda -imus. 21, 15 nec quisquam se debet ab isto ad illum transisse -ere. SVLP. SEV. dial. 2, 2, 4 nihil illi impossibile -isus. CORP. X † 4494 (*a. 489*) -imus . . . te vivere semper.

c *sequitur enuntiatum*: ut: PLIN. epist. 2, 5, 7 sicut veremur, ne . . . probetur, ita videmur posse -ere, ut universitatem omnibus varietas ipsa commendet. quod: AMM. 30, 8, 1 -isi, quod nec metu nec adulandi foeditate constricta posteritas incorrupta praeteritorum solet esse spectatrix. SVLP. SEV. Mart. 16, 4 -o, quod per te reddenda sit sanitati. AVELL. p. 473, 11 -imus in domino nostro Iesu Christo, quod. SIDON. epist. 1, 1, 3 -o, quod . . . consequetur causa victoriam. ALC. AVIT. epist. 50 p. 79, 13 -o de misericordia dei nostri, quod etiam mihi . . . praestabit. COD. Iust. 10, 44, 4 pr. eos . . . -ere volumus, quod posteritas eorum . . . huiusmodi fortuna libera manebit. CARM. c. pag. 64 hinc tua -isus possent quod facta latere. VITA Caes. Arel. 2, 46 -o . . . in domino, quod. quia: PELAG. in Rom. 8 p. 686ᴮ.

synonyma: audeo, credo, expecto, nitor, opto, mihi persuasi, spero. *opposita*: diffido, despero, metuo, timeo.

derivata: confidentia, confidentiloquus, confisio.

2 *de aliis rebus, praecipue incorporeis*: PLAVT. Asin. 314 quo cruciatus -ant. Epid. 528 cui multa in unum locum -ont quae meum pectus pulsant simul. VARRO ling. 10, 50 ut haec . . . in duo obliquos discedunt casus, sic contra multa ab duobus capitibus recti, casuum -unt in obliquum unum. CIC. inv. 1, 5 hinc ad ipsos . . . dignitas -it. Planc. 84 ut ad nos pleraeque (*causae*) -ant. LVCR. 6, 1260 nec minimam partem ex agris maeroris in urbem -xit. SEN. epist. 45, 9 ad quem pecunia magna -xit. TAC. ann. 15, 44 per urbem quo cuncta undique atrocia aut pudenda -unt celebranturque. SVET. Tib. 10 tot prosperis -entibus. APVL. met. 9, 14 omnia prorsus ut in quandam caenosam latrinam in eius animum flagitia -erant. GAIVS dig. 46, 2, 34, 2 cum utriusque obligatio in huius personam . . . -at. PANEG. 11, 10 illinc ad universos fluere divitias, quo prius undique -bant. ARNOB. nat. 6, 4 ad eam (*audientiam numinum*) voces regionibus ex distantibus -ant. IVST. 7, 6, 4 bella, quae . . . multarum gentium ex diversis locis uno tempore -bant. AVIEN. Arat. 1868 si c<on>fluxere reperta. DICT. 4, 8 -entibus tot adversis. PS. RVFIN. in Ioel 1, 2 si quid simile a parentibus accepistis, quale in praesentem -xit aetatem. LEO M. epist. 39, 1 -entibus in recordationem omnibus causis. CLAVD. MAM. epist. p. 205, 22 multiplex in te a maioribus profecta tuis doctrina -xit. SIDON. epist. 3, 3, 2 undique gentium -isse studia litterarum. BOETH. cons. 5, 1, 47 ex obviis sibi et -entibus causis. 5, 1, 53 concurrere vero et -ere causas facit ordo. APRING. 21, 12 inscripta patriarcharum nomina, hoc est fidem veterum -isse demonstrat. CASSIOD. var. 5, 4, 2 illuc vota -unt supplicantum. VEN. FORT. 1, 16, 55 quae (*gaudia*) -unt post tristia.

b *i. q. corruere*: GLOSS. IV 46, 4 conruere. CORIPP. Ioh. 3, 255 equus . . . -it et dominum vasto sub pondere frangit. **c** *i. q. contrahi*: CLAVD. carm. min. 32, 15 *deus* qui non spatiis terrae non aequoris unda nec capitur caelo, parvos -xit in artus. **d** *i. q. colliquescere*: CAEL. AVR. acut. 1, 17, 180 ex hac corporis purgatione sive liquidarum detractione materiarum corpus -ere manifestum est. **e** *i. q. affluere, abundare*: FVLG. aet. mund. p. 159, 4 quamvis prudentiā -at (affluat *S*) *Salomon*.

B *transitive*: *i. q. confluendo efficere*: AVG. serm. ed. Mai 75, 5 sic oculi (*caeci*) nascebantur, sic ex intimo pectore consurgentes orbes suos in facie fulgidi -erunt.

syn.: concurrere, coire, colligi, confundi, congregari, convenire (AMM. 16, 3, 1). *opp.*: dilabi, discedere, dispergi.

part. subst. ×**cōnfluēns**, -tis *et* **cōnfluentēs**, -ium *m. cf. nom. propr. locus, ubi duo fluvii confluunt*: LIV. 1, 27, 4 ubi Anienem transiit, ad -es collocat castra. 4, 17, 12 ad -es consedit. PLIN. nat. 3, 449 incipit a -e supra dicto. 6, 126 est etiamnum oppidum Mesopotamiae in ripa Tigris circa -es, quod vocant Digbam. 6, 138 Charax oppidum . . . habitatur in colle manu facto inter -es, dextra Tigrim, laeva Eubaeum. CORP. IX 5959 censor designat viam Claudiam novam a forulis ad -is. XIII 1036 ad aram quae est ad -em. *saepius*. XIII 1042. 1043. 1044. 1045. *cum genetivo*: CAES. Gall. 4, 15, 2 cum ad -em Mosae (Mosellae *Cluverius*, et Rheni *add. codd. edd., del. Bergk*) pervenissent. PLIN. nat. 6, 63 ad -em Jomanis amnis et Gangis. 6, 122 in -e Euphratis. 6, 145 in -e Euphratis et Tigris. TAC. hist. 2, 40 -es Padi et Aduae fluminum, sedecim inde milium spatio distantes, petebant. IVST. 32, 3, 8 manus quaedam in -e Danuvii et Savi consedit. LIV. perioch. 139 ara ad -em Araris et Rhodani dedicata. CORP. XIII 1674 ad aram ad -es Araris et Rhodani *saepius*. *cf. p. 242, 76.*

cōnfluvium, -ī *n.* [*a* confluere, confluus. *Th.*]. *locus in quem aliquid confluit*: VARRO Men. 532 ad quam rem nobis est -m, ad quam rem urnarium? AETNA 121 apta necesse est -a (*H*, cum fluvia *St*, cum fluvio *C*) errantes arcessant undique venas. 327 donec *spiritus* -o veluti siphonibus actus exilit.

cōnfluus, -a, -um [*a* confluere. *Th.*]. PRVD. cath. 5, 76 sed confusa dehinc unda revolvitur in semet revolans gurgite -o (refluo *v. l.*). CYPR. GALL. iud. 609 cultorum -a turba. PAVL. NOL. carm. 18, 113 totis ergo quibus stipatur -a turbis *urbs Nola* currit in ob-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sequium populos effusa fideles. VEN. FORT. carm. 10, 9, 47 qua se duo flumina -a iungunt.

cōnfluxio, -ōnis *f.* *a* confluere. SORAN. p. 26, 20 quid est spargesis post partum? lactis ad mamillas -o cum tensione et gravedine, dolore etiam et fervore. CASSIOD. hist. 4, 37 p. 983^D omnium malorum immensa -o. ISID. ord. creat. 9, 11 ut ... *aves* aliae ex montium -e ... conditae sint.

cōnfluxus, -ū *m.* *a* confluere. CASSIAN. conl. 12, 9 urinae collectio, cum vesicae capacitatem ... indesinenti confluxu interni umoris oppleverit.

cōnfodio, -ōdī -ssum, -ere. *a* con *et* fodere. *legitur inde a* PLAVTO. *deest apud* CIC.

1 *terram pala fodere*: **a** *in re rustica*: GLOSS. κατορύσσω, κατασκάπτω. PLAVT. Aul. 243 quid crepuit quasi ferrum modo? hic apud me hortum -ere iussi. Rud. 100 luto usust multo, multam terram -e. CATO agr. 91 locum ubi facies -ito. 129 -atur minute terra. SISENNA hist. 18 loca palustria ... et alte multifariam -ssa (COLVM. arb. 29, 1 locum alte et aequaliter -ere). VARRO rust. 1, 18, 2 satis esse ad iugera VIII hominem unum: ea debere eum -ere diebus XLV. COLVM. 2, 19, 1 area ... primum radatur, deinde -atur. 4, 5 novella vineta -ere. PLIN. nat. 17, 142 has quoque omnibus annis -i iubent. 17, 188 vineam ter anno -i (*ibid.*). FRONTIN. strat. 1, 5, 11 simplicibus fossis circa omnia tentoria datis tota castra -it. PAPYR. Genav. 1 II B 2 exit ad hormos -endos. **b** *de hominum sepultura*: CORP. XIII 5708, 21. 22 si quis alius aliave unquam in iis pomariis ... combustus sepultusve -ssusve conditusve consitusve propiusve iis pomariis erit.

2 *aliquem armis transverberare*: **a** *proprie*: GLOSS. contrucidatus, vulneratus. SALL. Catil. 28, 1 de improviso domi suae inparatum -ere. 60, 6 ibique pugnans -itur. NEP. Pel. 5, 4 coniectu telorum -ssus concidit. VERG. Aen. 9, 443 super exanimum sese proiecit amicum -ssus. OV. am. 2, 9, 8 Haemonius quem cuspide perculit, heros -ssum medica postmodo iuvit ope. met. 5, 176 trepidum Perseus ... Cyllenide -it harpe. LIV. 3, 70, 7 totum equitatum fudere, magnam vim ex equis praecipitavere, ipsos equos spiculis -ere. 24, 7, 5 ut ... -retur aliquot ... vulneribus (SEN. benef. 3, 19, 2. 5, 3, 3 CVRT. 5, 13, 16. 8, 14, 34 PETRON. 26. 124, 260 MART. epigr. 13, 1 VOPISC. Car. 1, 4 IVST. 11, 15, 5 MARCELL. chron. II p. 101, 29 SERM. Corp. Vind. 21. serm. 13 p. 275, 5 multiplici vulnerum varietate -ssus). LIV. 31, 37, 10 ab hostibus ad casum regis concitatis -ssus perit. 35, 35, 18 iacentem equites -unt. MANIL. 5, 608 -ssis subsedit belua membris. VELL. 2, 22, 3 gladiis militum ... -ssus est (VVLG. Ier. 18, 21 Ezech. 23, 47, κατακέντει. CORIPP. Ioh. 1, 35). VAL. MAX. 1, 7, 8 retiari se manu -i vidit. 3, 2, 12 latus Crassi sica -it (SVET. Cal. 32). 9, 11, 4 urbem ... repetentem ... pugione -it (SPART. Car. 7, 2). PHAEDR. 1, 21, 7 infestis tauris mox -it cornibus hostile corpus. SEN. Tro. 559 hostilibus -ssa telis pectus (*cf.* SIL. 10, 454 -ssus pectora telis). dial. 3, 2, 2 alium ira in cubili suo -it. 9, 11, 5 eo magis convulneraberis et -ieris, quia nescis praebere iugulum. 11, 3, 1 *veterani* -ssi; *opp.* tirones leviter saucii. clem. 1, 15, 1 Trichonem ... populus graphiis in foro -it (SVET. Cal. 28). CVRT. 3, 11, 11 *equi* -ssi hastis. 4, 16, 23 plures eodem telo -it. 5, 13, 25 iumenta -ssa ... esse. 6, 5, 17 plerosque -it. 7, 1, 9 lanceis. 7, 2, 27. 8, 11, 15 *Alexander* -ssus (*sc. telis*) undique obruitur. 8, 14, 16. 8, 14, 40 telis undique obruitur -ssoque (compositoque *codd.*) eo in vehiculum Porus inponitur. 9, 5, 17 tribus iaculis. LVCAN. 3, 744 iugulum ... senilem -am. PLIN. nat. 8, 20. 32, 4 suis telis -ssus est. VAL. FL. 6, 419. SIL. 6, 16 -sso corpore. FRONTIN. strat. 2, 5, 33. PS. FRONTIN. strat. 4, 5, 5 TAC. hist. 1, 46. 3, 23. 56. 74. 84. 4, 34. SVET. Iul. 81. 82 tribus et viginti plagis -ssus est. Aug. 27. 51. 91 lectica eius quasi ibi cubans remansisset concursu hostium -ssa atque lacerata est. Cal. 59 gladio. Claud. 26 -i manibus ipsorum. 29. Tit. 6. FLOR. epit. 1, 26, 7. 3, 21, 16 senatum -ere, consules trucidare. 4, 7, 14 uni comitum suorum -endum praebuit latus. AMPEL. 27, 1 *Coriolanus* ab exercitu suo -ssus est. TERT. anim. 33 iugulo utroque (uteroque *Hartel*, latereque *Reifferscheid*) -ssis costisque transfixis. ANTH. 396, 3 SOL. 1, 104 LAMPR. Alex. 61, 6 *al.* AMM. 16, 12, 56 telorum varietate. 18, 5, 7 nostrorum copiis ingenti strage -ssis (*cf.* IORD. Get. 212 Attilam non nisi magna clade -ssum [confusum *vel* confessum *nonnulli codd.*] bella confugere). 19, 2, 15 mucronibus (HIER. epist. 60, 15. 94, 2 *v. p. 246, 6*). 23, 5, 8 multiplici telorum iactu. 24, 5, 2 venatoriis lanceis et missilium multitudine. 26, 8, 10 vastatoria manu -ssus (confusus *V*). 27, 1, 5 telo letali -ssus (*Eyssenhardt*, confusus *V*, confixus *GA*). 27, 10, 10 Germanos ... levi negotio -urus. 28, 6, 23. CHIRON 313 hi autem alienati vermibus -ssi. VVLG. exod. 19, 13 lapidibus opprimetur aut -etur (κατατοξευθήσεται) iaculis. II reg. 2, 22 ne compellar -ere (πατάξω) te in terram. 18, 11 quare non -isti (ἐπάταξας) eum cum terra. Iudith 16, 7 tradidit eum in manus feminae et -it (ἠθέτησεν) eum. AVG. civ. 17, 17 manibus pedibus confixis et clavorum transverberatione -ssis. SVLP. SEV. dial. 2, 9, 1 quae *vacca* ... multos (*homines*) noxie petulca -erat. BACHIAR. repar. laps. 8. MARCELL. chron. II p. 86, 4 Attila ... mulieris manu cultroque -itur. 90, 4 dolo. 94, 17 ferro.
b *in imagine*: PANEG. 11, 5 cervicem fortitudinis indignis -ere vulneribus, eruere oculos providentiae. OPTAT. 6, 3 p. 149, 17 Paulus apostolus, cui ... -ssus peccatorum vulneribus populus commendatus est. AMBR. in psalm. 35, 6 quia iniustus sibi delinquat, sibi generet vulnera, se ipse -at. HIER. in Ezech. lib. 6 praef. p. 197/8 putabam quod, medio serpente -sso non reviviscerent hydrae novella plantaria. epist. 52, 17 -endum me linguis omnium. 57, 4 -sso undique corpore de dormientis vulnere solacium quaerere. 60, 2 interiora tua (*mortis*) adunco dente -ssa sunt. 60, 15 prius ignominia quam hostili mucrone -ssi sunt. 94, 2 Arii magistrum et discipulum eius euangelico mucrone -eris. 124, 7 mens poenitudinis stimulis -itur. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 27 tu qui tuomet ipsius mucrone -eris. PAVL. MED. bened. 2, 9 quod factum vir sanctus validissimo cuspide maledictionis -it. 7, 2 eius innumeram prolem verborum suorum spiculis -erunt. GREG. TVR. Franc. 6, 5 non de euangeliis ... proprio te mucrone -am. SIDON. epist. 7, 6, 2 tu spiritalium testimoniorum mucrone -eris. ISID. vir. ill. 28 in quibus (*libris*) vehementi stilo Arrianae impietatis -it ac detegit pravitatem. BRAVLIO vit. Isid. quot iaculis divinarum scripturarum seu patrum testimoniis Acephalitarum haeresin -erit. *nota*: PAVL. PETRIC. Mart. 2, 318 *spectatores* perfractis cernunt -ssa sedilia ramis.
c *translate*: LIV. 5, 11, 12 eos tot iudiciis -ssos praedamnatosque venire ad populi iudicium. VAL. MAX. 8, 1 absol. 11 causa, quamquam gravissimis criminibus erat -ssa, septies ampliata ... est. SEN. dial. 7, 27, 6 mala ..., quae vos ab omni parte -unt. QVINT. decl. 351 p. 380, 14 fuisse civem seditiosum, omnibus sceleribus -ssum (*AE*, confessum *B*; *cf.* AVG. civ. 21, 27 qui vitam suam ... cotidianorum criminum perpetratione -unt). ARNOB. nat. 5, 26 tam -ssis salutem dare personis vel rebus (*Reifferscheid*, vulneribus *codd.*) atque causis. HIER. praef. Vulg. pent. superflua quaeque iugulat et -it. Esdr. quae (*exemplaria*) nuper a nobis edita maledicorum cotidie linguis -untur. epist. 97, 3 subtilitas dialectica adversarium ... -it. FAVST. REI. spir. 2, 4 p. 138, 18 ut Macedonium (*haereticum*) -at distincti nominis expressa proprietas. SIDON. epist. 2, 8, 1 nunc ... per subita suprema virum caelibatu, patrem orbitate -it. INSCR. christ. Rossi p. 78, 11 nam sub mortigenae quidam iacuere gehennae verbere -ssi mente fide opere.

3 *in re grammatica i. q.* ὀβελίζειν: PLIN. epist. 9, 26, 13 ut quaedam ex hac epistula ut illud 'gubernacula gemunt' ... isdem notis, quibus ea de quibus scribo -as. *ibid.* sed -as licet. HIER. in Is. 8, 5 p. 120 quod in *LXX* legitur ..., in Hebraico non habetur et in Graecis codicibus ÷ veru iugulante -ssum est. epist. 106, 7 *veru* quo ostenditur iugulandum ... et -endum quod in authenticis libris non invenitur.

part. adi. **cōnfossus:** PLAVT. Bacch. 889 te faciam confossiorem soricina nenia.

derivatum: confosso. *Burger.*

cōnfoederātio, -ōnis *f.* *a.* confoederare. GLOSS. IV 45, 41 coniunctio a pactis omnibus (pactionibus *a*). HIER. epist. 22, 35 prima apud eos (*sc. monachos*) -o est oboedire maioribus. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 1 a -e periurii (2, 42). AVG. nupt. et concup. 1, 4, 5 in nonnullis animalibus rationis expertibus ... et coniugiorum quaedam quasi -o custoditur (bon. coniug. 3, 3 *coniugii* -em ita divina scriptura commendat. FVLG. RVSP. epist. 1, 3, 7 coniugalis -o). c. Faust. 23, 8 *Mariam* Ioseph coniugem non frustra appellatam propter ordinem sexus et animorum -em. PROSP. resp. ad Gall. 1, 13 in extructione urbium, in constitutione legum, in -e populorum.

cōnfoedero, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* foedus *vel* foederare. *Th.*]. *i. q. coniungere*: TERT. adv. Marc. 4, 5 universas *ecclesias* quae illis (*sc. apostolicis*) de societate sacramenti -antur. NOVATIAN. trin. 21 p. 928^B utrumque (*homo et divinitas*) in Christo -atum est, et utrumque coniunctum est et utrumque conexum est. RVFIN. hist. mon. 1 p. 394^B ut ... per orationem sibi invicem -entur *fratres*. apol. Orig. 2, 1 p. 584^D -atos esse quosdam Origeni ad periurium. LEO M. serm. 82, 2 ut multa regna uno -rentur imperio. epist. 59, 1 non dubie ... Manichaeorum -antur errori (PROSP. c. coll. 21, 2 cognatis erroribus). OROS. hist. 2, 4, 2 Sabinas improbis nuptiis -atas. *nota*: TERT. apol. 2 coetus antelucanos ad -andam disciplinam (*i. q. foedere sancire*). HIER. epist. 4, 1 nascentem amicitiam ut Dominus -are dignetur, precor. AVG. serm. ed. Mai 31, 1 accedit ... -ata Iudaico mors furori.

part. adi. **cōnfoederātus:** AVELL. p. 114, 14 signifer et confoederatus eorum.

cōnfoedītos (-as *lib. gloss.*) foedere copulatos (copulatur *lib. gloss.*, copulatus *Deuerling*) quoniam enumere (coemere *vel* emere *v. l.*; enubere *Buecheler*) coniuges non erat usitatum GLOSS. Plac. V 14, 31 (57, 17). [*cf. c.* con *et* foedus. *Th.*]. *cf.* confoedusti.

cōnfoedo, -āvī, -āre [*a* con *et* foedus *vel* foedare. *Th.*]. APVL. met. 7, 28 donec ... liquida fimo strictim egesta faciem atque oculos eius confoedassem.

cōnfoedustī foedere coniuncti PAVL. FEST. p. 41 [*a* con *et* foedus *derivatum. Th.*].

cōnfor, -ārī *a* con *et* fari. GLOSS. V 447, 11 confantem confabulantem. CASSIOD. in psalm. 29, 13 'confitebor' ... quasi confabor, id est cum sanctis aeterna te voce laudabo. *deriv.*: confatio.

cōnforāneus [*a* con *et* forum *derivatum; cf. c.* circumforaneus *sim. Th.*]. GLOSS. unius fori. II 108, 24 σύντεχνος. 109, 6 σύνρωχμος (*corrupt.* σύγχωρος?). NOT. Tir. 56, 89 conforanus.

cōnfore *v.* confuit.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cōnforio, -iī, -īre *a* con *et* forire. POMPON. Atell. 64 conforisti me, Diomedes. [*val.* cufurire. *M.-L.*] *L.*

cōnfōrmālis, -e [*a* con *et* forma; *cf. c. gr.* σύμμορφος *et c.* formalis. *Th.*]. ITALA Phil. 3, 21 (Tert. Marc. 5, 20 resurr. 47. 55) qui transfigurabit corpus nostrae humilitatis -e (VVLG. configuratum; *cf.* conformis *l. 80, gr.* σύμμορφον) corpori gloriae suae. PS. ORIGEN. tract. 17 p. 182, 10 quando erit hoc corpus humilitatis nostrae -e gloriae dei ...?

cōnfōrmātio, -ōnis *f.* *a* conformare. *confunditur in codd. saepe cum* confirmatio. *legitur inde a* RHET. Her.

I ***formatio, fictio***: **A** *generaliter*: **1** *proprie*: CIC. de orat. 1, 114 quid de illis dicam, quae certe cum ipso homine nascuntur: linguae solutio, vocis sonus, latera, vires, -o quaedam et figura totius oris et corporis? Tusc. 1, 50 quasi ... intellegant, qualis (*animus*) sit in corpore, quae -o, quae magnitudo, qui locus. nat. deor. 1, 47 quae compositio membrorum, quae -o liniamentorum, quae figura, quae species humana potest esse pulchrior. 2, 85 quae ... animantis figura -oque membrorum tantam naturae sollertiam significat? VITR. 5, 6, 1 ipsius ... theatri -o sic est facienda. CENS. 5, 5 de -e ... partus. PS. MAR. VICTORIN. phys. 18 p. 1305[B] in -em adsumendi corporis. HIL. trin. 6, 20 ante -em sanctificatus in utero Ieremias. 10, 21 Christum ... perfectum secundum habitum -is humanae et ... natum hominem praedicemus. VEG. mil. 1, 6 ex omni -e membrorum. AVG. civ. 22, 24 in originali bono alia duo (*sunt*), propagatio et -o. *ibid.* -o ... in illo eius est opere, quo usque nunc operatur. *ibid.* huic ... propagationi si -o non adhiberetur. serm. ed. Mai 138, 3 unde prima educatur parvuli -o? unde ossium compago membrorumque perfectio prodit? in psalm. 101 serm. 1, 1 -o membrorum. VINDIC. med. 16 sexto mense adicit *infans in utero* nervorum -em. EVSTATH. Bas. hex. 3, 3 p. 892[B] tota caeli substantia in unius -e consumpta est. **2** *translate*: CIC. inv. 2, 110 genere et prima -e eas (*causas*) intelleget dissidere. Arch. 15 cum ad naturam eximiam atque inlustrem accesserit ratio quaedam -oque doctrinae. de orat. 1, 18 *actio* motu corporis, quae gestu, quae vultu quae vocis -e ac varietate moderandast. 1, 151 ipsa collocatio -oque verborum perficitur in scribendo. rep. 1, 69 in hac iuncta moderateque permixta -e rei publicae. fin. 5, 15 inventa vitae via est -oque omnium officiorum. off. 3, 96 altera (*pars*) in -e et moderatione continentiae et temperantiae *cernitur*. PRISC. gramm. II 450, 3 in nominationibus, id est ὀνοματοποιΐαις sive nominum seu verborum novis -bus, non omnes declinationis motus sunt quaerendi. **B** *speciatim*: **1** *imago menti impressa, notio*: RHET. Her. 3, 21, 34 haec imaginum -o tum valet, si naturalem memoriam exsuscitaverimus hac notatione. CIC. de orat. 2, 357 ut res caecas et ab aspectus iudicio remotas -o quaedam et imago et figura ... notaret. nat. deor. 1, 105 omnem ... talem -em animi ceteri philosophi motum inanem vocant, vos autem adventum in animos et introitum imaginum dicitis. top. 27 quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quaedam -o insignita et inpressa intellegentia.
2 *in arte rhetorica*: **a** *de figuris*: CIC. de orat. 3, 201 *interest* inter -em verborum et sententiarum, quod verborum tollitur si verba mutaris, sententiarum permanet, quibuscunque verbis uti velis. 3, 208 quae sententiis orationem verborumque -bus inluminent. Brut. 140 in sententiarum ornamentis et -bus. orat. 136 nullus fere ab eo locus sine quadam -e sententiae dicitur. QVINT. inst. 9, 1, 4 figura sicut nomine ipso patet, -o quaedam orationis remota a communi et primum se offerente ratione (*fere* = DIOM. gramm. I 443, 6). 9, 2, 1 -es verborum ac sententiarum. *adde*: QVINT. inst. 9, 2, 46 in figura totius voluntatis fictio est ..., ut ... sensus sermoni et voci et tota interim causae -o sint diversa. **b** *i. q.* προσωποποιΐα: RHET. Her. 4, 53, 66 -o est, cum aliqua, quae non adest, persona confingitur quasi adsit, aut cum res muta aut informis fit eloquens et forma ei et (formata et ei *b l*) oratio adtribuitur ... aut actio quaedam. *ibid.* haec -o licet in plures res, in mutas atque inanimas transferatur. PRISC. gramm. II 376, 9 quis enim dicit 'aror' 'inseror' 'curror', nisi poetica -o id est προσωποποιΐα inducatur. 450, 12 per poetarum προσωποποιΐας, id est -es. 587, 24. III 437, 32 -o vero, quam Graeci προσωποποιΐαν vocant.

II ***coaptatio, similitudo***: HIL. c. Const. 21 de filio ... nusquam similitudinem reperies; imaginem ... dei esse apostolus dicit, sed cum additamento fidei, ne imaginem -em sentires. AVG. c. Adim. 5 non secundum vetustatem peccati, sed secundum spiritalem -em factum esse hominem ad imaginem dei. civ. 22, 16 qualis intellegenda sit sanctorum -o ad imaginem filii dei. *ibid.* sicut illa mensura, ita et ista -o non quantitatis intellegenda est, sed aetatis.

cōnfōrmātor, -ōris *m.* *a* conformare *ductum*. PS. APVL. Ascl. 8 dominus et omnium -r (ποιητής), quem recte dicimus deum.

cōnfōrmis, -e [*cf. c. gr.* σύμμορφος *et c.* conformalis. *Th.*]. *similis, congruus*: *cum dativo*: ITALA Phil. 3, 21 (Hil. in psalm. 1, 15 Hier. c. Ioh. 26 Pelag. in Rom. 8 p. 685[A]) transformabit ... corpus humilitatis nostrae -e (σύμμορφον, VVLG. configuratum) corpori gloriae suae (HIL. in psalm. 1, 4 trin. 11, 36 RVFIN. Orig. in gen. 1, 13 CASSIAN. conl. 3, 7, 2). HIL. in psalm. 1, 5 cum quando ipse in gloria dei domino suo -is adstiterit. myst. p. 4, 5 *caro* -is effecta est gloriae spiritali. PS. AMBR. mor. Brachm. p. 1172[B] quas (*partes*) cum reperisset suis -es sensibus. PAVL. NOL. carm. 28, 227 -em deo conregnaturus honorem accipiet Christo similis. epist. 28, 2 ut (*Christus*) ... nos ... -es imagini suae faciat. AVG. civ. 22, 16 ut, quemadmodum nobis ille mortalitate ita nos illi efficiamur immortalitate -es. PS. AVG. serm. 236, 4 quem ... nobis confitemur fuisse -em. MAR. MERC. Theod. exc. 2, 8 sicut -es Adae ... sumus omnes effecti, sic Christo ... -es efficiemur. ZACCH. 2, 13 ut simus -es formae corporis Christi. LEO M. serm. 29, 3 p. 229 qui ... dignatus est hominibus esse -is. 53, 3 p. 318 qui deformitati nostrae -is factus est. PROSP. in psalm. 117, 27 qua (*carne*) -is nobis esse dignatus est (*Christus*) ..., qua (*divinitate*) patri aequalis est. SIDON. epist. 4, 12, 1 pelago -is est motus animorum. *cum genetivo*: HIL. trin. 11, 9 per hanc dispensationis fidem -es assumi claritatis dominicae praeparamur. myst. p. 6, 12 -e efficere corpus humilitatis nostrae corporis gloriae suae (HIER. in Gal. 6, 15 p. 436. *v. p. 247, 80*). p. 23, 29 nos ex homine sumus -es dei futuri. GAVDENT. serm. 3 *in.* -es effecti primum mortis deinde resurrectionis Christi (HIER. epist. 78 mans. 39 RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 137[B]). AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 19 cum -em sui hominem humanus omnis miretur affectus. hex. 6, 8, 46 ipsa est ad imaginem dei -is domini Iesu, qui autem -is filii dei sancti sunt. *ibid.* praedestinavit -es fieri imaginis filii sui (Isaac 6, 52 conformans se ad eius voluntatem, ut esset et ipsa -is imaginis Christi. fug. saec. 3, 14. VVLG. Rom. 8, 29 praedestinavit -es [συμμόρφους] fieri imaginis Christi. PS. RVFIN. in psalm. 1, 6 PAVL. NOL. epist. 25, 1 *al.*). AMBROSIAST. in Rom. 12, 3 hoc erit -em fieri spiritualium. CHROMAT. beat. 9 passionum Christi -es *prophetae*. *cum accus. limit.*: PAVL. NOL. carm. 24, 940 ad supernam restituti imaginem, erile -es decus. *sequitur* ad: AMBR. fug. saec. 2, 11 ut ... culpam fugiamus inductione animi -es ad imaginem dei. *cf.* hex. 6, 8, 46 *v. l. 20.* *absolute*: HIL. hymn. 2, 51 sanctis perenne munus praestat hoc dei (*Christus*), -i secum vivant post haec corpore (corpora *cod.*). PELAG. in Rom. 8 p. 685[A] quos praevidit -es futuros in vita, voluit ut fierent -es in gloria. AVG. c. Iul. op. imperf. 2, 69 sed haec forma non omni ex parte -is est. LEO M. serm. 26, 5 p. 215 ad unam reformatos imaginem oportet animam habere -em.

quasi subst. **cōnfōrmis**, -is. AMBR. off. 1, 11, 38 ut ... consortem et -em tuum adiuves. 3, 7, 45 illae (*ferae*) etiam -em sui generis adiuvant. PS. RVFIN. in psalm. 25, 5 ut -es suos malitia antecedant.

cōnfōrmitās, -ātis *f.* *a* conformis. PS. RVFIN. in psalm. argum. 4 p. 644[C.D] quatenus per eorum (*impiorum*) poenas homines ab eorum -e deterreat et ad Christi -em inducat. 44, 13 ut det eis posse pervenire ad tuam -em.

cōnfōrmo, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* formare *vel* forma. *Th.*]. *confunditur in codd. saepe cum* confirmo. *legitur inde ab* AFRAN. GLOSS. συνσχηματίζω. conformat συνσχηματίζεται.

1 *formare, fingere, efficere*: AFRAN. com. 177 videat puellam curent, -ent (*i. ornent*) iube. RHET. Her. 3, 20, 33 in primo loco rei totius imaginem -bimus (*E*, confirmabimus *M; mente*: *cf.* SEN. dial. 2, 7, 1 non fingimus istud humani ingenii vanum decus nec ingentem imaginem falsae rei concipimus, sed qualem -amus, exhibuimus, exhibebimus). CIC. leg. agr. 3, 14 quoad oculis -ando (confirmando *al.*) ex multis praediis unam fundi regionem formamque perficeret. fin. 1, 23 ad maiora ... quaedam nos natura genuit et -vit. nat. deor. 3, 26 si illum (*mundum*) aedificatum esse, non ... a natura -atum putarem. div. 2, 29 necesse est eam (*vim*) ... -ari quodam modo numine deorum vique divina. CVLEX 391 -are locum *sepulcro*. VITR. 1, 6, 8 cum ... plateae contra directos ventos erunt -atae. 3, 5, 5 scapis columnarum statutis capitulorum ratio si pulvinata erunt, his symmetriis -bitur (-buntur *trad.*). 5, 12, 1 ex quibus introrsus curvaturae sive versurae ex loci natura fuerint -atae. 5, 12, 2 ita -andae portuum conclusiones. 6, 1, 4 ex eo ... ⟨quae⟩ sub septentrionibus nutriuntur gentes inmanibus corporibus, candidis coloribus, directo capillo et rufo, oculis caesiis, sanguine multo ab umoris plenitate caelique refrigerationibus sunt -ati. 6, 7, 7 quibus consuetudinibus aedificia Italico more et Graecorum institutis -antur exposui. 9, 1, 2 mundus ... est omnium naturae rerum conceptio summa caelumque sideribus et stellarum cursibus -atum. 9, 1, 3 circuli lata zona XII signis est -ata. 9, 4, 1 ab eo non longe -ata est virgo. 9, 4, 5 quod non obscuris stellis sunt -ati *vertices*. 9, 5, 4 quae figurata -ataque sunt siderum in mundo simulacra. STAT. silv. 1, 1, 3 Siculis ... -ata caminis effigies. GELL. 3, 16, 20 conceptum in utero coagulum -atur. 13, 9, 6 sicuti ceterae partes et reliqua imago tauri (*sideris*) -ata et quasi depicta est locis regionibusque earum stellarum, quas ... nos 'vergilias' vocamus. 17, 10, 3 ut illa bestia (*i. ursa*) fetum ederet ineffigiatum informemque lambendoque id postea ... -ret et fingeret. MACR. exc. gramm. V 645, 16 omne futurum activum per societatem participii seu gerundi sibi addito ire -atur. APVL. met. 2, 21 porrigit dexteram et ad instar oratorum -at †articulum. 8, 6 ad nostri amaritudinem (*sic fort. F*, similitudinem ς), qui vere lamentabamur, -atus manus suae culpam bestiae dabat. Socr. 6 p. 134 somniis -andis vel extis fissiculandis vel praepetibus gubernandis. Plat. 1, 5 *materiam* artifex -at universam. flor. 12 p. 44 dum facile os, uti -etur. PS. APVL. Ascl. 5 corpora ... impossibile est -ari sine nutu divino. 8 hominem -at ex animi et corporis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . . natura, ut animal ita -atum utraeque origini suae satisfacere possit. 11 *hominem* sic effectum -atumque . . . a summo deo. 23 species (*i. statuas*) . . . deorum, quas -at humanitas, ex utraque natura -atae sunt (-ata est *codd.*), ex divina . . . et ex ea, quae intra homines est, id est materia, qua fuerint fabricatae. TERT. anim. 51 feminam . . . manus a lateribus dimotas in habitum supplicem -asse rursumque . . . situi suo reddidisse (ARNOB. nat. 3, 18 labia . . . cum dentibus, quorum inflictu et mobilitate multiiuga lingua sonos articulet et vocem in verba -et). CENS. 9, 2 *infantibus* -andis. 9, 3 partum . . . priorem aliis dierum numeris -ari. ARNOB. nat. 1, 38 quis ipsum finxerit hominem, quis informarit vel ex materiae quo genere constructionem ipsam -verit corporum. OPTAT. 5, 7 p. 135, 14 in se et Apollo actus temporis nostri -at. HIL. in psalm. 1, 11 perfectum . . . deo virum propheta -ans (*i. fingens, describens*). FILASTR. 156, 5 -atum corpus Christi divino spiritu. AMM. 20, 11, 26 halitus terrae calidiores irim -ant. HYG. astr. 1, 1 p. 22, 15 sphaera est species quaedam in rotundo -ata. HIER. epist. 119, 5 Epicurus ex suis atomis mundum struit et universa -at. VINDIC. med. 14 omnia membra ex integro -ata. MART. CAP. 2, 193 cui (*Soli*) littera trina -at sacrum mentis cognomen et omen. 3, 260 *litterae* ex unius vocis sonitu -atae. 5, 468 illud subtilius -atur, ut auditor inter laudem vituperationem libratus adversantis loco ponatur. 7, 738 quod naturae opera sine feturarum contagione -as. GREG. TVR. Mart. 3, 31 quia die sabbati . . . panem voluit -are.

2 *emendare, erudire, perpolire*: CIC. Mur. 60 non nulla forsitan in re -are et leviter emendare possim. Arch. 1 haec vox huius hortatu praeceptisque -ata. 14 animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium -bam. de orat. 1, 17 est . . . ipsa oratio -anda non solum electione, sed etiam constructione verborum. 1, 86 de -andis hominum moribus. 3, 36 ut id -ret in utroque, quod utriusque natura pateretur. 3, 200 hic nobis orator ita -andus est et verbis et sententiis. fin. 4, 5 quarum (*partium*) cum una sit, qua mores -ari putantur. off. 1, 7 quibus praeceptis in omnes partes usus vitae -ari possit. NEP. frg. 26 qui oratoriam eloquentiam rudem a maioribus acceptam perpoliverit, philosophiam ante eum incomptam Latinam sua -arit oratione. SEN. epist. 95, 7 alios quoque artifices praecepta -ant. QVINT. inst. 11, 3, 45 secundum rationem rerum . . . animorumque habitus -anda vox est. TAC. ann. 4, 8 orbatos parente . . . ne secus quam suum sanguinem foveret, attolleret, sibique et posteris -ret. HIL. trin. 8, 1 *non* apostolicus sermo probitatis honestatisque praeceptis hominem tantum saeculo -at ad vitam. AVG. civ. 7, 32 praecepta vitae, quae mores pietatemque -ant. CHROMAT. in Matth. 11, 1 ad omne nos exemplum patientiae . . . dominus per euangelica praecepta -at. 12, 4 in omnibus nos dominus ad perfectae fidei gloriam doctrina caelesti -at. IVL. SEV. rhet. 2 p. 355 necessaria . . . orationum frequens lectio est, quae nos exemplo -et. BOETH. mus. 1, 1 p. 184, 4 cum rhythmi modique ad animum usque descenderint, dubitari non potest, quin aequo modo mentem afficiant atque -ent.

3 *similem reddere, aptare, cum dativo vel* ad: CIC. epist. 1, 8, 2 ipse me -o ad eius voluntatem, a quo honeste dissentire non possum. AMBR. Isaac 6, 52 -ans se ad eius voluntatem, ut esset et ipsa conformis imaginis Christi. Iac. 1, 8, 39 qui ad illius decori et solius boni se -at similitudinem. PELAG. in Rom. 16 p. 715^A qui -asse se apostolo dicuntur in fide. in Philipp. 3 p. 850^C cum unum ex viventibus et unum ex mortuis claritatis suae corpori configurat . . . quia non solum -vit nos, sed etiam corpori suo omnia fecit esse subiecta. in II Tim. 4 p. 894^D verbum tuum operibus -etur. VVLG. Rom. 12, 2 nolite -ari (συσχηματίζεσθαι; *cf.* AVG. civ. 10, 6. 22, 16) huic saeculo. PAVL. NOL. epist. 11, 2 -atus corpori humilitatis nostrae (12, 3). 24, 9 ideo -atus est corpori carnis nostrae, ut nos -ret corpori carnis suae. 36, 4 pacem Christi, quae cum deo conserit et nos Christo -at. 45, 5 *dominus* qui -atus est corpori humilitatis nostrae, ut nos -ret corpori gloriae suae (*cf. p. 247, 80*). AVG. mor. eccl. 1, 13, 22 adeo non avertamur eique potius quam huic mundo -emur. 1, 13, 23 fit . . . per caritatem, ut -emur deo et ex eo -ati atque configurati et circumcisi ab hoc mundo non confundamur cum iis quae nobis debent esse subiecta. 1, 21, 39 ei rei quemque -ari, quam diligit. c. Faust. 12, 35 venit ipse, -vit se nobis factus particeps mortis nostrae. MART. CAP. 1, 26 nam futura plerumque -ans his (*alitibus*) praesagire consueverat *Delius*. LEO M. serm. 77, 5 unde licet unus in utroque sim, tamen quo vobis -er, patre sum minor. ORIENT. carm. app. 2, 61 participans famulos, -ans glorificatos. PS. RVFIN. in psalm. p. 646^A hortatur nos imagini novi hominis Christi -ari. BENED. reg. 2 secundum uniuscuiusque qualitatem vel intellegentiam ita se omnibus -et et aptet, ut.

syn.: aptare, configurare, formare.

cōnfornicātio, -ōnis *f.* *a* confornicare. VITR. 5, 6, 5 ita enim satis altitudinem habebunt eorum -es.

cōnfornico, -āre [*a* con *et* fornix *derivatum. Th.*]. *i. q. concamerare*: VITR. 5, 5, 2 tredecim cellae duodecim aequalibus intervallis distantes -entur. 8, 6, 1 eae . . . structurae -entur.

(**cōnfors**) NOT. Tir. 10, 54 *post* fors.

cōnfortātio, -ōnis *f.* *a* confortare. HIER. in Zach. 8, 13 p. 848 causa -is domini promissio est. DIDASC. apost. 71, 8 omnibus gustantibus -em et sanitatem utentibus illud praebeat *oleum*. AVG. serm. ed. Mai 163, 2 in via huius saeculi deficit, quisquis non a domino -is alimonium percipit. GREG. TVR. Iul. 46^a nec erat ei cibus -o. Mart. 1, 37 qui simul et -em cibi et virtutem corpusculi superflue digerendo perdiderat. 2, 1 nullatenus accedebat -o stomachi.

cōnfortātīvus, -a, -um *a* confortare, *cf.* confortatorius. ORIBAS. eup. 3, 7 quia non expedit, ut humores constringantur confortatibis medicaminibus. *ibid.* frigidis eos et confortatibis rebus curabis.

cōnfortātor, -ōris *m.* *a* confortare. AVG. serm. 264, 2 videbant . . . secum magistrum, confortatorem et consolatorem et protectorem hominem. GLOSS. IV 45, 28 consolatores confortatores.

cōnfortātōrius, -a, -um. *a* confortare, confortator. **1** *i. q.* confortativus: GLOSS. III 606, 38 -a vel sitim tollentia τονωτικά. CASS. FEL. 42 p. 97, 7 tonoticon . . . medicamentum id est -um. p. 101, 10 epithimate tonotico uteris id est -o. 43 p. 108, 4. **2** LIB. pontif. p. 127, 4 *cod. P* portantes epistulas -as fidei et contestationes secretas.

cōnfortio, -āre. *a* con *et* fortis. ITALA Luc. 22, 43 (cod. l) apparuit . . . illi angelus de caelis confortians (ἐνισχύων, VVLG. confortans) eum. GLOSS. II 108, 26 confortiat συνισχυρίζεται.

***cōnforto**, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* fortis *derivatum. Th.*]. *inde ab* ITALA. MAR. VICTORIN. in Eph. 3, 16 p. 1268^D -antur id est fortes redduntur. GLOSS. IV 165, 9 roborare confortare (V 144, 36), *cf.* 480, 5. [*ital.* confortare, *francog.* conforter, *hisp.* conhortar. *M.-L.*]

1 *i. q. fortem reddere, confirmare, corroborare*: *pass. i. q. fortis, potens, superbus fio*: ITALA gen. 49, 24 (Aug. quaest. hept. 1, 206) inde qui -vit (κατισχύσας) Israel. deut. 2, 30 (Aug. quaest. hept. 5, 2) -vit (ἐσκλήρυνε, VVLG. obfirmaverat) cor eius (AVG. *ibid.* notandum est -atum cor dici posse et in malo). Ios. 11, 20 (Aug. quaest. hept. 6, 18) quia per dominum factum est -ari (κατισχῦσαι, VVLG. indurarentur) cor eorum (*syn.* obdurari). iud. 5, 12 (Lugd.) exsurge . . . et -a (αἰχμαλώτισον, VVLG. apprehende). 6, 34 (Aug. quaest. hept. 7, 49 p. 486, 25) spiritus domini -vit Gedeon (ἐνέδυσε, Lugd. *et* VVLG. induit). Iob 18, 9 (Aug. in Iob p. 547, 3) -bit (VVLG. exardescet) super eum sitientes. psalm. 104, 4 (Prosp. in psalm. 104, 2—4) quaerite dominum et -amini (*cod. opt.*, confirmamini *al. cum* VVLG. *cf. p. 251, 25*). Ier. 2, 25 (Ps. Cypr. exhort. paen. p. 12) -bor volo, quia diligebat alienos (*cf.* ITALA Lucif. non conv. 8 p. 16, 22 -bor, quia dilexit exteros. *gr.* ἀνδριοῦμαι; VVLG. *aliter*). Ezech. 3, 8 (Lucif. non parc. 9 p. 228, 23) constantiam tuam -bo (κατισχύσω, VVLG. dedi . . . frontem tuam duriorem) adversus contentionem eorum. 34, 16 (Didasc. apost. 17, 16) quod defecit, -bo (ἐνισχύσω, VVLG. consolidabo). Ioel 4, 16 (Weing.) -bit dominus filios Istrael (ἐνισχύσει, VVLG. dominus . . . fortitudo filiorum Israel). Matth. 17, 2 (cod. e) -atus (μετεμορφώθη, VVLG. transfiguratus est) Iesus coram ipsis, fulgebat vultus eius sicut sol. Eph. 3, 16 (Mar. Victorin. adv. Arrium 1, 2 in Eph. 3, 16. 17 Theod. Mops. in Eph. 3, 16) ut det vobis secundum divitias gloriae suae virtute -ari (κραταιωθῆναι, VVLG. virtute corroborari) per spiritum suum eius in interiore homine. I Petr. 5, 9 (Hier. in Is. 55, 6. 7 p. 534^A resistite -ati fide (στερεοὶ τῇ πίστει, VVLG. fortes in fide). PASS. Perp. 1 ut . . . deus honoretur et homo -etur. 3 -bam fratrem. 5 -vi eum dicens. PASS. Mar. Iac. 13 *Christus* fidentes . . . gratiae dignatione -at. HERM. vulg. vis. 1, 3 *deus* -vit te in gloria (ἰσχυροποιήσει σε καὶ θεμελιώσει σε ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ). 1, 4 -are (*Pal.* viriliter age; ἀνδρίζου). HERM. Pal. vis. 3, 6, 6 quando circumcisa fuerit substantia eorum quae -at (ψυχαγωγῶν) eos, tunc utiles erunt deo. CLEM. ad Cor. 55 mulieres -atae gratia dei perfecerunt multa fortia. ITIN. Silv. 36, 5 postmodum . . . alloquitur episcopus populum -ans eos. *ibid.* sic -ans eos, ut potest ipse, alloquens dicit eis. CANDID. epist. 1 -ari (ἐρρῶσθαι) te in domino preces facio. AMBR. hex. 2, 3, 11 omnia possum in eo qui me -at. 6, 9, 66 nisi corpus omne -etur alimentis. patr. 11, 49 quis est qui -vit Istrahel. off. 1, 36, 182 nisi qui est -atus in Christo Iesu. serm. 55, 7 angelicis -atus alloquiis. AMBROSIAST. in Rom. 4, 1 -atus fide promissionum. HIER. vir. ill. 5 deus mihi adfuit et -vit me. epist. 7, 4 ut etiam a papa Valeriano ad eam -andam litteras exigatis. 91 dominus -vit famulum suum Theophilum. in Matth. 26, 26 p. 195^B assumit panem, qui -at cor hominis (RVFIN. patr. 9, 3). *passim in* VVLG., *ex. gr.* gen. 18, 5 ponamque bucellam panis et -ate cor vestrum. 48, 2 qui -atus (ἐνισχύσας) sedit in lectulo. 49, 26 benedictiones patris tui -atae sunt (ὑπερίσχυσεν). exod. 1, 20 crevit populus -atusque est nimis. num. 13, 21 -amini (προσκαρτερήσαντες) et afferte nobis de fructibus terrae. deut. 3, 28 corrobora eum atque -a (κατίσχυσον). 31, 6 viriliter agite et -amini (ἀνδρίζου καὶ ἴσχυε). 31, 23 -are et esto robustus. iud. 1, 28 postquam . . . -atus est Israel. 3, 12 qui -vit adversum eos Eglon (II reg. 11, 25). 19, 5 -a (στήρισον) stomachum, et sic proficisceris. I reg. 4, 9 -amini (κραταιοῦσθε) et estote viri. *ibid.* -amini (ἔσεσθε εἰς ἄνδρας) et bellate. 23, 16 -vit (ἐκραταίωσε) manus eius in deo. 30, 6 -atus est . . . David in domino. II par. 12, 1 cum . . . roboratum fuisset regnum Roboam et -tum (κατεκρατήθη). 32, 8 -atus (κατεθάρσησεν) . . . est populus huiuscemodi. Iudith 15, 11 -atum est cor tuum. Iob 4, 4 genua trementia -asti (θάρσος περιέθηκας). 21, 7 sublevati sunt -atique divitiis. psalm. 17, 18 quoniam -ati sunt (ἐστερεώθησαν) super me. eccles. 7, 20 sapientia -vit (βοηθήσει) sa-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pientem. 22, 21 cingulo tuo -bo eum. Ier. 5, 6 -atae sunt aversiones eorum. 23, 14 -erunt (ἀντιλαμβανομένους) manus pessimorum. Ezech. 7, 13 vir in iniquitate vitae suae non -bitur (κρατήσει). I Macc. 2, 49 nunc -ata est (ἐστηρίχθη) superbia et castigatio. II Macc. 15, 17 de quibus extolli potest impetus et animi iuvenum -ari (ἐπανορθῶσαι). Luc. 1, 80 puer autem crescebat et -batur spiritu (*cf.* HIER. hom. Orig. in Luc. 11 p. 241 aliud est crescebat, aliud -batur. *syn.* confirmare, roborare). act. 9, 19 cum accepisset cibum, -atus est. Rom. 4, 20 -atus est (ἐνεδυναμώθη) fide dans gloriam deo. Col. 1, 11 in omni virtute -ati (δυναμούμενοι) secundum potentiam. III Esdr. 7, 15 -are manus eorum ad opera domini dei Israel (AVELL. p. 242, 13. 247, 10 VICT. VIT. 1, 50. 3, 22. 28 FVLG. RVSP. serm. 3, 2 DIOSC. 4, 129 *v. infra l. 65*). DIDASC. apost. 67, 18 ut -ent (ἐπισχύσωσι) egenas. PS. RVFIN. in psalm. 17, 18 in tantum ... -ati sunt. PASS. Petr. 2 -atae a domino Iesu Christo. 17 -ati saepe visione beati Petri apostoli. PAVL. NOL. epist. 5, 17 genua debilia. 24, 17 ecce respiro, -or, adsurgo. 29, 10 illa ultra virtutem temptationum iam -ata et corporeae pietatis vincula. 49, 2 ut -atus hortante *Christo* sit. epist. app. 1, 2 qui ut nos suo -et exemplo. AVG. conf. 10, 31, 45. 10, 43, 70. MAR. MERC. Theod. epist. p. 1081B deo ... mihi cooperante et me -ante. CASSIAN. conl. 8, 13, 2. 13, 7, 1 confovet eam (*scintillam bonae voluntatis*) et exsuscitat suaque inspiratione -at. 13, 8, 4 inluminat eam (*sc. bonam voluntatem*) confestim atque -at et incitat ad salutem. 13, 11, 5 cum viderit nos deus ad bonum velle deflectere, occurrit, dirigit atque -at. PROSP. in psalm. 104, 2—4 sic ... quaeratur, ut non de se, sed de deo gaudeat et -etur. *cf. p. 250, 36.* LEO M. serm. 72, 3 p. 392 ipse deorsum -at ad gloriam, qui sursum invitat ad gloriam *al.* AVELL. p. 240, 30 angeli ... -antis eius alacritatem. p. 740, 15 deus electionem ordinationemque vestram tanta firmitate -et, ut. SALV. eccl. 3, 95 -are ... et constanti animo tibi consule. FAVST. REI. serm. 13 p. 275, 3 non solum convincebatur impietas, sed etiam -batur infirmitas. RVRIC. epist. 2, 15 p. 398, 21 fidem. SEDVL. op. pasch. 2, 17 discipulos. VICT. VIT. 3, 40 factum est domino -ante. 3, 23 eum nutibus oculorum. ALC. AVIT. hom. 7 p. 113, 6 nobis ..., qui nos inter ista -et, rogationum veluti caelo porrectus sumitur panis. epist. 52 p. 88, 6. LIB. iubil. 22, 10 benedicat te deus omnium et -bit te. 22, 14. ENNOD. epist. 4, 3 p. 99, 18 pectus ... admonitionis sale -es. opusc. 3 p. 341, 21 *presbyteros ac ministros* talibus instruxit et -vit adloquiis. p. 383, 11 ingenia novella -at *virtus.* dict. 13 p. 467, 2 quod natura validum peperit, -et industria. carm. 1, 4, 119 nostra tuas, iuvenis, -ent vulnera vires. FVLG. RVSP. ad Monim. 3, 1 non fatigatione animum debilitat, sed alacritate -at. praedest. 2, 16, 27 adiutorio gratiae -etur infirmus. 3, 2, 3 -atus fide. *al.* APRING. in apoc. 2, 10 -at fideles suos. *iterum.* CASSIOD. hist. 3, 2 assistens -bat universos et de resurrectione ac pietate loquebatur. IORD. Get. 51 hic ergo certum temporis Amazonas commanentes -ati sunt. 103. 243 regno suo -ato. GREG. TVR. Franc. 4, 5 quod eum per caelestem nuntium -are dignatus est *deus* (*fere* = vit. patr. 6, 6). 9, 38 cum -ata ab incommodo ad regis praesentiam accessisset. Mart. 3, 59 erat ... ei et horribile omne cibum nec quicquam unde -retur accipiebat. Andr. 15 -are fili. *al.* THEOD. MOPS. in II Tim. 1, 7 illa gratia spiritus ... sufficiens est per omnia nos -are et in dei constringere caritate. ACT. Petr. 2 animas. 4. 5 lugens animo et iterum -ans se. 7 convertimini ... et -amini in dominum omnipotentem. *ibid.* nolite deficere, fratres, neque cadere animo, sed -amini et perstate et nolite dubitare. 17. 20 qui et me peccantem defendit et -vit magnitudine sua *al.* VITA Fulg. 48. PASS. Tarach. 1 plagis -ans me. 3 -asti (ἐστερέωσας) ... corpus meum in plagis. 6. 7. 9 Firm. 8. Iren. Sirm. 4 ipsum adoro qui me -at in omnibus. ANON. Vales. 9, 42 Zeno -ans Isauros intra provinciam. CORP. X 1229, 5 omnia -bit.

2 *technice apud medicos*: CASS. FEL. 29 p. 53 *collyrium* debilitatem oculorum mirifice -at. 47 p. 121 stomachum. *al.* POMER. 2, 22, 2 infirmum stomachum moderatus usus vini -at ebrietas animum corpusque debilitat. DIOSC. 5, 127 *psori* agitantes dentes -at (κρατύνει). 4, 129 elixatura ... a pullis comesta -at ad pugnam. ANTHIM. 64 et -at stomachum et pascit. ORIBAS. syn. 5, 52 qui ... minus sunt sicci, vel humidi exercitationibus -are (ῥωννύναι) et calefactionibus oportit. 8, 19 quae -ent et conroborent loca. eup. 3, 7 omnino -bis (ῥωννύναι) loca *al.*

3 *i. q. firmum reddere, figere, stabilire*: VVLG. psalm. 147, 13 quoniam -vit (ἐνίσχυσε) seras portarum tuarum. Is. 41, 7 -vit (ἰσχύρωσαν) eum clavis, ut non moveretur. AVG. civ. 18, 29 prolonga funiculos tuos et palos tuos -a. PASS. coron. 2 operator omnium ipse facturam suam (*i. ferramenta*) -vit. *nota*: MARCELL. med. 8, 127 quanto plus consumitur vapore fimi illius, tanto magis -atur.

4 *i. q. confirmare, contendere, dicere*: THEOD. PRISC. log. 46 ut ex his omnibus adhibitis -ent (-et *n*, confirmant *b*) supradictarum causarum sanitatem fuisse plenam capiti reformatam.

5 *i. q. constipare?*: SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 1 -atis (*nisi scrib.* comportatis) auctoribus Graecis (*cf.* HOR. sat. 2, 3, 11 stipare Platona Menandro).

cōnfosso, -āre [*a* con *et* fossa *derivatum esse videtur; cf. c.* confodere, fossare. *Th.*]. GLOSS. II 447, 62 συσσωρεύω confosso, coacervo.

Burger.

cōnfoveo, -fōvī, -fōtum, -ēre *a* con *et* fovere. GLOSS. III 443, 24 confotum αὐξηθέντα (478, 53). 443, 25 συγκροτηθέν (479, 1. *an* conflatum?).

diligenter fovere, recreare, reficere, curare: **1** *proprie*: AFRAN. com. 143 iubeo hominem tolli et conlocari et -eri. PAVL. FEST. p. 84 fomites sunt assulae ... dictae quod in eo opere occupati cibis potuque -entur, ... alii vocari putant scintillas ... dictae autem ita quia igni sunt -tae. p. 75. APVL. met. 8, 7 membra lavacro, cibo denique -ret. HIL. in Matth. 28, 1 indicans se in minimis suis ... -eri et nudis contegi (VVLG. Matth. 25, 35 colligere; *cf.* HIER. epist. 66, 5 in his Christum -et. ORIENT. comm. 1, 579 visitor in clausis curor -tus in aegris). AMBROSIAST. in Rom. 14, 21. in I Cor. 9, 20 magna industria -et illos et compatitur. HIER. in Ion. 1, 15 p. 404 *mare Ionam* in visceribus suis desideratum tenens gaudet et -et. 2, 6 p. 410. in Ier. 15, 10 p. 946 in sanctis atque pauperibus -endis. epist. 22, 35 tanto senum ministerio -etur *aegrotus* (108, 19 aegrotantes. 108, 27 manu stomachum -ere. FAVST. REI. spir. 2, 4 p. 140, 15 pes -etur et caput se fomentum sentire testatur. ALC. AVIT. epist. 45 dolores internos medici illius manus ... -et). epist. 23, 3 Abrahae sinibus -etur. 77, 10 navigaturos litus molle -eat. PS. RVFIN. in Os. 3, 1 -eat sauceatos. PRVD. perist. 11, 138 reverendam canitiem mollit, -et in gremio. PAVL. NOL. epist. 23, 34 quibus vel fratres iuvantur vel inopes -entur. PS. AVG. serm. 188, 4 blandiori eum requie. VICTRIC. 28 *fides* in carceribus -et confessores. ZACCH. 3, 1. COD. Theod. 7, 18, 4 pr. (*a. 380*) qui *desertorem* in perniciem domini aut sceleris participatione -vit (*ibid.* latebram praebere; *cf.* PS. AMBR. act. Seb. 69 nullus inveniri poterat locus ad latebram -endam. AVELL. p. 144 nonnullarum domorum latebris -etur). PROSP. carm. de ingrat. 491 damnatos. SIDON. epist. 2, 2, 14 -endo sopori tuo. DRAC. laud. dei 2, 697 *dextra dei* -et abiectos et semper pascit egentes. FVLG. RVSP. serm. dub. 8 p. 868A *pueros tres* angelus amplexabat et ulnis opacantibus -bat. *i. q. calefacere* (*cf. l. 45*): HIL. trin. 10, 14 ea natura corporum est, ut ... algens rideat et -ta gaudeat. HIER. epist. 85, 6 pileolum ... senili capiti -endo. RVFIN. symb. 3 *imbribus et tepore* terra -ta. PAVL. NOL. carm. 24, 321 qui maluisset -eri excalcius quam calciari frigidus. ISID. nat. 15, 3 sol illuminat et exurit et opaco tempore -et sanos. *de semine*: HIL. in psalm. 57, 5 *sentium genus* florescit cum ceteris vere -tum. HIER. in Ion. 4, 6 p. 426 si sementem in terram ieceris, cito -ta consurgit in arbore. c. Ioh. 22 terra receptum *semen* -et, confotum corporat. adv. Rufin. 3, 28. *de ovis*: HIL. in Matth. 24, 11 parentis (*sc. gallinae*) sedulitate -ti exeunt in volatum. *ibid.* alterius generationis ortu et calore -entis renati. VVLG. Is. 59, 5 et quod -tum est (*ovum*), erumpet in regulum. AVG. civ. 19, 12 *milvus* nidum congerit, ova -et, pullos alit. serm. 385, 2 passeres nidos faciunt simul ova -ent. *de infantibus*: CHALC. comm. 165 aqua calida -eantur recens nati. PAVL. NOL. carm. 6, 138 caelestem dominum pia -et alvus. AVG. serm. ed. Mai 91, 2 cum primitus natus esset infans *Christus*, pannis obvolutus est et in praesepio reclinatus, quasi homo nutritus atque -tus est. GILD. Brit. 12 chron. III p. 32, 19 omnes exultant filii gremio ac si matris ecclesiae -ti. *adde*: VEN. FORT. carm. 3, 17, 10 implumes fetus pia mater hirundo -et. *nota de igni*: PRVD. perist. 10, 861 carnifex ... prunas maniplis -ere (*inf. hist.*) stuppeis et semen ignis ... quaerere. GILD. Brit. 24 chron. III p. 39, 10 -batur ... ignis orientali sacrilegorum manu exaggeratus.

2 *translate*: CORP. VI 1696, 10 (*a. 307 p. Chr.*) ⟨ut fortunae eorum⟩ ... recreatae atque -tae ... convalescerent. 1675, 11 (*ante a. 333 p. Chr.*) iustitiae eius provisionibusque -tis omnibus (*cf.* 31940, 11, *ubi recte* iustitia). HIL. in Matth. 14, 10 praedicatio ... Ioannis et prophetarum in virtute aquae vitae humanae spem -bat (*syn.* alebat). SERM. Arrian. frg. I 1 gratia ipsius (*verbi dei*) -ti opportune ... loquamur. AMBROSIAST. in I Cor. 9, 19 animos illorum qui peccabant. in II Tim. 1, 7 animum suum mentis alacritate. HIER. epist. 60, 5 dolorem suum. PELAG. in I Tim. 5 p. 883A *viduas honora* necessaria praebendo et solacio -endo. PS. RVFIN. in Am. 3, 12 p. 1069C (*opp.* affligere). PAVL. NOL. epist. 3, 4 in sacerdotii ordinatione -or. epist. app. 2, 25 familiam tuam ita rege et -e. PHYSIOGN. 12 *sanguis* mentis ingenium -et et acumen animi excitat. CASSIAN. conl. 4, 11, 3 honoribus illa (*sc. caro*) et laudibus hominum -etur. LEO M. epist. 151 errorem apertis intra ecclesiam disputationibus -ere. AVELL. p. 357, 14 nequitias. SACR. Leon. p. 345. ALC. AVIT. hom. 24 p. 75, 3 utramque pax -eat, virtus adiciat.

cōnfracēsco, -uī, -ere *a* con *et* fracescere. *i. q. putescere*: VARRO rust. 1, 13, 4 alteram veterem *partem sterculini* tolli in agrum, quod enim quam recens quod conf⟨r⟩acuit melius (*sc. ordo*: quod enim melius quam).

cōnfractio, -ōnis *f.* *a* confringere. GLOSS. θραῦσις, κατέαξις. **1** *proprie*: ITALA Ioel 1, 7 (Weing. Ps. Aug. spec. 112 p. 644, 12. 121 p. 664, 8) posuit ... ficulneas meas in -em (εἰς συγκλασμόν, VVLG. ficum meam decortavit). ITIN. Theod. 4 in Emmau Cleopas cognovit domnum in confractione (VVLG. Luc. 24, 35 in fractione) panis (SEDVL. op. pasch. 5, 30 [carm pasch. 5, 365 fragmine panis]). HIER. vir. ill. 16 -o ossium membrorumque divisio. in Ier. 25, 34 p. 1023 maius eorum (*sc. vasorum*) in -e sit damnum. VVLG. Is. 24, 19 -e confringetur terra (ταραχῇ ταραχθήσεται). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 2

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

per arcuum -es ac ignes et per tormenta omnigena transeuntes. AVG. epist. 140, 50 ramorum. PS. AVG. quaest. test. I 8 post . . . -em tabularum in quibus data lex fuerat (ISID. in exod. 40 *tit.*). *nota*: ORIBAS. syn. 6, 26 ut eis fiat -o carnis ex multitudine(m) frictionis.

5 *ignominia, pudor, saepe etiam pudoris affectio*: ITALA, VVLG., *script. christ.* (GLOSS. II 553, 49. III 443, 26 αἰσχύνη. *v.* TAC. *l. 12.* HIER. epist. Gal. 4, 20 p. 467 -em, quae apud illos αἰσχύνη sive σύγχυσις appellatur. ISID. orig. 10, 61 confusus a -e sceleris appellatus, inde et -o. *cf. etiam* HIL. in psalm. 67, 25 interpretatio nominis Basan pudorem -emque significat. 69, 3 pudor et -o ex dedecore est, aversio ex repulsa est). ITALA prov. 19, 13 (Vind.) -o est patri filius inprudens (αἰσχύνη, VVLG. dolor). eccles. 10, 17 (Aug. civ. 17, 20) in fortitudine et non in -e (ἐν δυνάμει καὶ οὐκ αἰσχυνθήσονται, VVLG. ad reficiendum et non ad luxuriam). Luc. 14, 9 (cod. a, d) cum -e (μετὰ αἰσχύνης, VVLG. cum rubore). Hebr. 12, 2 (cod. h, VVLG.) -e contempta (αἰσχύνης καταφρονήσας). TERT. scorp. 9 plus est autem quod et -i confusionem comminatur (*Matth. 10, 33*). sciebat enim a -e vel maxime formari negationem, mentis statum in fronte consistere, priorem esse pudoris quam corporis plagam. adv. Val. 1 -o praedicatur, dum religio adseveratur. nam et illa Eleusinia haeresis et ipsa Atticae superstitionis, quod tacent pudor est (*i. non religione sed pudore commoti occultant doctrinam suam*). virg. vel. 11 per osculum et dexteras, per quae primum resignarunt pudorem spiritu, per commune conscientiae pignus, quo totam condixerunt -em (*'totam contumeliae coniugalis impudentiam', Oehl.*). DIDASC. apost. 8, 31 mulieres per -em (*i. pudicitiam*) et mansuetudinem religionem ostendite. 37, 6 -em habentes propter divitias suas. PS. AMBR. laps. virg. 4, 14 non istam de te -em expectaverat pater. VVLG. Iudith 8, 19 et in -em inimicis suis (9, 2 III Esdr. 8, 78). 14, 16 mulier . . . fecit -em (*cf.* IV Esdr. 2, 6 des eis -em. SALV. gub. 7, 39 nobis data in summa elatione -o). Iob 8, 22 induentur -e (psalm. 34, 26. 131, 18 I Macc. 1, 29). psalm. 68, 8 operuit -o faciem meam (70, 13 Ezech. 7, 18 Abd. 10 Mich. 7, 10). 88, 46 perfudisti eum -e. prov. 10, 14 os . . . stulti -i proximum est. 12, 4 -e res dignas (18, 13. HIER. epist. 64, 22 secretiora nostra et -e digna). Sirach 4, 25 est -o adducens peccatum et est -o adducens gratiam dei. 20, 24 *et* 25. 25, 29 mulieris ira et irreverentia et -o. 29, 19 qui perdiderit -em, derelinquet sibi. 42, 1 eris vere sine -e. Is. 30, 3 et erit vobis fortitudo Pharaonis in -em (ITALA Wirc. in corruptionem, εἰς αἰσχύνην). 42, 17 confundantur -e (Ier. 6, 15. 8, 12). 45, 16 abierunt in -em (RVFIN. Adamant. 1, 17 in . . . -em . . . venisset. VVLG. Os. 9, 10 abalienati sunt in -em). Ier. 3, 24 -o comedit laborem patris (*cf.* 20, 18 consumerentur in -e dies mei. Mich. 2, 6 non comprehendet -o). 11, 13 posuisti aras -is (βωμοὺς θυμιᾶν τῇ Βάαλ). Ezech. 16, 7 -e plena (16, 22). Dan. 3, 33 -o et opprobrium facti sumus. 3, 40 non est -o confidentibus in te. Os. 10, 6 -o Ephraim capiet. Hab. 2, 10 cogitasti -em domui tuae. Soph. 3, 5 nescivit iniquus -em. HIER. in Is. 29, 22 p. 399 ut rubor atque -o occasio sit salutis. RVFIN. Adamant. 1, 28 Megethius victus cum -e discessit (OPTAT. 1, 16 p. 18, 20 correpta cum -e irata discessit). AVG. civ. 20, 23 et multi dormientium in terrae aggere exurgent: hi in vitam aeternam, et hi in opprobrium et -em aeternam (*cf.* Dan. 12, 1 *sq., ubi* VVLG. in opprobrium. HIER. epist. 119, 7 resurrecturi . . . in -em aeternam. *ab hac confusione aeterna discernunt script. eccl. temporalem; cf.* AVG. in psalm. 30 serm. 2, 5 -em perhorresco, quae est in aeternum. nam est quaedam -o temporalis utilis, perturbatio animi respicientis peccata sua, respectione horrentis, horrore erubescentis, erubescentia corrigentis). AVG. civ. 22, 17 libido . . ., quae -is est causa. gen. ad litt. 11, 35 p. 369, 19 habet deformitatem -is et non habet confessionis humilitatem. c. Iul. 4, 16, 82 si, cum nudi essent, non confundebantur, restat, ut -e se texerint. -em inhonestatis esse non dubium ideoque dictum est . . ., ut appareat -e factum, quod postea pudenda texerunt. nupt. et concup. 2, 22, 37. CASSIAN. inst. 4, 6 cum -e et nota coram cunctis fratribus . . . pellatur. 4, 9. 4, 29 -is verecundia. PROSP. in psalm. 122, 3 superbia transierit in -em. SALV. gub. 7, 29 ut hoc nobis in -em caderet. RVRIC. epist. 2, 13 p. 392, 22 os nostrum per confessionem -is (*i. gemitus*) effundat. FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 13, 26 (*opp.* elatio). VICT. VIT. 2, 51 oppressi -e. EVGRAPH. TER. Eun. 908 erubesceris ex veste et -em pateris. NOVELL. Iust. 28, 4, 2 dispendio et -e (ζημίας τε καὶ αἰσχύνης). 30, 7 pr. cum impietate et -e (ἀσεβείᾳ τε καὶ αἰσχύνῃ). *c. gen. personae, quae ignominia afficitur (gen. obi.)*: TERT. orat. 5 -o nationum. AMBR. in psalm. 43, 68 *sq.* est autem et -o Christi, sicut ipse ait: qui me -sus fuerit . . . (Matth. 10, 33). bona ergo -o. plerisque tamen huiusmodi -o Christi amara est . . . . AMBROSIAST. in Rom. 3, 18 Iudaeorum. in I Cor. 2, 7. 11, 7 ad -em diaboli. VVLG. I reg. 20, 30 in -em ignominiosae matris. I Esdr. 9, 7 in -em vultus (Ier. 7, 19. faciei: Os. 43, 16 Bar. 1, 15. 2, 6 Dan. 9, 7 *et* 8). Sirach 3, 12. 20, 28. 22, 3 patris. Is. 54, 4 adolescentiae tuae. Ezech. 36, 6 gentium (36, 15). Soph. 3, 19 Phil. 3, 19. HIER. epist. 125, 6 gentilium. in Is. 24, 21 p. 338 ruborem lunae et -em solis. PELAG. in Gal. 4 p. 817[A] detrimentum discipulorum -o est magistri. SERM. de conf. diab. Archiv 14, 257 incipit sermo de -e diaboli et inferni. *cum pron. poss.*: COMM. apol. 465 -o vestra. VVLG. psalm. 39, 16. 68, 20. 108, 29 operiantur sicut diploide -e sua (*cf.* PROSP. in psalm. 108, 29 diploidis pallium duplex est, per quod inimicis Christi duplex denuntiatur -o, hoc est intus et foris, coram deo scilicet et coram hominibus). Is. 61, 7 pro -e vestra duplici et rubore. Ier. 3, 25. 10, 17 Ezech. 16, 52. 32, 30. 36, 7. 39, 26. 44, 13. Iudas 13 despumantes -es suas (κύματα . . . ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας). BACHIAR. repar. laps. 10. SERM. Corp. Vind. 21 p. 269, 5 foeditates et -es nostras. *c. gen. rei (causae)*: COMM. instr. 2, 8, 4 -o culpae. HIL. in Matth. 21, 9 turpitudinum. HIER. in Is. 50, 4—7 p. 579 faciem . . . meam non averti a -e sputorum (ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων, VVLG. ab increpantibus et conspuentibus in me). VVLG. II Macc. 5, 7 insidiarum suarum. I Petr. 4, 4 luxuriae. apoc. 3, 18 nuditatis tuae. ZACCH. 1, 23 p. 1092[B] -o deformitatis. OROS. hist. 7, 43, 19 incredulitatis. *nota*: TERT. idol. 13 reus es -is in deo. *pro concreto de partibus pudendis*: ITALA lev. 18, 7 (Lugd.) -em denudare (ἀσχημοσύνην ἀποκαλύπτειν, VVLG. turpitudinem discooperire).

6 *t. t. Ictorum (cf. Leonhard, PW. IV 873)*: *commixtio inseparabilis*: PAVL. dig. 6, 1, 23, 5 feruminatio per eandem materiam facit -em, plumbatura non idem efficit. *coniunctio, communicatio rationum*: PAPIN. dig. 35, 2, 11, 6 propter calculi -em. VLP. dig. 12, 6, 26, 4 -o partis rei cum pecunia. PAVL. sent. 5, 9, 4 bonorum -em excepto peculio castrensi facere. COD. Iust. 9, 49, 8, 1 -em bonorum et donationis. *communicatio iuris duarum personarum, quibus actio, obligatio etc. tollitur*: MOD. dig. 46, 3, 75 -o peremit actionem. CLEM. dig. 34, 3, 21, 1 -e perinde extinguitur obligatio (SCAEV dig. 46, 3, 93, 2 PAPIN. dig. 46, 1, 50 VLP. dig. 46, 3, 43 PAVL. dig. 35, 2, 1, 18. 46, 1, 71 pr.). mandator allegabat se -iure -is, quia fiscus tam creditori quam debitori successerat. FLORENT. dig. 30, 114, 4 -e dominii extincta est servitus. VLP. dig. 18, 4, 2, 18 propter -em desinit usus fructus ad eum pertinere. 46, 4, 6. *t. t. grammaticorum*: *i. q. contractio*: TER. MAVR. 414 duas partes in unam (ὁ αὐτός in ὡὐτός) contrahat -o. *i. q. compositio*: VEL. gramm. VII 61, 1 abs vero neque nominibus neque his partibus orationis, cum quibus in -em non venit, adiungitur. CASSIOD. gramm. VII 162, 2. *communicatio terminationum vel formarum (cf. p. 266, 84)*: PRISC. gramm. III 198, 12 sciendum, quod pronomina, quae σύζυγα Aristarchus vocat, trium personarum primitiva seu derivativa invicem pro se poni per -em personarum ideo nec figurate possunt. SERV. Aen. 1, 20 arces: per -em verbi et nominis dictum est; nam arces est verbum, arceo, arces, cum non sit nomen. 4, 347 et potest hoc verbum interdum per -em verbi et nominis poni ut amor, amaris et hic amor, huius amoris. *confusio rhythmorum* (PRISC. gramm. III 425, 17 *cf. p. 266, 70*): TER. MAVR. 1598 haec sibi quaeque prius distinguere metra paramus, heroa primo, mox adire iambica, alternae ne quam impediat -o silvae. *apud rhet. species quaedam hyperbati* (σύγχυσις): SERV. Aen. 2, 348 synchysis i. e. hyperbati longa -o (*cf.* DIOM. gramm. I 461, 8 synchysis est hyperbaton obscurum, hoc est ex omni parte -um).

cōnfūsor, ōris *m. a* confundere. *is qui confundit, perturbat*: AVG. in psalm. 32 serm. 2, 5 non enim neglegenter praetereundum est propter quosdam iniquos discretores et turbulentos -es.

cōnfūsus *v.* confundo *p. 265, 48.* *Meister.*

cōnfūtātio, -ōnis *f. a* 2 confutare. RHET. HER. 1, 3, 4 inventio in sex partes orationis consumitur: in exordium, narrationem, divisionem, confirmationem, -em (CIC. inv. 1, 20 reprehensio), conclusionem (3, 9, 16). *ibid.* -o est contrariorum locorum dissolutio. 1, 10, 18 tota spes vincendi ratioque persuadendi posita est in confirmatione et in -e. 2, 1, 1. 2, 2, 2. 2, 30, 47. 3, 4, 8 (*v. p. 271, 58*). 3, 6, 11. 3, 10, 18. DON. Ter. Phor. 477 refutatio in rem est, -o in personam. RVFIN. Adamant. 5, 16 adest protinus manifesta -o (ἔλεγχος) quae arguit eum inique proposuisse. hist. 4, 7, 6 -em Basilidis validissimam. HIER. epist. 68, 2 haereticorum. CASSIAN. Nest. 1, 2, 5 neque enim nunc ad dicendum commemorationem praeteritorum, sed -em novorum sumpsimus. SALV. gub. 7, 1 sufficere ad -em obiectionis istius. CLAVD. MAM. anim. p. 171, 21 minus profecto in -em sui penes consilii vigidos habere laboris debent. p. 188, 10 non modo sola falsi -o, sed veri etiam coegit adstructio. ENNOD. dict. 23 p. 497 (*opp.* defensio).

cōnfūtātor, -ōris *m. a* 2 confutare. GLOSS. lib. gloss. defensor, criminis destructor. HIER. vir. ill. 33 Bardesanes primum Valentini sectator, deinde confutator.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. cōnfuto, -āre; *cf. c.* confuit. PAVL. FEST. p. 89 Cato hoc (*sc. confutare*) pro saepius fuisse posuit.

2. cōnfūto, -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* refutare, *v. s. v.* futo. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 89 futare arguere est, unde et -are. GLOSS. συνελέγχω, ἀπελέγχω. increpo. -at: ἀνατρέπει. -are: confundere, convincere. -atus: convictus, convictus vel confusus, reprobatus. *vox non nimis frequentata: legitur* (*praeter* TITIN. CATON. VARRON.) *apud* PLAVT. LVCR. QVINT. decl. TAC. *singulis locis,* TER. *bis,* RHET. Her. LIV. *ternis,* CIC. *sexies.*

1 *aliquem:* **a** *refutare, coarguere, redarguere:* NON. p. 249 reprimere, convincere. PLAVT. Truc. 349 ego istos, qui nunc me culpant, -verim. TER. Haut. 949 hic ita ut liberos est aequom dictis -bitur (SCHOL. p. 125 castigabitur). Phorm. 477 -vit (DON. verbis convicit, ut si diceret 'refutavit'. SCHOL. p. 133 devicit) verbis admodum iratum senem. VARRO Men. 249 harum aedium summetria -bat architectones. CIC. nat. deor. 1, 5 qua . . . in causa et benevolos obiurgatores placare et invidos vituperatores -are possumus. TIRO frg. Gell. 6, 3, 13 *sensus iudicum* honorificis verecundisque sententiis commulcere, non iniuriis atque imperiosis minationibus -are. TAC. ann. 15, 51 nullis testibus innisum facile -vit. GELL. 5, 10, 16 *a discipulo* magister . . . suo sibi argumento -atus est. APVL. met. 9, 6 sic -atus maritus. NOVATIAN. trin. 10 p. 902[D] omnes istos et nativitas domini et mors ipsa -at. LACT. inst. 4, 24, 10 (*syn.* redarguet). ZENO 1, 1, 5 *lex* te . . . -bit. 2, 24 deus Iudaicum populum increpatione -at. 2, 23 obiurgatione. MAXIMIN. c. Ambr. 119 cum in omnibus -reris et superatum te cerneres esse. HIER. in Is. 55, 4 p. 647 superbientem Pilatum hoc sermone. VVLG. Iob 11, 3 et cum ceteros irriseris, a nullo -beris (ἀντικρίνεσθαι). RVFIN. hist. mon. 19 p. 441[A] verbis blasphemis et impiis -bant *eum gentiles.* AVG. civ. 1, 36 adversus eos dicetur, qui manifestissimis documentis -ati atque convicti conantur asserere (5, 26). CASSIAN. inst. 11, 2 -atus incentor (*syn.* deiectus adversarius). SACR. Leon. p. 356 eos, qui nos moliuntur insimilare, -a. CASSIOD. inst. div. 16 p. 1132[D] paganitas . . . a vero domino -ata discessit. *nota:* APVL. met. 9, 10 nec isto saltem tam nefario scelere impuratissima illa capita -ari terrerive potuere. **b** *in iudicio i. q. convincere:* LIV. 8, 18, 8 *matronae* ab -ante indice bibere iussae *medicamenta.* AMM. 18, 1, 4 cum infitiatione defenderet obiecta nec posset in quoquam -ari. 29, 1, 35 -bant Theodorum litterae suae. *cf.* 14, 9, 6 nec confessus nec -atus. VOPISC. Tac. 2, 4 reversis ad bonam mentem omnibus eisdemque ab exercitu graviter -atis. COD. Theod. 11, 25, 1 (*a. 393*) ut, qui perperam vel petita vel erogata notaverit, -etur. *alicuius rei:* PANEG. 12, 43 nisi famam -are mendacii teque purgare eodem teste quo insimulatore voluisses. HIL. trin. 7, 24 ineptiam ridiculi opprobrii. COD. Theod. 11, 8, 1 (*a. 397*) si quis exactorum superactionis crimen fuerit -atus (COD. Iust. 10, 20, 1, 1 in s. crimen). de: RVFIN. hist. 2, 14, 4 per . . . Petrum de his quae gerebat sceleribus -atus (κατεφωράθη ἐφ' οἷς). BACHIAR. fid. 2 me de patrio errore. *adde:* AMM. 21, 12, 18 -batur ut fallax. *seq. inf.:* AMM. 17, 9, 5 nobis velut contra rem publicam tot suscepisse labores et pericula -atis. 19, 12, 12 sacrificasse aliquotiens -atus. 26, 3, 1. 26, 3, 4. 29, 5, 43. *in aliquem:* OROS. apol. 6, 3 ego certe non nego *adiutorium dei,* praesertim cum e contrario in haereticos -arim.

2 *aliquid: sedare, comprimere:* TITIN. com. 128 cocus magnum ahenum, quando fervit, paula -at trua (NON. p. 87 confundere vel commiscere. p. 249 commovere, *non recte*). *debilitare, infirmare, frangere, reicere, spernere; opp.* confirmare: CATO orig. 95[a] ne quid in consulendo advorsi eveniat, quod nostras secundas res -et. RHET. Her. 2, 20, 31 quae sint, quae reprehensione -ari conveniat, quae tacite contemni atque vitari sine reprehensione. 3, 4, 8 confirmatione et confutatione utemur, nostris locis, quos ante ostendimus, confirmandis, contrariis -andis. 3, 13, 23 contentio est oratio acris et ad confirmandum et ad -andum adcommodata. CIC. Scaur. 19 quae potest eloquentia disputando ignoti hominis impudentiam -are? nat. deor. 2, 45 cuius orationis levitas -ata a Cotta non desiderat orationem meam. div. 1, 8 sic disputat, ut Stoicorum magis argumenta -et quam hominum deleat religionem. Tusc. 5, 88 eos ipsos *dolores* inventorum suorum memoria et recordatione -at. part. 134 audaciamque confutet (computet *A*) eius . . . qui factum defendat. LVCR. 4, 488 an hunc porro tactum sapor arguet oris, an -bunt nares oculive revincent? LIV. 6, 26, 7 *crimina* revicta rebus verbis -are. 37, 10, 2 verba magnifica eius rebus. QVINT. decl. 349 p. 375, 13 indulgentiam meam. PLIN. dub. serm. frg. Charis. gramm. I 129, 19 exemplis hanc regulam -are. FRONTO p. 123, 1 N. *eloquentia* virtutem cohortatur, vitia comfutat. GELL. 14, 1, 34 *testimoniis* huiuscemodi ambages fallaciosae -antur. APVL. apol. 65 omnem suspicionem criminis abunde -atam. QVEROL. p. 7, 6 vanam hominis scientiam. CAPITOL. Ver. 11, 4 quod . . . totum purgatum -atumque respuimus. HIER. epist. 57, 12 syllogismos Aristotelis. 60, 60 prava non acriter -are, disputantem contra se magis docere quam vincere. 102, 3 delirantis imperitique mendacium ac vecordiam. 108, 25 breviter haeresim (143, 2 non ut convincam haeresim emortuam, sed ut imperitiam atque blasphemiam nostris sermonibus -emus). RVFIN. hist. 4, 24 perversas obiectiones . . . -ando (διευθύνοντες). apol. 1, 43 Origenis dicta vehementissime. MAXIMIN. c. Ambr. 109 tuis responsis -atis. AVG. civ. 22, 12 responsionem nostram de locis vulnerum. THEOD. PRISC. log. 46 ne variarum curarum vel beneficiorum merita -entur. MAR. MERC. subnot. praef. 14 exorbitationes illius a catholica veritate . . . -amus, convincimus et deflemus. ZACCH. 1, 28 nec potest recurrentibus -ari *obiurgatio.* OROS. hist. 1, 8, 7 fallax malitia -anda est. LEO M. serm. 29, 2 impietas Iudaeorum. VAL. CEM. hom. 15, 3 praecedentes vitae actus proprio -are iudicio. 17, 6 vincenda est avaritia, -anda iracundia. CASSIOD. inst. div. 1 p. 1110[B] haeresis -ata. *nota:* APVL. met. 11, 3 quae longe longeque etiam meum -bat optutum, palla nigerrima (*i. perturbabat*).

cōnfutuo, -ere *a* con *et* futuere. CATVLL. 37, 5 quicquid est puellarum confutuere.

cōnfutūrus *v.* confuit.

congarrio, -īre *a* con *et* garrire. FRONTO p. 182, 3 N. Fronto iste nullum verbum prius neque frequentius congarrit quam hoc: 'da'.

congaudeo, -ēre *a* con *et* gaudere *fictum ad gr.* συγχαίρειν. *legitur non ante* ITALAM. [*francog.* conjouir. *M.-L.*]

1 GLOSS. V 183, 15 congaudebat: simul gaudebat. 183, 16 -et: pariter gaudet. II 440, 52 συγχαίρω. *alicui et alicui rei:* ITALA gen. 21, 6 quicumque autem audierit, -bit mihi (συγχαρεῖται, VVLG. corridebit). prov. 8, 30 (Ps. Ign. ad Tars. 6) -bat mihi quotidie (ᾗ προσέχαιρεν, VVLG. delectabar). Luc. 15, 6 *et* 9 (cod. d) -ete mihi (συγχάρητέ μοι, VVLG. congratulamini mihi). Rom. 12, 15 (Tert. ieiun. 13) -ere congaudentibus (χαίρειν μετὰ τῶν χαιρόντων, VVLG. gaudere cum gaudentibus). I Cor. 12, 26 (*et* VVLG.) -ent omnia membra (*opp.* compatiuntur; *cf.* AVG. epist. 182, 20 CASSIOD. hist. 1, 13 p. 903[B]). 13, 6 -et autem veritati. Phil. 2, 17 (Tert. scorp. 13 Theod. Mops. *ad l.*) gaudeo et -eo omnibus vobis perinde et vos gaudete et -ete mihi (VVLG. congratulari). PS. ORIGEN. tract. 1 p. 7, 20 hominem -entem legi dei (*cf. p. 122, 64*). PS. AMBR. laps. virg. 1, 2 ecclesiae gaudio -etis (*opp.* conlugeo). serm. Sess. 126, 6 frater vel -ens fratri (AVG. serm. ed. Mai 94, 1 si filii hominum . . . fratribus suis germana caritate -ent). AMBROSIAST. in Rom. 1, 12 fidei illorum. 11, 19 ut magis saluti -eatur. 12, 6 ut membrum . . . non perstrepat alteri sed -eat (RVFIN. apol. 1, 42 -et membrum membro. HIER. in Eph. 4, 16). 16, 24 bono coepto illorum. in II Cor. 12, 20 ut invicem -eant sibi. PAVL. NOL. epist. 32, 5 hinc senior sociae -et turba catervae. 46, 1 sicut anxiis compatimur, ita -emus hilaratis. AVG. civ. 10, 19 nobis favent nobisque -ent. serm. 280, 6 meliorum virtutibus. 325, 1 nobis. conf. 3, 2, 3 in theatris -bam amantibus. 11, 31, 41 luci tuae. PS. AVG. serm. 66, 1 -e et noli nimis laudare. CASSIAN. conl. 9, 28, 2 quantum mihi in illa lacrimarum perfusione -o. MAX. TAVR. serm. 30 omnis creatura nostrae saluti -et. 79 sibi ipsa. VICT. VIT. 2, 6 maximus iuvenum numerus atque adulescentularum sibimet in commune -ens. FVLG. RVSP. epist. 3, 1, 1 quantum congratuler atque -eam. 6, 1, 1 in ipso *deo* tibi. CASSIOD. hist. 4, 29 p. 977[D] -o vobis et ego. CORIPP. Iust. 1, 362 omnia -ent. MART. BRAC. sent. patr. 108 neque -eas ei qui facit proximo malum. ALC. AVIT. epist. 46[a] p. 76, 26 -o (congaudi *ed. pr.*) misso, invideo vos visuro. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 129 doctrinae eruditionique. hist. 9, 14 p. 1132[D] vestram reverentiam -ere deposcimus. var. 8, 11, 3 -ete nunc meis auspiciis. GREG. M. epist. 9, 222 multum tibi . . . condelector atque -o. *cum praepos.* cum: CYPR. epist. 53 te quoque nobiscum pari voto -ere. AMBROSIAST. in II Cor. 8, 19 ut -rent cum eis.

2 *vehementer gaudere:* CHROMAT. beat. 8 non tantum ut sustineant patiendo, ut moriendo -eant. VEN. FORT. carm. 3, 12, 13 cernit frugiferos -ens incola sulcos. de *aliqua re:* PS. RVFIN. in psalm. 20, 1 propheta -ens de exaudita oratione. PAVL. MED. adv. Cael. 4 de quo. CASSIAN. conl. 12, 4, 3 de conlata sibi purificatione (24, 11, 3 super eorum prosperitate -eas). AVELL. p. 111, 6. SACR. Leon. p. 349 -et . . . corpus ecclesiae de sublimium glorificatione membrorum. ENNOD. epist. 8, 43 p. 227, 24 de visione vestra. APRING. in apoc. 22, 3 in visione faciei et praesentiae illius dulcedine -entes. *aliqua re:* AVG. civ. 10, 7 creatoris sui participatione -ent. serm. 35, 2 mutua dilectione. SVLP. SEV. epist. 2, 11 laetus ulceribus -ensque cruciatibus. PAVL. NOL. epist. app. 1, 8 fructibus tuis. CASSIAN. conl. 4, 11, 3. 12, 12, 3 non solum nullis iam commoveatur iniuriis sed etiam . . . -eant. ENNOD. carm. 2, 95, 7 spiritus aetheria -et lucidus arce. 2, 120, 1 captivo stultus -et stemmate vatis. FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 1 quantum tuo studio -eam. CASSIOD. var. 8, 31, 5. hist. 4, 25 p. 975[C] iniqua conversatione. Ios. c. Ap. 1, 60 mercimoniis. 2, 269. 270. 2, 295 mendacii derogatione. IORD. Get. 108 regiae urbis vicinitate. NOVELL. Iust. 22, 15, 2 circensibus. VEN. FORT. Mart. 2, 148 ubere fletu. GREG. M. epist. 3, 47 meritis tuis valde -o. *cum accus.:* GREG. TVR. vit. patr. 11, 2 caeleste munus -ens. CORIPP. Iust. 2, 94 omnia visum -ent elementa diem. *seq. acc. c. inf.:* AVG. serm. ed. Mai 176 spiritum sanctum se suscepisse. POSSID. vit. Aug. 18 paganos ecclesiae dei sociatos esse -ens. SVLP. SEV. dial. 3, 1, 2. RVRIC. epist. 1, 12 p. 365, 16 me . . . finitimum vobis esse -o. 2, 13 p. 390, 27. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 30 earum nomine vocari -ent. CONC. Asp. a. 551 p. 114, 25 sibi . . . concessa esse. CAES. AREL. epist. de hum. 3 Christo se . . . adhaerere. VEN. FORT. carm. 4, 26, 134. FERREOL. regul. 34 soli deo vacandum -eat. *nota:* IORD. Get. 172 Africa . . . revocata hodieque -et.

congelāsco, -ere [*cf. c.* congelare *et c.* gelascere. *Th.*]. congelesco *traditur:* AMBR. Noe 15, 50 HIER. tract. in psalm. I p. 304, 25

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PS. AVG. serm. 57, 1 VEREC. in cant. 8, 8. GLOSS. IV 322, 15 -it coit, miscitur. V 183, 17 -unt gelant frigore. *i. q. frigore durescere*: GELL. 17, 8 *tit.* cur oleum saepe et facile, vina rarius -ant, acetum haut fere unquam. 17, 8, 8. 10 (MACR. sat. 7, 12, 28). PORPH. Hor. epist. 1, 3, 3. IVL. VAL. 2, 26 *Stranga flumen* stringitur et -it. AMM. 22, 15, 5 in subiectis septentrioni spatiis magnitudines nivium -ere (congeluere *V*). AMBR. spir. 3, 4, 21 -entibus fluctibus in medio mari. Noe 15, 50 (*opp.* solvi). HIER. in Is. 23, 1 p. 321 'Chetim' interpretatur mare -ens. tract. in psalm. I p. 304, 25 si quando aqua -escit, crystallum efficit (*syn.* congelatur). AVG. gen. ad litt. 3, 4, 6 p. 66, 20 nam et humor privatione caloris -it et... ignis frigescere non potest. in Iob p. 875, 44 per superbiam elati in alto more nivis -unt et cadunt. in psalm. 77, 27. MACR. sat. 7, 12, 29 calidiora difficilius -ere. 7, 12, 32 superficies maris -it. IORD. Get. 280 *Danubius* fluvius. *in imagine*: AVG. in psalm. 124, 1 cor eorum -it adversus deum et fit durum adversus imbrem gratiae eius. PS. AVG. serm. 57, 1 nec permittatis ut in vobis semen verbum dei peccatorum frigore -escat. VEREC. in cant. 8, 8 *mens* frigido quodam rigore miserabiliter -escit.

congelātio, -ōnis *f. a* congelare. GLOSS. παγετός (*cf.* II 575, 19). SEN. nat. 4, 3, 6 grando nihil aliud est quam suspensa glacies, nix [in] pruina pendens -o. COLVM. 4, 8, 2 *hiemalis aqua* brumae -bus nova vulnera peruret. PLIN. nat. 31, 33 minui certe liquorem omnem -e. IVL. VAL. 2, 27 primitias -is *fluminis* invadere.

congelo, -āvī -ātum, -āre *a* con *et* gelare. *perf.* congeluit *v. l. 27. 61 cf. l. 7.* [*sic.* kuñilari. *M.-L.*]

I *transitive*: GLOSS. II 442, 49 συμπήσσω. 104, 1 -at συνπήσσει, κρυσταλλοῖ. IV 43, 7 congeluit induravit. **a** *frigore indurare*: **1** *proprie*: VARRO rust. 1, 2, 4 in oceano in ea parte ne navigari quidem posse dicunt propter mare -atum (PLIN. nat. 4, 94 quod nomen [*sc. Amalchius Oceanus*] eius gentis lingua significat -atum). VITR. 6, 6, 3 non enim debet oleum -ari sed tepore caloris extenuari (COLVM. 1, 6, 18 *oleum* si -atur, fracescet. 12, 52, 12 quodsi frigoribus oleum cum amurca -bitur). 9, 1, 16 *Saturni stella* quod tangit -atas caeli regiones, vehementer est frigida. COLVM. 3, 12, 1 quoniam *praegelidum solum* vel⟨ut⟩ stupentes et -atas radices nimio frigore moveri non sinat. PLIN. nat. 18, 277 *luna* quotiens alget ... cadentes pruinas -at. ITALA Ios. 3, 16 (Lugd.) *aqua* stetit -ata (πῆγμα, VVLG. ad instar montis). SERV. georg. 3, 366 stillicidium -atum stiriam dicit. HIER. tract. in psalm. I p. 304, 21 aquae -antur. BOETH. anal. post. 2, 11. IORD. Get. 18 -ato mari ob nimium frigus. 280 amne Danubii solite -ato. *adde*: ARNOB. nat. 1, 11 quia frigus -are, constringere sanguinis tui fervorem solet, idcirco in mundo hiems esse non debet? **2** *translate et in imagine*: VAL. FL. 3, 575 ceu pectora nautis -at hiberni vultus Iovis agricolisve. MART. 14, 147 quid prodest *stragula villosa*, si te -at uxor anus. AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 13 ut ... etiam quicunque resuscitatur, -atis coniugii cupiditatibus, resurgere frigidus videretur. AVG. serm. 302, 2 cordibus pigris et duris et terreni stuporis glacie -atis. ISID. sent. 2, 10, 4 ars vero divini timoris plerosque habet sectatores languidos, pigritiae inertia -atos. **b** *cogere, constringere*: OV. met. 11, 60 *Phoebus* in lapidem rictus serpentis apertos -at et patulos ... indurat hiatus. VITR. 8, 3, 7 salem -atum (FABIAN. frg. Char. gramm. I 106, 14 sal ex arido -atum est). 8, 3, 10 *sucus* a solis et aeris calore cogitur -ari. SEN. nat. 2, 53, 1 quem (*sc. humorem*) coegit -vitque *fulmen* (*ibid.* gelatum). COLVM. 7, 8, 6 *lac.* SCRIB. LARG. 271 ubi se -verit adeps. MART. 11, 98, 7 nec -ati gutta proderit nasi. PALLAD. 4, 15, 1 rosmarinus aqua mulsa decoctus -atur. 6, 9, 3 aliqui thymum tritum ... -ant. VINDIC. med. 1 semen matrici appositum -atur. 2 si quid sanguinis in matrice remanserit, semine -etur. *nota*: EPICED. Drusi 113 -at *Livia* interdum lacrimas duratque tenetque.

II *intransitive i. q. congelascere*: GLOSS. V 183, 18 congeluit induruit. *cf.* IV 499, 17 concaluit induruit. **a** *frigescere*: OV. trist. 3, 10, 30 caeruleos ventis latices durantibus Hister -at. AVG. serm. 135, 8 ad ignem stetit *Petrus*, timore frigido -vit (*syn.* friguit). *translate i. q. torpescere*: CIC. epist. 2, 13, 3 gaudebam sane et -asse nostrum amicum laetabar otio. AVG. ord. 1, 10, 30 in torporem inertiae -bitis. epist. 140, 55 ubi abundante iniquitate friguerant et quodammodo -verant. **b** *durescere, concrescere*: OV. met. 6, 307 ipsa quoque interius cum duro lingua palato -at *Niobes dum in saxum vertitur*. 15, 415 quicquid vesica remisit, vertitur in lapides et -at aëre tacto. PASS. Petr. Paul. long. 35 sanguis ... -verat.

congeminātio, -ōnis *f. a* congeminare. PLAVT. Poen. 1296 quid hoc est conduplicationis? quae haec est -o? (*sc. amplectentium*). CASSIAN. conl. 21, 32, 4 gratia -e iniuriarum vel caedis ... nostram patientiam vult probari. *t. t. grammaticorum*: GLOSS. -o dictionis ἀναδίπλωσις. *cf.* DIOM. gramm. I 445, 11 DON. gramm. IV 398, 1 CASSIOD. in psalm. 23, 11 *al.* ISID. orig. 2, 21, 3 verborum. DON. gramm. IV 398, 12 epizeuxis est eiusdem verbi in eodem versu sine aliqua dilatione -o.

congemino, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* geminus *vel* geminare. *Th.*]. *vox poetica*: PLAVT. *semel*, VERG. SIL. STAT. Theb. *binis locis*, VAL. FL. *quater; oratorum primus utitur* APVL.

1 *absolute, fere i. q. duplicem fieri*: PLAVT. Amph. 786 nunc si patera pateram peperit, omnes -vimus. **2** *conduplicare, multiplicare, augere*: VERG. Aen. 11, 698 validam perque arma viro perque ossa securim altior exurgens ... -at (*i. ictus securis*; VAL. FL. 6, 379 gravem nodis auroque securem). 12, 714 crebros ensibus ictus -ant (VAL. FL. 2, 535 vastos nodosi roboris ictus -at. CORIPP. Ioh. 4, 1120 Iust. 4, 22). VAL. FL. 2, 201 novam pavidas vocem furibunda per auras -at *Venus*. 4, 71 -ant amnes rupesque fragorem Caucaseae (STAT. Theb. 6, 42 alium ex alio quamquam lassata fragorem pectora -ant). 6, 513 victores patrium contra paeana Geloni -ant. SIL. 3, 196 -at sonitus rupti violentia caeli (CORIPP. Ioh. 4, 397 -at ... unda sonos). 16, 267 fremitu suspiria rauco -ans. STAT. Theb. 1, 116 fera sibila crine virenti -at *Tisiphone*. APVL. Plat. 1, 9 substantiam mentis huius numeris et modis confici -atis ac multiplicatis augmentis. IVL. VAL. 1, 26 multum -asse maiestatis eius (*sc. Romae*) magnificentiam. ARNOB. nat. 6, 26 *ut* tanto se magis maleficia -ata multiplicent. OPT. PORF. carm. 28, 18 ardorem sol sibi -at. AVSON. 408, 22 -atus *senarius*. AMM. 28, 1, 12 ut -ata potestas (*i. duo magistratus*) altiores consarcinaret aerumnas. AMBR. virg. 2, 2, 8 *ad officia* -atos ieiunio dies. in psalm. 118 serm. 16, 26 bene geminos creant, quia -ant sensus suos. HIER. in Is. 15, 3 p. 269 ut non unum maerorem, sed plura maeroris additamenta -ent. 23, 16 p. 232 assume nunc citharam, -a carmina. 31, 4 p. 423 *aves* dolorem ... pectoris garrula voce -ant. in Ezech. 6, 18 p. 213 *superbus* omnia in se peccata -at (epist. 36, 2 peccatis peccata -ans). epist. 18, 16 taedium sui prolixitate. 98, 22 in nos maledicta. VVLG. II reg. 3, 34 -ansque (*sc. planctum regis*) omnis populus flevit (συνήχθη τοῦ κλαῦσαι). AVIAN. fab. 22, 9 quae speraverit unus, protinus haec alter -ata (congemina *A P*, -ate *V*¹) feret. IVL. HON. cosmogr. A 45 Nilus ibi -atur. VAL. CEM. hom. 20, 3 dum ultionis locus quaeritur, -atur homicidium. EVGRAPH. Ter. Ad. 969 benevolentiam. LIB. geneal. chron. I p. 182, 442 bellorum fragores poenarumque lues sibi invicem -ati succedunt. CASSIOD. in psalm. 3 p. 44ᶜ *auxesis* addendo quaedam nomina per membra singula rerum augmenta -at. CORIPP. Ioh. 4, 573 vulnera -ans variato verbere cornu *taurus* (8, 557). ARATOR ad Parth. 76 cumque simul violas et lilia carpere mallem, quae vetus atque novus -vit odor. *nota*: PRISC. fig. num. gramm. III 414, 9 *dispertitiva* in semper pluralibus -atis ponuntur, ut 'bina moenia'. SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 62 cumulus divitiarum grandem hominem -at. **3** *in oratione i. q. repetere*: HIL. in psalm. 61, 5 id quod sibi maxime salutare est, sanctus iste etiam diapsalma interveniente -at. GAVDENT. serm. 17 se esse Christianum clamore ingenti -at. ALTERC. Heracl. p. 147, 7 -bant vocibus, dicentes. AMM. 25, 6, 13 cum haec saepe -ando refragaretur in cassum. SCHOL. Cic Bob. p. 228, 24 *vocem 'hoc'* vehementer -vit, ut attentiores animos iudicum faceret. p. 316, 5. HIER. adv. Rufin. 3, 32 tu iactanter laudatum te esse -as. epist. 123, 11 illud laetabunda -et. PS. RVFIN. in Ioel 1, 15 *sq.* exclamationem ... bis terque -ans. EVGRAPH. Ter. Eun. 335 *'heus, heus'* -at quasi revocationem et salutationem. Phorm. 199 parum intellegenti -at sensum. **4** *contrahere, continuare*: HYG. fab. 29 p. 63, 12 *Iuppiter* tam libens cum *Alcmena* concubuit, ut unum diem usurparet, duas noctes -ret. *congerere*: PS. AMBR. serm. 48, 5 aurum, gemmas -ans *iuvenis puellae*.

congeminus, -ī *m. a* con *et* geminus; *cf.* congeminare. AVG. in psalm. 77, 9 Esau -o suo ... Iacob *praelatus est*, sic Phares et ipse -um suum ... praecessit.

congemīsco, -ere [*cf. c.* congemere *et c.* ingemiscere. *Th.*]. congemesco *traditur*: TERT. spect. 30 HIL. in psalm. 58, 7. 60, 2 AMBR. hex. 4, 1, 4 MARCELL. chron. II p. 95, 501, 2. ITALA Rom 8, 22 (Hier. hom. Orig. in Ezech. 14 p. 916) omnis creatura -it (συστενάζει, VVLG. ingemiscit) et condolet usque adhuc (*cf.* AMBR. hex. 4, 1, 4. 4, 8, 31 illa -it et comparturit in sua mutatione. HIER. in Is. 51, 6 p. 588 omnis creatura -it et parturit. in Ier. 2, 12 p. 847 -it et condolet super peccatis hominum. in Ezech. 8 praef. PELAG. in Rom. 8 p. 683ᶜ RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 39). TERT. spect. 30 tot spectans reges ... cum Iove ipso et ipsis suis testibus in imis tenebris -escentes? HIL. in psalm. 58, 7 cum se dispersos ... -escunt. 60, 2 -escens ... in hoc suo habitaculo. c. Aux. 3 nostrae aetatis laborem et praesentium temporum stultas opiniones -ere. AMBR. epist. 35, 2 omnis autem -at non in suo, sed in nostro labore. GENNAD. dogm. 30 tota secum ecclesia -ente. PRVD. perist. 2, 411 caelum deinde suspicit et -ens obsecrat. AVG. conf. 6, 7, 11. c. Iul. 4, 13, 62 ut ... -ant potius quam indignentur necessitati tuae. COD. Theod. 11, 25, 1 (*a. 393*). 7, 18, 16 (*a. 413*, = COD. Iust. 12, 42, 3) viginti sibi antepositos -at. MARCELL. chron. II p. 95, 501, 2 nutat et -escit theatri cavea.

congemo, -uī, -ere *a* con *et* gemere. [*corruptum* NOVIVS Atell. 82]. CIC. Mur. 51 -uit senatus frequens. VERG. Aen. 2, 631 *ornus* volneribus donec paulatim evicta supremum -uit (GLOSS. IV 435, 17 crepuit). PETRON. 23 infractis manibus -uit (concrepuit *Jahn*). 100 eiusmodi vox ... -uit. STAT. Theb. 2, 569 quattuor hic adeo disiecti mole sub una -uere. 10, 792 victa genitor lacrimabilis ira -it. SVET. Tib. 23 derepente velut impar dolori -uit. CYPR. GALL. iud. 141 -uit merito Iudaea reatu. VVLG. Ier. 22, 23 quomodo -isti (καταστενάξεις) cum venissent tibi dolores. IORD. Rom. 359 inimicorum vallatus agminibus saepe -uit. GREG. TVR. Franc. 9, 30 nec ullo tributi onere haec urbs adgravata -uit. *seq. accus.*: LVCR. 3, 934 quid mortem -is ac fles? VAL. FL. 5, 12 positumque feretro *Idmonem* -uere. APVL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

met. 4, 33 sic adfectae domus triste fatum cuncta etiam civitas -bat. HIER. epist. 22, 28 talem nuper Sophronium Roma -uit. 130, 3. AVG. civ. 3, 28 in quibusdam *proscriptorum* ceterorum securitas genera mortium exquisita -uit. *seq. accus. c. inf.*: HIL. trin. 6, 37 temtari se adhuc tamquam ambiguum ... -uit. CASSIOD. var. 12, 28, 2.

1. congener, -is *adi.* [*a* con *et* genus; *cf. c. gr.* συγγενής *et c.* degener, bigener. *Th.*]. PLIN. nat. 15, 98 aliud corpus et terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni.

2. congener, -ī *m. a* con *et* gener. GLOSS. II 439, 44 σύγγαμβρος. SYMM. epist. 8, 40 supremis congeneri interesse.

congenerātus, -a, -um [*a* con *et* genus *derivatum. Th.*]. VARRO ling. 10, 39 ut sodalis et sodalitas ... non est idem, sed utrumque ab eodem ac coniunctum, sic analogon et analogia idem non est, sed item est -um. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 54 eadem -a igitur et consubstantialia.

congenero, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* generare. *Th.*]. ACC. trag. 580 quaeve †at Graio tibi -at (NON. p. 84 -at est adiungit, adsociat. GLOSS. V 639, 3 -at co⟨a⟩diungit). VARRO rust. 2, 4, 19 neque -ati *porci* (*i. simul parti*) alescendo roborari. COLVM. 7, 3, 15 quod *ovium* ex vetere materia nascitur, plerumque -atum parentis senium refert. PORPH. Hor. serm. 2, 3, 316 cognatos id est secum natos, id est -atos. AVG. civ. 22, 24 -ans eis (*sc. hominibus*) etiam ipsam propagandi possibilitatem. c. Iul. op. imperf. 6, 20 quod mala, cum quibus nascuntur homines, quae -ari hominibus in paradisi felicitate non possent, ... nunc eis -ata non essent. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 21 quibusdam etiam dysenteria -atur. EVSTATH. Bas. hex. 1, 5 p. 872[C] decursio temporis ... cum ipso mundo -ata. 2, 2 p. 881[C] speciei congruam materiam -vit *deus*. 2, 5 p. 885[B] si tenebrae -atae sunt mundo. 9, 3 p. 958[B] iracundia -ata leoni est.

congeneus, -a, -um *a* con *et* genus; *cf. gr.* συγγενής. BOETH. anal. post. 1, 7 unde et in aliis conveniunt hae rationes non congeneis. *ibid.* congenea oportet esse primis.

congeniātus, -a, -um. *a* con *et* geniatus. CASSIOD. var. 1, 42, 2 cuncta unde famam captat humanitas, in te congeniata (congeminata *et* congenita *v. l.*) sederunt, patria, genus, instituta praeclara ... in te collecta plus facient.

congentīlis, -is *m. a* con *et* gentilis. GLOSS. II 383, 14 ὁμόεθνος. 575, 37 congentiles comprovinciales. CORP. VIII 1321 (*saec. II*) ob dedicatione(m) -bus et sacerdotib⟨us⟩ visceratione m et epu⟨lum ...⟩. *adiect.*: AVG. c. Faust. 13, 15 qui suos -es populos idola et daemonia colenda partim docere ausi sunt.

congenuclo, -ātum, -āre [*a* con *et* genuclum, geniculum; *cf.* geniculare. *Th.*]. NON. p. 57 (*ad* SISENNA *l. 45*) genu replicato cadere (GLOSS. V 650, 24). GLOSS. V 639, 35 flecti genibus. CAEL. hist. 44 *equus* -at percussus. SISENNA hist. 33 multis plagis adversis icti -ati. [NOVIVS Atell. 81 pedes extollas, savies †congemit (congenicules *Ribbeck*)].

conger, -ī *m.* [*a gr.* γόγγρος *tractum. Th.*]. *nomen piscis, anguilla marina; v. Wellmann, PW. IV 874.* *nom.* congrus: GLOSS. *saepius.* ISID. orig. 12, 6, 44 NOT. Tir. 113, 7. congres: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 9. gongrus: CHAR. gramm. I 84, 23 Κόδρος et γόγγρος, Latine Codrus gongrus dicuntur, non Coder et gonger (24, 8 PRISC. gramm. II 224, 12. PHOC. gramm. V 423, 20 [congrus *v. l.*]. GRAMM. suppl. 101, 1). *cf. l. 58. 60. 66.* gonger (*v. l. 59*): PLIN. nat. 32, 148 GLOSS. III 186, 54. GLOSS. γόγγρος, γόγγρος ὁ ἰχθύς. genus piscis. GLOSS. V 569, 50 piscis vel nomen viri. [*ital.* gongro, grongo. *M.-L.*]

PLAVT. Aul. 399 congrum (gongrum NON.) murenam exdorsua. Mil. 760 probus hic -r frigidus. Persa 110 ut murena et -r (gonger PRISC.) ne calefierent. TER. Ad. 377 -um (gongrum *AD*) istum maximum in aqua sinito ludere (SCHOL. Ter. p. 155 anguillam marinam). Ov. hal. 115 immitisque suae -r per vulnera gentis. PLIN. nat. 9, 57 *conduntur speluncis* murena et orphus, -r, percae et saxatiles omnes 9, 72. 73. 87. 185 -r et murena caudam inter se praerodentes ... locustam *pavet* -r, rursus polypum -i lacerant. 32, 109 pisciculus -o similis. APIC. 10, 453 ius in grongo asso (assa *codd. opt.*).

congeriēs, -em *f.* [*cf. c.* congerere. *Th.*]. *formae leguntur*: *accus. et abl. sing.*; congeries *plur.*: SOL. 33, 15 AMM. 21, 16, 11 ZENO 1, 10, 2. congeria, -ae: GROM. *passim cf. p. 276, 45* (*sed* congeries *ibid.* p. 401, 3 *sq.*). congerium *vel* -us: GREG. TVR. *v. p. 276, 35.* GLOSS. congregatio. II 109, 13 σωρὸς λίθων ἢ ξύλων. 110, 17 collatio et -s συνεισφορά, σωρός. *legitur inde ab* AETNA OV. LIV. [*francog. dial.* congeire. *M.-L.*]

1 *rerum corporearum acervus*: **a** *generatim*: AETNA 207 tantum tremit *Aetna* omniaque extra -s operit saxorum et putris harenae. 375 saepe premit fauces magnis extructa ruinis -s. 479 ubi paulatim exiluit sublata caducis -s saxis. OV. met. 14, 576 -e e media *cinerum urbis Ardeae concrematae* tum primum cognita praepes subvolat. LIV. 31, 39, 8 lapidum -e, ut pro muro essent. VAL. MAX. 7, 6, 5 hostilium cadaverum. 9, 2 ext. 6 in illam insidiosam -em *cineris* decidebant. COLVM. 8, 17, 10 neque ipsum vivarium repletur algarum -e. LVCAN. 8, 868 pulveris exigui sparget non longa vetustas -em bustumque cadet. PLIN. nat. 4, 5 ventorum flatu -em harenae attumulantium (SERV. Aen. 1, 146 harenarum). 8, 127 specus ... ramorum fruticumque -e aedificant. 10, 125 tali -e *lapidum.* 13, 97 densa veluti grani -e *crispae mensae e citro.* 13, 107 *herba* similis fabae caule foliisque densa -e stipatis. 16, 53 *pix* coacta lapidibus in alveis validi roboris aut si alvei non sint, struis -e (ZENO 1, 10, 2 magnas struis -es). 18, 317 super prela construere -em. TAC. ann. 2, 22 -em armorum struxit. GELL. 2, 6, 25 in corporibus incultis ... alta -s sordium 'squalor' appellabatur (MACR. sat. 6, 7, 19). APVL. met. 6, 2 spicarum. 6, 10 discerne seminum istorum passivam -em. CYPR. GALL. gen. 1008 -s struitur saxis crescentibus alta. exod. 616 coturnix -e cumulata gravi. ITALA gen. 31, 46 *sq.* (Lugd. *cf.* LIB. iubil. 29, 8) colligerunt *lapides* et fecerunt -em. *ibid. saepius* (βουνός, VVLG. tumulus *et* acervus). ITIN. Anton. Plac. rec. A 31 -s petrarum, mons excelsus. AMM. 15, 10, 4 pruinarum (17, 12, 4). 23, 2, 8 quassata -s *palearum* inclinata est. 24, 2, 15 telorum. HEGES. 5, 25, 2 insepultorum corporum. VVLG. Iob 21, 32 in -e mortuorum (ἐπὶ σωρῶν). Sirach 39, 22 in verbo eius stetit aqua sicut -s. II Macc. 9, 4 -em sepulcri (πολυάνδριον) Iudaeorum eam facturum. PRVD. cath. 4, 30 *crapula* sedem fidei cibis refertam usque ad -em coartet intus. CLAVD. 5, 135 vasta metalli -s. PAVL. NOL. carm. 21, 802 *formam aquarum* superactis undique multa -e silvis ... latentem. AVG. civ. 11, 29 aquarum -s (16, 9. 19, 7. DIFF. ed. Beck p. 61, 17 stagnum aquarum in unum locum -s). MACR. sat. 7, 14, 22 pomum inter -em malorum positum. OROS. hist. 2, 19, 10 *urbis* informium ruinarum obscaena -s. 5, 11, 3. SIDON. epist. 1, 2, 6 argenti. 3, 12, 4 resurgat in molem sparsa -s (*i. tumulus; cf.* INSCR. christ. Brit. 136 Carausius hic iacit in hoc congeries [*sic*] lapidum. *sim. in lapide fracto* INSCR. Revue archéol. 3. sér. 41, 1902, p. 349 ... sta congeries Rue ...). carm. 15, 11. GREG. TVR. Franc. 4, 34 imber ... ad annonae -em (*i. ad frumentum congestum*) appropinquabat. vit. patr. 6 prol. *nota*: SEN. dial. 5, 33, 4 omnem istam -em (*i. pecuniam, thesauros*) non putem dignam. VAL. FL. 3, 98 -s dum prima fluat (*i. dum saxa sim. conici desinant*). 6, 511 saevam ... versant -em (*sc. cadaverum; cf.* STAT. Theb. 10, 477 taetraque -e sŏla). APVL. met. 10, 34 lectus ... plumea -e tumidus. VEG. mulom. 2, 30, 1 tuber in quo farinosa -s invenitur. *adde*: GREG. TVR. glor. mart. 44 Alpium iuga congeriorum oppleta multitudine (*i. saxorum vel nivium*). **b** *speciatim*: *lignorum*: OV. met. 9, 235 -em silvae Nemeaeo vellere summam sternis. QVINT. inst. 5, 13, 12 flamma quae magna -e convaluerat. SOL. 5, 23 nec ignis apponitur in hanc -em. 33, 15 illas -es plumbatis petunt iaculis (*i. nidos*). PRVD. c. Symm. 1 praef. 21 densere foci -em studet *Paulus.* CLAVD. carm. min. 27, 93 patriam de more reponit -em (*i. rogum*). AVG. serm. 116, 6. *apud gromaticos*: PS. BOETH. grom. p. 401, 3 grumos id est -em petrarum ... -em maceriae, id est ubi saxa collecta ab utrisque partibus limitem faciunt. GROM. p. 350, 49 -as petrarum quae scorofiones vocamus. p. 314, 11 inter montem et montem duae -ae lapidum in fine constitutae. LIB. col. I grom. p. 211, 10 eadem provincia habet muros, macerias, scorofiones, -as et terminos Tiburtinos. *cf.* p. 227, 16. 228, 6. 241, 3 *al.* *i. a. chaos*: OV. met. 1, 33 dispositam quisquis fuit ille deorum -em secuit sectamque in membra redegit (*cf.* GLOSS. V 546, 54). LACT. inst. 1, 5, 8 chaos est rudis inordinataeque materiae confusa -s. 2, 8, 8 *syn.* confusus acervus. ZENO 2, 2 chaos ... informem naturae -em. CLAVD. 22, 10 *chaos* solvit *Clementia* -em miserata rudem.

2 *rerum incorporearum collectio*: LVCAN. 5, 178 venit aetas omnis in unam -em miserumque premunt tot saecula pectus *Pythiae*: tanta patet rerum series (IOH. BICL. chron. II p. 211, 6 usque ad nostram aetatem -em perduxerunt annorum. GREG. TVR. Franc. 1 praef. cunctam annorum -em conpotare). PS. QVINT. decl. 4, 3 tanta prosperorum tristiumque -e. AMM. 20, 1, 1 provincias praeteritarum cladium -e fessas. 21, 16, 11 ex minimis causis malorum -es excitabat (31, 15, 5 fervente tot malorum -e). HIER. epist. 77, 7 nominum tanta -s *in libro num.* in Ezech. 7 praef. p. 241 dissonantia in unam coartare -em. praef. Vulg. euang. canonum -s. PS. RVFIN. in psalm. 17, 30 vitiorum (MONTAN. epist. 1, 7 omnium vitiorum in eodem -s veluti in sordium sentina confluxit). AVG. serm. 261, 10 *parvi morbi* -e premunt. MACR. sat. praef. 1, 4 praesens opus non eloquentiae ostentationem sed noscendorum -em pollicetur. 1, 5, 1 *verborum oblitteratorum.* 5, 2, 7 causarum. 7, 2, 15 interrogationum (somn. 2, 16, 21). VINCENT. LER. 25, 35 infinitam exemplorum -em. SISEBVT. anth. 483, 4 at nos -s obnubit turbida rerum. *de libro*: HIL. trin. 1, 20 operis inordinata -s. HIER. in Ezech. 10 praef. p. 366 infinita -s tam dictanti quam legenti molesta est. *de persona*: CLAVD. 17, 136 Manli sincera bonorum -s. *in arithmetica*: BOETH. arithm. 2, 5 p. 90, 15 linearis numerus est ... in unum eundemque ductum quantitatis explicata -s. 2, 31 p. 123, 16 numeri coacervati collectique in unam -em. 2, 32 p. 125, 21. *t. t. rhetorum,* συναθροισμός: QVINT. inst. 8, 4, 3 quattuor tamen maxime generibus video constare amplificationem: incremento, comparatione, ratiocinatione, -e. 8, 4, 26 potest adscribi amplificationi -s quoque verborum ac sententiarum idem significantium. 8, 4, 27 simile est hoc figurae, quam συναθροισμόν vocunt, sed illic plurium rerum est -s, hic unius multiplicatio. IVL. SEV rhet. 22 p. 369, 11 alibi -s multorum criminum enumeratio est, hic unius verbis facta multiplicatio.

congermānesco, -ere [*a* con *et* germanus *derivatum. Th.*].

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

QVADRIG. hist. 93 facite exempla eorum, ut vos cum illis -ere sciatur (NON. p. 90 coalescere, coniungi vel consociari. GLOSS. IV 41, 5 congermanescere coniungier. V 639, 46 congermaniscere coniungi). APVL. met. 2, 10 aemula libidine in amoris parilitatem -enti mecum *puellae.*

congermināl̄is, -e [*a* con *et* germen *derivatum. Th.*]. AVG. civ. 5, 7 spicas ceteris coaevas atque, ut ita dixerim, -es alias robigo interimit, alias . . . (*antea* grana . . . simul germinant).

congermino, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* germinare. VARRO frg. Non. p. 90, 15 (*s. v.* congermanescere *supra l. 2*) postea cum his una rem publicam coniuncti ac -ati (H^3, congermanati, congermanita, congermani *al.*) tenuere. rust. 3, 16, 32 (*loco corrupto*) -arit. *intrans.*: GELL. 20, 8, 7 caepe . . . revirescit et -at decedente luna, contra autem inarescit adolescente. *L.*

***congero,** -gessī, -gestum, -ere *a* con *et* gerere. *verbum inde a* PLAVTO *usurpatum legimus singulis locis apud* TER. CAES. VARRONEM rust. NEP. PROP. MANIL. SCRIB. LARG. IVV., *binis apud* LVCR. HOR. TIB. MART. PLIN. paneg., *ternis apud* PHAEDR. SEN. contr. PETRON. VAL. FL., *5ies* PLAVT.; *vitasse videntur* CATO RHET. Her. CATVLL. PVBLIL. VARRO ling. SALL. RVT. LVP. VELL. CELS. MELA. PERS.; *frequentant* CIC. LIV. OV. SEN. COLVM. QVINT. AMM. AVG. *al.*

part. praes. **congregāns** *ut nomen proprium*: VVLG. prov. 30, 1 verba Congregantis (*i. Aghur*) filii Vomentis.

congregus, -a, -um [*cf. c.* congregari. *Th.*]. ISID. orig. 12, 7, 1 aliae (*aves*) congregae, id est gregatim volantes. *cf.* congrex.

***congressio,** -ōnis *f. a* congredi. **1** *conventus, congregatio*: GLOSS. iunctus. CIC. Cluent. 41 nemo illum aditu, nemo -e ... dignum iudicavit. Phil. 2, 46 eum ... non modo tua familiaritate, sed etiam -e ... prohiberet. de orat. 1, 192 omnia sunt ... collocata in usu cotidiano, in -e hominum. top. 59 amori -o causam attulerat, amor flagitio. off. 1, 132 sermo in circulis, disputationibus, -bus familiarium versetur. ad Q. fr. 1, 3, 4 *malum* minus miserum fuit, quam fuisset cum -o tum vero digressio nostra. epist. 7, 10, 4 una ... nostra vel severa vel iocosa -o pluris erit quam .... EPIST. pontif. 216 (Lucif. epist. 2 p. 321, 9) cupio quae gesta sunt in ipsa -e (congregatione *Bar.*) fidelius scire. *de concubitu sim.*: CIC. rep. 1, 38 a prima -e maris et feminae ... ordiar. TERT. idol. 2 in ipsa carnis -e. virg. vel. 11 -o viri mulierem facit. resurr. 61 sexum a -e subducimus (*adde*: virg. vel. 11 *Rebecca* non sustinuit ... osculi -em). LACT. inst. 6, 20, 25 ut se ab uxoris -e contineat. ZENO 1, 4, 4 vesana -e desudant *impudici*. CAEL. AVR. acut. 3, 18, 180 *partium genitalium* -e usus venereus celebratur.

2 *certamen, pugna*: GLOSS. ἡ συνστάδην μάχη. συμβολὴ ἐπὶ μάχης ἤτοι πολέμου. *cf. p. 295, 20.* QVADRIG. hist. 10 ea -o in ipso ponti ... facta est (SCHOL. Cic. Bob. p. 312, 33 -e apud Zamam facta. RVFIN. hist. 2, 21, 2 -e facta [συμβολῆς γενομένης]. VICT. TONN. chron. II p. 195, 5). APVL. met. 9, 2 sine ullo -is (concessionis *codd.*) suae periculo (ENNOD. opusc. 4, 2 p. 383, 16) CYPR. epist. 57, 3 si ... adversarium nobiscum in -e prostraverint. 57, 5 dabit militantibus in -e victoriam (IORD. Rom. 313 superatis ... Romanis in -e. CORP. VIII

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2980 ⟨in⟩ congre⟨ssione hostium⟩ dimica⟨ns⟩. FIRM. math. 3, 6, 10 in omni -e). epist. 58, 8 proeliantes nos et fidei -e pugnantes spectat deus. SOL. 1, 75 qui ... omnes adversarios levi tactu ac paene securis -bus vicerit. PANEG. 10, 7. 10, 11. 10, 20 prima . . . -o secundum illos fuit. ARNOB. nat. 3, 26 *gaudere* filiorum et patrum parricidali -is horrore. LACT. inst. 3, 12, 4 cum in aliquam -em certamenque venerit. 6, 6, 16. IVST. 2, 12, 8 ante navalis proelii -em (22, 3, 9. 39, 3, 12. CASSIOD. hist. 1, 4 p. 888^{B} in -bus proeliorum. VVLG. Iudith 7, 9 sine -e pugnae). 2, 14, 8 ante -em (IORD. Get. 217 ante -em publicam). 6, 4, 12 prima ... -e funduntur *Lacedaemonii* (HEGES. 1, 14, 1 OROS. hist. 2, 14, 18. 6, 15, 26 IORD. Rom. 374 Get. 247 EVGIPP. Sev. 27, 2). 8, 1, 12. 11, 6, 10 prima . . . -o in campis Adrasteis fuit. 38, 9, 2 cum . . . multis -bus victor fuisset. 4, 5, 1 prima ... -e navalis certaminis Athenienses vincuntur (CASSIAN. conl. 5, 14, 3 primae -is certamen). 15, 1, 6 prima belli -e (31, 6, 5). 27, 3, 2 ex superiore -e integer. CHALC. transl. 18^{A} in -bus Martis (ἐν ταῖς μάχαις). HIL. syn. 3 omnem *Saturnini* petulantiam in proruptionis -e fregistis. RVF. FEST. 27 praeter leves excubantium in limite -es (14. 18. 25). AVSON. 425, 5 Tlepolemi Sarpedonisque -o. AMM. 14, 2, 8 se inpares nostris fore -e stataria. SERV. Verg. Aen. 4, 168 primam -em *Graeci* ὀλολυγὴν dicunt. COMMENT. Lucan. 5, 352 ut ... Pompeianam -em accederem. CLAVD. DON. Aen. 2, 14 in -e aperta. 11, 633 -e ex aperto perfecta. VEG. mil. 4, 12. 4, 44 quid ... crudelius -e navali? (OROS. hist. 2, 8, 7). MAXIMIN. c. Ambr. 86 quid . . . personas christianas temerarius laceras, quarum -em fugis ignavus? HEGES. 1, 13, 3 res usque ad contentionem atque in -em deducta. 1, 21, 1. 1, 30, 2 copias partim insidiis, partim -e atque aperto proelio fudit. 1, 32, 6. 5, 31 p. 18, 9 -i milites Caesaris non defuturos. HIER. adv. Iov. 1, 6 non dimicabo contra singulos nec paucorum ero passim -e contentus. in Am. 4, 1 p. 268. VVLG. II Macc. 5, 3 -es fieri cominus (προσβολάς). RVFIN. Adamant. prol. *Adamantius haereticos* solus expugnans et -e famosissima spectaculum mundo . . . factus AVG. serm. ed. Mai 97, 8 latentis nescio cuius potestatis adversitas, quae non -e, sed oratione superatur. BACHIAR. repar. laps. 6 in passionis -e. MART. CAP. 2, 197. OROS. hist. 2, 4, 9 *Tullum Hostilium* dubios eventus conpendiosa tergeminorum -e finisse. 3, 1, 6 ut pondus geminae -is eluderet. 3, 6, 2 pugnam ... cruentissima -e confecit. CASSIAN. inst. 10, 25 commissa -e. 5, 16, 2 a spiritalium -um conflictu ... repellemur. conl. 14, 9, 5 in actuali atque ethica -e prostratus. ENNOD. epist. 9, 6 p. 253, 10 consummatis -bus. opusc. 1, 54 p. 276, 7 pia -e cecidisse. 1, 85 p. 284, 22. *de venatione*: SYMM. epist. 2, 76 (75), 2 ut ursorum defectum -o Libyca repensaret. 6, 43 (44) secundis ludis -um more confecti sunt *crocodilli.* TAB. devot. Audollent 250 B 13 ⟨in⟩ omni⟨bus cong⟩ressionibus depannetur, vapulet, vulneretur (*syn.* proelium, certamen). *in imagine et de disputatione*: TERT. scorp. 4 in unam speciem -is certas praeducimus lineas. pudic. 5 ad hanc iam lineam dimicabit nostra -o (carn. 17 ad unam iam lineam -em dirigamus). anim. 3 una iam -e decisa adversus Hermogenem. apol. 25 non omittam -em, quam provocat illa praesumptio. praescr. 16 nihil proficiat -o scripturarum. carn. 25 citra (*i. sine*) singularum ex diverso opinionum -em, quam ex argumentationibus earum et scripturis . . . provocavimus. adv. Marc. 1, 1 quatenus admittenda -o est. 1, 3 tota -o de numero (*est*). 2, 27 cum haereticis non multo diversa -o. 3, 1 -o ista ... eo utique proficiet, ut . . . . resurr. 48 ut quod adversarii prima statim acie obstruunt, in ultima -e prosterneremus. adv. Val. 3 hunc primum cuneum -is armavimus. 6 distulerim -em. *ibid.* -is lusionem deputa ... ante pugnam *al.* IVL. VICT. rhet. 4, 1 p. 386, 11 ne nimis immoremur generalibus quaestionibus, sed praecipuam -em ad causae proprias conferamus species. AMBR. Ioseph 5, 23 *Ioseph* mentis -e superavit tamquam scuto animi inruentem repellens. AVG. c. Iul. 2, 8, 23 iustificatio ... confertur: prius lavacro regenerationis ... deinde -e cum vitiis (FAVST. REI. serm. 23 p. 314, 16 contra passiones nostras infatigabili -e certemus). SVLP. SEV. chron. 2, 28, 5 tum illustris illa adversus Simonem Petri ac Pauli -o fuit. CLAVD. MAM. anim. praef. p. 19, 18 habita identidem cum diversa (adversa *M*) parte -e. BOETH. top. Arist. 8, 3 p. 999^{D} in dialecticis -bus.

syn: aditus, circulus, certamen, contentio, proelium, disputatio. *opp.*: digressio (CIC. ad Q. fr. 1, 3, 4).

? **congresso.** GLOSS. II 441, 47 συμβάλλω convenio, congero, committo, -o, congredior, congessero (?), confligo.

congressor, -ōris *m. a* congredi. AMBR. epist. 27, 16 bonus congressor non aemulatur, non inflatur; immo etiam benedicit congredientem sibi tali munere.

congressus, -ūs *m. a* congredi. GLOSS. congressio, συμβολή, ἀπάντησις. II 550, 7 hic -us ἡ συνβολή, ἡ συνπλοκή. *dat.* congressui *v. p. 296, 34. 297, 16 sqq.* *gen. plur. non legitur.*

1 *conventus, congregatio, aditus*: CIC. orat. 33 -us nostros ... requirens. Sull. 16 cum eisdem illis ... ne mediocri ... sermone et -u coniungeretur (Sest. 111 aditum sermonem -um tuum fugiunt. epist. 6, 4, 5 cotidianus -s et sermo ... familiarissimi hominis. Att. 9, 12, 1 consilia ... -us sermonisque cum Caesare. QVINT. inst. 12, 10, 62 deos ipsos in -um prope suum sermonemque deducet. TAC. ann. 15, 48 comi sermone et -u. MACR. sat. 1, 2, 3). Vatin. 2 -u ..., aditu dignum. Cael. 20 numquam se ne -u quidem et constituto coepisse de tantis iniuriis experiri. Planc. 66 neminem a -u meo ... somnus absterruit. Phil. 9, 2 ad -um colloquiumque eius pervenisset (12, 26 in Antonii -um colloquiumque veniendum est. MELA 1, 47. TAC. hist. 4, 64 colloquia -usque nostros). epist. 3, 6, 3 ut tuum factum ... alieni hominis ... et fugientis -um ... videatur. Lael. 87 -us ut hominum fugiat atque oderit. Att. 1, 17, 2 ut omnia placarentur ... conspectu ipso -uque vestro (VAL. MAX. 2, 10, 2). 1, 20, 3. 8, 15, 3 optas -um (12, 40, 2 -um meum ... desideravit). 9, 15, 2 me ... -s *Caesaris* stimulat. 9, 18, 4 extremum fuit de -u nostro. 9, 19, 4. 11, 12, 3 si quis -s fuerit mihi cum Caesare. ad Q. fr. 1, 3, 4 -us nostri lamentationem pertimui. ac. 2, 6 clarorum virorum ... tacitos -us esse oporteat. fin. 1, 69 primos -us copulationesque ... fieri. 3, 8. *de bestiis*: CIC. nat deor. 2, 124 -une aliquo inter se *bestiolae* an ... natura ipsa congregatae sint. VERG. Aen. 5, 733 -us pete, nate, meos (AVSON. 403, 3). OV. met. 7, 501 postquam -us primi sua verba tulerunt. LIV. 1, 19, 5 sibi cum dea Egeria -us nocturnos esse (LACT. inst. 1, 22, 1). 1, 21, 3 ad -um deae. 3, 38, 11 quantum a coetu -uque impotentium dominorum se amovissent. 7, 4, 4 filium . . . -u aequalium prohibitum. 7, 40, 2 milites utrimque -us quaerere ad (ac *L*) conloquia. 21, 24, 3 ut ex propinquo -s facilior esset. 22, 11, 6 -s *dictatoris et consulis* ingentem speciem dictaturae ... fecisset. 28, 35, 8 attonitus ipso -u. 38, 45, 2 illum ... non -um modo, sed conspectum etiam eius vitasse (TAC. ann. 4, 69 -us, conloquia . . . vitari. 14, 3 vitare secretos eius -us. SVET. Tib. 50). 42, 16, 9. VITR. 2, 1, 1 in eo hominum -u. QVINT. inst. 1, 2, 20 *homo* cum se a -u ... segregarit. decl. 316 p. 245, 9 hae propinquitates, hi -us, haec studia ... occident atque labentur. PS. QVINT. decl. 9, 13 mutuo gaudere -u. TAC. ann. 2, 28 -us abnuit. 4, 74 *Seiani* durior -s. 11, 4 domum suam Mnesteris et Poppaeae -bus praebuissent. 13, 46 deicitur familiaritate sueta, post -u et comitatu Otho. 15, 60 melius fore, si amicitiam familiari -u exercuissent. SVET. Aug. 65 *Augustus* abstinuit ... -u hominum. TERT. ieiun. 6 *Helias* quam familiari -u dei exceptus est! adv. Marc. 2, 27 deum non potuisse humanos -us inire. 2, 7 p. 344, 2 colubrum a -u feminae (*i. Evae*) arcet *deus.* adv. Val. 26 -ui et conspectui et contactui ... subiaceret. uxor. 1, 8 bonos corrumpunt mores -us mali (*cf. p. 169, 39*). cult. fem. 2, 12 adversus -us et suspiciones impudicas providendum ... esse. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 15 *ut omnia* mendacio gesta sint, -us, contactus, convictus. CONC. Aquil. a. 381 Migne 13, 589^{B} bestias (*i. haereticos*) nec salutatione recipiendas atque -u. SYMM. epist. 8, 27, 3 animi alacritatem ... tibi -s noster sedulo conciliare potuisset. 9, 33 Valentinianum -u mihi primore conpertum (SIDON. epist. 3, 13, 11 si talium sodalitati ne -u quidem primore sociere). HIER. epist. 22, 15 *matronarum* declinare -us (*syn.* consortium). MACR. sat. 1, 5, 13 invitandos ad eundem -um convictumque. MART. CAP. 1, 8 neque *Mercurium* sine Apollinis consilio quicquam debere decernere aut fas ab eius -bus aberrare. 2, 180. 6, 578. OROS. hist. 5, 1, 15 cui *genti* se -u primo crediderit? RVT. NAM. 1, 495 Victorinus ... -u (*i. adventu*) explevit mutua vota suo. SIDON. epist. 5, 7, 3 invident ... consessum prioribus, -um aequalibus. COD. Theod. 16, 5, 13 a bonorum -bus separentur. 16, 5, 14 haeresum sectatores .... inhiberi ... a -u honestorum. *de concubitu vel nuptiis*: PLIN. nat. 12, 54 *sacros Arabes nullo* -u feminarum funerumque ... pollui (SOL. 33, 7 -bus feminarum). QVINT. decl. 247 p. 11, 26 coitus atque -s citra ius non efficeret uxorem. p. 12, 1. APVL. apol. 91 *me* primo dotem in -u grandem ... rapuisse. met. 1, 7. TERT. virg. vel. 8 vir Adam ante nuptiarum -um. LACT. inst. 2, 14, 2 *diabolus angelos* mulierum -bus inquinavit. COD. Theod. 9, 9, 1, 6 (*a. 326*) -us vetitos renovantes. *de rebus*: LVCR. 2, 1065 esse alios alibi -us materiai (5, 67 quibus ille modis -s materiai fundarit terram). VITR. 2, 1, 9 quibus ... mixtionibus principiorum -us (-u?) temperentur. QVINT. inst. 11, 3, 35 vitatur ... duriorum *litterarum* inter se -s. SIDON. epist. 7, 2, 1 quod apicum primore -u diversa conexui. CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 149, 6 astrorum ... circuitus vel per magnos orbes -us siderum.

2 *certamen, pugna*: QVADRIG. hist. 10^{b} Manlius continuo umerum dextrum *Galli* eodem -u (concessu *plerique lib. Gellii*) incidit. CIC. de orat. 2, 317 in ipso illo gladiatorio vitae certamine ... ante -um multa fiunt, quae non ad volnus ... valere videantur (VEG. mil. 3, 22 qui ... ante -um recedit ex acie. 4, 42). CAES. Gall. 3, 13, 7 cum his navibus nostrae classi ... -s erat. civ. 1, 46, 4 nostri in primo -u circiter LXX ceciderunt (1, 47, 2 nostros primo -u terga vertere. SALL. Iug. 74, 3 milites primo -u pulsi. LIV. 4, 33, 1. 10, 1, 9. 38, 17, 6 FRONTIN. strat. 2, 1, 8 TAC. Agr. 31. 36 ann. 2, 3 AMM. 21, 12, 7 ITIN. Alex. 36). BELL. Hisp. 25, 4 Achillis Memnonisque. 31, 2 -s et clamor, quibus rebus maxime hostis conterretur, in conlatu pari erant condicione. SALL. Iug. 60, 1 pedites ... magnam cladem in -u facerent. VERG. Aen. 12, 514 tris uno -u *Aeneas neci mittit.* LIV. 44, 1, 7 primus eorum -s ex dignitate ipsorum ac Romani nominis. PLIN. nat. 8, 5 gladiatorios -us edere. VAL. FL. 6, 322 illum, ubi -u subiit Gesander iniquo, territat his (STAT. Theb. 7, 675 -u Capaneus gavisus iniquo). HOMER. 85. 954 alternis . . . *Achilles* mutat -bus ictus. STAT. Theb. 8, 503 quaenam hunc belli caligine nobis -um fortuna tulit? 9, 782 -us dum nemo tuos pugnamque minorem dignatur. FRONTIN. strat. 2, 2, 13 quantum ad -us facultatem. TAC. ann. 13, 38 sine -u. FLOR. epit. 1, 16, 12 in -u arsisse omnium oculos. AMPEL. 34, 1 antequam in -um *Caesaris* veniret *Pharna-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ces. IVLIAN. dig. 43, 16, 17 possessionem vi ereptam vi in ipso -u reciperat. GELL. 1, 11, 9 in -bus proeliorum (AMM. 16, 5, 9). TERT. patient. 3 *deus* temptatoris -us solis verbis repellit. CYPR. epist. 37, 1 *Celerinus* gloriosis -bus dei miles. SPART. Sept. Sev. 17, 8 a nullo -u ⟨digressus⟩ nisi victor. TREB. Claud. 13, 8 a militum -u facessere. AMM. 17, 13, 27 non -bus nec armis fretus. 21, 4, 7. 24, 4, 17 iterum deinde ac saepe geminatis -bus. 24, 4, 24 in -u flagranti scalas vehens. 25, 1, 3. 29, 5, 32 commentis potius et prudentia quam periculosis -bus hostem ... oppressurus. 29, 6, 15 Sarmatas ... -bus densis adtritos. VEG. mil. 3, 1 uno ... -u triumphans bellum omne confecit. 3, 20 instructae acies ad -um veniunt. ANON. de mach. bell. praef. in terrenis ... -bus talis est excogitata sollertia. 19. HEGES. 1, 1, 7 *Ionathas* -u ... superior factus. 1, 9, 2. 4, 23, 1. 4, 32 trino circa urbis moenia -u habito (*cf. Ios. bell. Iud. 4, 650* τριχῇ κατὰ τὴν πόλιν συμβαλόντες). VVLG. I Macc. 9, 68 -s (ἔφοδος) eius erat inanis. PRVD. psych. 549 Martis -bus impar. ENNOD. opusc. 1, 32 p. 270, 17 qui -ui meo occurrerint. 1, 40 p. 272, 5 locorum situs ... -ui utilis. 1, 69 p. 280, 9 vicisti in universis -bus. SIDON. epist. 3, 3, 4 *acies* non est explicata -ui. CASSIOD. var. 8, 10, 4. COD. Iust. 1, 55, 7 reos in ipso latrocinio vel -u violentiae ... deprehensos. *metonymice*: RVFIN. hist. 2, 14, 3 neque Simon neque alius quis -us (συγκρότημα) tunc adversum apostolos ... potuit obtinere. *in iudicio*: QVINT. inst. 3, 6, 4 quae appellatio (*sc.* στάσις) dicitur ducta ... ex eo, quod ibi sit primus causae -s. *in imagine*: TERT. adv. Marc. 4, 1 istas (*antitheses*) proprio -u comminus ... cecidissem. carn. 21 accedam adhuc cominius ad -um. praescr. 15 in ipso ... -u firmos ... fatigant, infirmos capiunt. 18 in -um descendis (-u dissides *A*) scripturarum. resurr. 55 singulae quaestiones ... proprios quoque flagitant -us.

synonyma et iuxta posita ad 1: aditus, coetus, colloquium, comitatus, conspectus, convictus, copulatio, salutatio, sermo. coitus.

congrex, -gis [*cf. c.* congregare *et c.* grex. *Th.*]. *nomin. sing. non legitur nisi* GLOSS. *v. l. 42; in usu fuisse videntur solae formae in* -em, -e (-i?), -es *desinentes.*

1 *de bestiis, eiusdem gregis*: APVL. met. 7, 16 equinis armentis ... me -em pastor ... aliquando permisit. SOL. 2, 46 *Diomedeae aves* -es (*sic LMGP*², congres *vel* congregatae, *vel* cum grege *al.*) volitant. IVL. VAL. 1, 27 -es multi numeri et generis aves. PAVL. NOL. carm. 20, 402 *vitulam* e -e coetu sustulerant domini. AVG. civ. 12, 22 cum animantes ... alias -es instituerit, quae congregatae atque in gregibus malint vivere. MAR. VICTOR aleth. 3, 279 extemplo -e turba vulgus quaeque suum sequitur rapidoque volatu miscentur. **2** *de hominibus congregatis*: GLOSS. II 383, 44 ὁμόφυλος tribulis, -x, gentilis. ITIN. Alex. 8 *satrapae* apud flumen Granicum -es locant castra. IVL. VAL. 1, 31 (vers.) astris receptum caelitumque -em. 2, 35 agmina ... nisi ad decem ... hominum numerum -es facient. AVSON. 399, 21 cernimus ... vias ... -e volgo nomen plateas perdere. 468, 2 mirati ... lectorum iuvenum -em densitatem. CYPR. GALL. gen. 1051 videns *Esau* vallatum -e (cum grege *AG*) turma. exod. 663 curritur ad fluctus certatim -e turba (num. 444). iud. 444 blandum ... canit cum -e turba. PERVIG. Ven. 43 choros videres ... -es inter catervas ire. *nota*: TERT. paen. 11 nullis conviviis celebres, nullis comissationibus -es (*i. qui non congregantur comissandi causa*). *locus dubius*: CARM. epigr. 1233, 18 -i in Satyrum (*Buech. ad l.*: '*Satyrum genet. est multitudinis; in congregi quasi in thiaso*'). **3** *de rebus*: TIBERIAN. carm. 4, 31 *da nosse* ... animam ... levi quo maximus olim texueris numero, quo (*neutr.*) -e dissimilique. AVSON. 336, 53 tris coit in partes numerus perfectus, ut idem -e ter terno per ter tria dissoluatur (*v. Hultsch ap. Schenkl p. 280*). PRVD. Symm. 2, 635 iam mundus te, Christe, capit, quem -e nexu pax et Roma tenent. *Hoppe.*

congruē *v.* congruus *p. 304, 82.*

congruēns, congruenter *v.* congruo *p. 301, 66 et 303, 1 sqq.*

congruentia, -ae *f. a* congruere, congruens. *i. q. convenientia, concinnitas, proportio,* συμμετρία, ἁρμονία **1** *de rebus corporeis*: PLIN. epist. 2, 5, 11 *ex capite vel membro statuae* -am aequalitatemque deprendere. TERT. resurr. 7 p. 477 vasculorum ... -am cures. AVG civ. 13, 18 -am figurae membrorumque. 22, 19 p. 597 servata partium -a (5^ies^). AVELL. p. 764, 21 *ut* utriusque horum copulatio lapidum -ae videatur obsistere. **2** *de rebus incorporeis*: SVET. Otho 2 morum. DIOM. gramm. I 474, 8 temporum ac syllabarum pedumque. APVL. apol. 15 *Demosthenes* pronuntiandi -am ab speculo petivit. met. 11, 13 miratus -am mandati muneris. 11, 20 praeter -am lucrosae pollicitationis. TERT. pudic. 9 rerum (AVG. civ. 19, 13 p. 377 MART. CAP. 9, 922 FVLG. RVSP. incarn. 30). IVL. VAL. 1, 3 meam et Philippi -am (*Ps. Callisth.* τὴν γένεσιν, *de horoscopando*). 3, 7 proceritudine corporis et cetera magnitudinis -a. LACT. inst. 2, 5, 15 ex ipsa rerum ac temporum (FVLG. RVSP. epist. 14, 43 temporis. AVG. epist. 196, 4). CHALC. comm. 32 *partitio* omnium numerorum designat -am. FAV. EVL. 16, 1 diversitas analogiae -am ⟨reperitur⟩ habere. 19, 26 unitas -aque servatur. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 461, 15 analogia *est* cum veteris et novi testamentorum -a demonstratur. mus. 5, 9, 19 facilis est cognitu ista -a (*sc. numerorum*). MART. CAP. 1, 11 modulationum. 2, 101 ex nuptiali -a. 2, 107 numeri. 9, 909 omnibus ad motum gressumque rata -a temperatum ... tinniebat. FVLG. RVSP. incarn. 33 ad videndam lucem quadam tenebrarum -a nutriuntur *oculi*. 34 -ae iudicium multis exemplis ostendere. NOVELL. Iust. 22 epil. futuro tempori competentem posuimus -am (*gr.* προσήκουσαν ἐπιτεθείκαμεν ἁρμονίαν).
deriv.: incongruentia.

congruitās, -ātis *f. a* congruus. SYMM. epist. 9, 49 (46) personarum (*i. sponsorum*) aequatio et honestate et possibilitate -s. *t. t. apud grammat.*: PRISC. gramm. III 211, 20 *sqq.* constructiones quae per nominativum absolvuntur, Stoici ἀξιώματα vel συμβάματα, id est dignitates vel -es vocabant ... ut 'Plato philosophatur' ... illas vero ... in quibus necesse est cum nominativo etiam obliquum aliquem casum proferri παρασυμβάματα dicebant, hoc est minus quam -es ut 'Cicero servat patriam' (*opp.* ἀσύμβαμα, id est incongruitatem ... ut 'placet mihi venire ad te').
deriv.: incongruitas.

***congruo,** -uī, -ere [*cf. c.* ingruere. *comparatur gr.* ἐπ-έχραον '*ingruerunt' et lituan.* griūti '*corruere*', *v. W. Schulze, Zeitschr. vergl. Sprachforsch. 29, 240 sq. Th.*]. *traditur infin.* congruēre TER. Haut. 511 *neque aliter, ut videtur,* ARVS. gramm. VII 463, 4 *et* SCHOL. Bemb. *de originatione*: PAVL. FEST. p. 40 -ere dictum est a gruibus, quae non fere segregantur sive cum volant sive cum pascuntur. p. 97 gruere dicuntur grues ... unde tractum est -ere, hoc est convenire, quia id genus volucrum minime solivagum est. *v. l. 42.* GLOSS. ἁρμόζω. congruit ἁρμόζει, convenit, expedit, decet. congruere, συναινεῖν. concurrunt, -unt, conveniunt. FRONTO p. 159, 14 N. convenire et decere et aptum esse et -ere Graeci ἡρμόσθαι appellant. *vox deest poetis, exceptis* PLAVTO (*semel*), VAL. FL. (*bis*), TER. (*ter*), *et his scriptoribus*: CAES. SALL. SEN. rhet. CVRT. PETRON. *singulis locis habent* VARRO NEP. VELL. VAL. MAX. ASCON., *bis* FRONTIN., *ter* COLVM., *quater* SEN. phil. *adamatur* CIC. *et* APVL. (*c. 40*^ies^), PLIN. nat. (*25*^ies^), AVG. (*plus 40*^ies^). [*locus dubius*: COMM. apol. 453.]

I ***proprie*** *i. q. concurrere*: VITR. 7, 8, 2 *guttae* in vas aquae converruntur et ibi inter se -unt et una confunduntur. 8, 3, 2 umore et igni inter se -entibus. SOL. 27, 39 cum ad exitium viantium elementis -entibus in terris flabra saeviant. *in quadam imagine*: CORP. III 7000 *ut* totidem in sese -ant viae. *de aequali siderum motu, sim.*: CIC. Tusc. 5, 69 *sidera* caelo inhaerentia cum eius ipsius motu -ere certis infixa sedibus. SEN. nat. 7, 19 -ere iudicat *Zenon* stellas et radios inter se committere. PLIN. nat. 2, 191 meantium (*sc. siderum*) cum sole aut -entium. 18, 282 his tantum locis solis terraeque centra -unt (*i. in eadem linea sunt*). *de animantibus convenientibus*: VAL. FL. 2, 307 manus horrida matrum -erat. 6, 59 linguisque adversus utrimque -it et tereti serpens dat vulnera gemmae. HYG. mun. castr. 12 turba ibi -at. SOL. 10, 15 universae *grues*. AVG. civ. 13, 22 p. 587 ut hominibus -rent *angeli*. *in imagine*: APVL. apol. 95 omnes fandi virtutes paene diversae in illo viro -unt. TER. MAVR. 721 in unam 'q' redactae -erunt (*i. coaluerunt*) litterae.

II ***translate***: **A** *de concinentia temporali, i. q. simul contingere, convenire, conspirare*: TER. Eun. 1033 quoi tam subito tot -erint commoda (COLVM. 9, 5, 2 si positio repugnabit nec maxima tamen incommoda -ent). CIC. Verr. 3, 129 quod suos dies mensisque -ere volunt cum solis lunaeque ratione. LIV. 1, 5, 5 tempus quo ipse eos sustulisset, ad id ipsum -ere. 1, 19, 6 ut vicesimo anno ad metam eandem solis, unde orsi essent, plenis omnium annorum spatiis dies -rent. VITR. 2, 2, 2 ex his ergo -entibus cum res omnes coire nascique videntur. VELL. 1, 16, 2 eminentissima ... ingenia ... in idem artati temporis -ere spatium. COLVM. 6, 24, 2 in id fere ... tempus naturalia -unt desideria. PLIN. nat. 2, 142 ictum (*sc. fulminis*) autem et sonitum (*sc. tonitrus*) -ere. 2, 180 *duodecim horarum intervalla* nunc non in omni parte simili modo -unt. 28, 77 si in defectus lunae solisve -at vis illa. 29, 53 certa luna capiendum (*sc. urinum*) censent *magi* tamquam -ere operationem eam serpentium humani sit arbitrii. 33, 150 ita -entibus fatis ut et liberet amplecti vitia et liceret. QVINT. inst. 5, 5, 2 si tempora non -unt, si vel antecedentia vel insequentia tabulis repugnant. decl. 306 p. 199, 10 cuius aetas cum expositionis tempore -bat. 338 p. 334, 23 eo tempore quod ad aetatem eius de quo litigamus, -at peperisse. SVET. Iul. 40 quo autem magis in posterum ... temporum ratio -ret (gramm. 7). CENS. 11, 8 numerus dierum ad tetragonum illum Chaldaeorum conspectum ... -it. 18, 4 quod ad solis modo cursum nec ad lunae -ere videbatur. PAVL. frg. Vat. 245 multa simul -erunt. FAV. EVL. p. 12, 3 ad hunc numerum ... lunaris cursus -uit revolutio. HIER. epist. 100, 10 anni circulum rationi menstruae vel lunari ... -entem. BOETH. herm. sec. 2, 6 p. 133, 27 uno tempore ... -ente *nota de re corporea*: PLIN. nat. 18, 197 manus utique -ere (*i. pariter moveri*) debet cum gradu semperque cum dextro pede.

B *de consensu rationali*: **1** *de hominibus*: **a** *absolute*: TER. Phorm. 264 ecce autem similia omnia! omnes -unt (EVGRAPH. omnes conveniunt, aequales universi sunt). IVL. VAL. 3, 55 nisi quod hi quoque ipsi dissidebunt neque -ent. **b** *alicui*: AVG. civ. 18, 43 p. 322 quisquis alius illarum scripturarum ex Hebraea ... interpres ... aut -it illis septuaginta interpretibus aut si non -ere videtur. trin. 4, 2, 4 non -it peccator iusto sed -it homini homo. PROSP. epist. 9 cui (*Iohanni*) beatus Paulus -it dicens. **c** *alicui rei*: TAC. ann. 13, 1 cuius (*principis*) abditis adhuc vitiis per avaritiam ac prodigentiam mire -bat (*Narcissus*). APVL. met. 11, 27 unum conspexi ... nocturnae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

imagini -entem. S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 25 nequaquam sectae suae -ere arbitrati sunt. HIL. trin. 4, 1 *fidei apostolicae* nos -imus. PS. HIL. dedic. eccl. p. 979^D debemus -ere solemnitati quam colimus. AMM. 14, 1, 10 adversando iurgandoque cum parum -ret (*i. aptus esset*). AVG. civ. 3, 25 p. 137 cur enim si rebus gestis -ere voluerunt (*sc. Romani*), non ... aedem Discordiae fabricarunt? 21, 6 p. 500 ut -ere hominum sensibus sibi nobilis poeta videretur. corrept. 7, 14 non quomodo electus est Iudas ad opus cui -bat (*i. aptus erat*). PROSP. c. coll. 12, 2 cuius persona ... eidem imagini -bat. LEO M. epist. 129, 2 qua Nestoriano nos sensui -ere mentiantur. SACR. Leon. 411 mysteriis ... mente pariter -amus et corpore. **d** *aliqua re*: CIC. ac. 1, 17 *Academici et Peripatetici* rebus -entes, nominibus differebant (ac. 2, 15 leg. 1, 38). leg. 1, 30 *oratio* verbis discrepat sententiis -ens. LIV. 8, 6, 15 *Latinos* lingua, moribus ... institutis ante omnia militaribus -entes. 29, 6, 2 Bruttiis non societate magis Punica quam suopte ingenio ... -entibus in eum morem. *nota genetiv.*: PS. AMBR. trin. 3 cuius rei -ens David propheta dicit. **e** *cum aliquo*: CIC. leg. 1, 38 *Aristotelem et Theophrastum* cum illis -entes re, genere docendi paulum differentes. fin. 2, 45 ratio fecit hominem ... cum iis (*hominibus*) natura et sermone et usu -entem. APVL. flor. 2 p. 6 nec ista re cum Plautino milite -bat (*sc. Socrates*). Plat. 2, 16 *pessimum* nec cum proximis secumve -ere *ait*. HIER. epist. 57, 7 quod *apostolus* nec cum Hebraico nec cum LXX -at translatoribus. inter se: PLAVT. Curc. 264 illi inter se -ont concorditer. TER. Haut. 511 ne nos inter nos -ēre sentiant (-ere ⟨illi⟩s. *vulgo*). AMM. 31, 5, 14 animanti ardore summi et infimi inter se -entes. **f** cum, de *aliqua re*: CIC. Lael. 27 cuius cum moribus et natura -amus. HIER. epist. 41, 1 qui cum scripturae auctoritate non -ant. CIC. leg. 1, 53 de re una dissident, de ceteris ... -unt. TAC. ann. 6, 28 de quibus -unt. **g** in *aliquid*: SOL. 1, 83 in eadem vocis impedimenta et tardatae sonum linguae naturalibus offendiculis -bant. LACT. mort. pers. 11, 6 in eandem sententiam -erunt (HIER. epist. 96, 15 apostolo in hanc sententiam -ente). HIER. epist. 22, 19 in huius sensus -it voluntatem. AMBR. in Luc. 7, 141 in societatis concordiam -erunt. *nota singulare*: VEN. FORT. carm. 9, 9, 27 ut plebem foveas, et (*i. etiam*) Rheni -is amnes (*Brower*, -es amnis *codd. i. populos huius regionis ad fidem amplectendam inducis*).

2 *de rebus incorporeis i. q. consentire, convenire, aptum, dignum esse, decere sim.*: **a** *absolute*: CIC. Marcell. 16 nostri enim sensus ut in pace ... in bello -bant (AVSON. 350, 8 sensus diversi). PLIN. nat. 36, 72 haec observatio non -it. QVINT. inst. 5, 10, 74 cum et ipsa naturaliter -ant. 7, 2, 57 res -unt aut repugnant. 9, 4, 27 quo -unt maxime *verba*. FRONTIN. aq. 30 utraque ratio paene -it. TAC. hist. 5, 5 nequaquam institutis -entibus. ann. 12, 6 -ere artes honestas. FRONTO p. 144, 16 N. neque rationem sapientiae rectam et usum vitae necessarium -ere. PAPIN. dig. 26, 2, 28, 2 fides inquisitionis. VLP. dig. 45, 1, 1, 4 summa (AVG. civ. 15, 13). APVL. apol. 88 ibi et ille celeberrimus in comoediis versus de proximo -it. Plat. 2, 26 vires opum. PS. APVL. herm. p. 270 an conversa propositio -at. TERT. spect. 3 cetera -unt. SOL. 1, 16. IVL. VAL. 1, 49 tumultus et indignatio omnium -bat. HIL. ad Const. 1, 2 nec ratio patitur ut repugnantia -ant. AVSON. 340, 1 hiulca. AMM. 16, 10, 8 vestitus. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 67 subiecta. HIER. epist. 49, 4 pontificis et populi voluntatem pari mente -ere. PHYSIOGN. 55 prout cetera signa -erint. BOETH. herm. sec. 2, 8 p. 182, 13 quae (*rationale et mortale*) in unum possunt iuncta -ere. *nota*: VITR. 10, 3, 1 quarum motus et virtutis duae res diversae et inter se dissimiles, -entes uti principia (*i. una agentes, concurrentes*). **b** *alicui*: CIC. de orat. 3, 210 QVINT. inst. 4, 2, 89 *v. p. 299, 78. 300, 3.* GELL. 1, 15, 18 quod 'loquentia' novatori verborum Sallustio maxime -ret, 'eloquentia' cum insipientia minime conveniret. APVL. apol. 66 neque inceptio patrociniorum capulari seni -isset. flor. 17 p. 81 avibus haec secretaria ... magis -erint. DON. Ter. Andr. 447 honesto iuveni non -bat versipellis vultus. HIL. in Matth. 12, 2 neque enim homini -it cibus spicae. 15, 7 quemadmodum illa Iudaicae credentium -unt plebi. PS. HIL. libell. 21 quid proximo competat, quid alienis concedat aut -at. HIER. epist. 18, 12 ut eis possit prophetalis sermo -ere. 121, 8 *illud* peccatori -it. AVG. civ. 9, 15 p. 387 ut per id quod transit -ret morituris. 10, 19 p. 432 visibilia sacrificia diis aliis -ere. 15, 27 p. 119. 17, 12 p. 233. PAVL. MED. bened. 10, 8 *salvatori* haec sententia tali modo -it. DAMIG. lapid. 34 infantibus pueris *lapis galactites* aptus -it. LEO M. serm. app. 20, 3 vox quae missa fuerat ... unigenito filio solummodo -erat. SIDON. epist. 1, 6, 2 tibi -it aevi corporis animi vigor. **c** *alicui rei*: CIC. fin. 3, 20 quibus (*principiis*) -ere debent quae sequuntur. 4, 53 si a falsis principiis profecta -unt ipsa sibi. 5, 58 *reliquae* virtutes et actiones virtutibus -entes. Tusc. 5, 3 *animos* corporum doloribus -entes (*i. condolentes*). 5, 82 finem bonorum esse -ere naturae cumque ea convenienter vivere. de orat. 3, 210 non omni causae nec auditori neque personae neque tempori -ere orationis unum genus (QVINT. inst. 11, 1, 4). NEP. Lys. 3, 5 ut deum videretur -ere sententiae. LIV. 5, 16, 8 sortem oraculi ... -entem responso captivi vatis. 8, 6, 12 responsa haruspicum ... tacitae religioni -erunt. VELL. 2, 87, 3 Canidius timidius decessit quam professioni ei (*Cludius*, eius *AP*) qua semper usus erat, -bat. VAL. MAX. 1, 7, 13 exta somnio -erunt ASCON. Mil. p. 32 *oratio* actis -it. PLIN. nat. 2, 35 ut temporum ratio solis itineri -at 2, 248 rerum naturam sibi ipsam -ere. 19, 45 Persico silphio prior opinio -it. QVINT. inst. 4, 2, 89 ut *id quod fingimus* et personae et loco et tempori -at. 9, 3, 40 media primis et mediis ultima -unt (PLIN. paneg. 65 ut primis extrema -rent). FRONTIN. aq. 34 certa et immobilia -ere sibi debent. TAC. ann. 6, 22 fatum ... -ere rebus putant. SVET. Cal. 3 formae minus -bat gracilitas crurum. VLP. dig. 15, 1, 3, 7 cui -it quod ... scribit (17, 2, 52, 18. 30, 30, 5). PAPIN. dig. 31, 77, 22 dicto scriptum. 48, 18, 17, 2. IVL. dig. 30, 104 sententiae voluntas (VLP. dig. 7, 2, 3 sententiae ratio). 36, 1, 24 (23) portionibus summa (GAIVS dig. 34, 5, 7 (8), 2 portionibus partes) *saep.* GELL. 2, 6, 2 'vexasse' (*apud Verg. ecl. 6, 75*) enim putant verbum esse leve ... nec tantae atrocitati -ere. APVL. apol. 49 si ipsae elementorum qualitates, uvida et frigida et his duae advorsae non -ant. Socr. 13, 147 haec cuncta ... daemonum mediocritati rite -unt. mund. praef. -ere istius modi curam talibus studiis et moribus. Plat. 1, 17 *substantia* quomodo -it generi singulorum. TERT. anim. 24 *utrumque* (*sc. recordatio et oblivio*) meae animae non Platonicae -et. ieiun. 1 lavacri abstinentiam -entem arido victui. scorp. 6 fidei ... -bat sublimitati et (*i. etiam*) claritatis aliqua prolatio. PANEG. 2, 3 quod huic tempori maxime -it. 6, 13. HIL. in Matth. 5, 7 quae consequuntur non satis propositionibus -unt. 10, 6 haec quidem intellecta ... sanctorum modestiae -unt. AMM. 17, 13, 32 hoc successibus -it prosperis. 21, 2, 3 ut dignitatis augmento virium quoque -rent incrementa. 22, 9, 6 aliis huic materiae -entibus in actibus. 25, 4, 26 si consiliis eius decreta caelestia -issent. AMBR. Iob 3, 6, 18 hoc -ere divinae providentiae et convenire. VVLG. II par. 30, 21 quae (*organa*) suo officio -bant. AVG. civ. 4, 27 p. 179 secundum *genus traditum deorum* non -ere civitatibus. 8, 11 p. 336 quae (*sc. Plato de deo sensit*) multum -ere veritati nostrae religionis. 9, 4 p. 373 quae (*sc. scripta Epicteti*) -rent decretis Zenonis et Chrysippi. 9, 24 p. 495 res quae facta est -ere bonitati ... indicetur. 14, 8 p. 16 haec locutio utrum scripturis sanctis -at (-ret?) cum quaererem. 16, 8 p. 136 cui -at *deformitas partis universi* et quo referatur ignorat. 21, 4 p. 492 -it tamen luci quod album est, sicut nigrum tenebris. 22, 11 p. 587 sit illi (*igni caelesti*) iste (*terrenus*) dissimilis, ut terrenis habitationibus -at. 22, 28 p. 622 quae Platonicis disputationibus -bant *al.* epist. 238, 15 non tantum patri ... sed omni rationali creaturae et animae hoc vocabulum (*i. spiritus*) -it. lib. arb. 3, 9, 27 habitationi caelesti anima non -it per peccatum *saepe*. mus. 6, 5, 9 quod operi eius aut adversetur aut -at *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 7, 1 quia hoc bonitati illius ... -ret. PAVL. MED. bened. 3, 1 quod regiae utique -it dignitati. PHYSIOGN. 17 frons quadrata moderatae magnitudinis -ens corpori ac vultui magnae virtutis. MART. CAP. 9, 950 in his (*diastematis*) alia sibi -unt, alia discrepant ... convenientia ... sex sunt. 9, 988 bacchii ... sunt dicti quod Bacchicis maxime sonis -unt. LEO M. serm. 68, 4 *continentiam* et animis et corporibus probavimus -entem. PROSP. c. coll. 18, 1 cui *generi* -at regula ista. in psalm. 103, 19 *saep. et semper cum dat.* SIDON. epist. 4, 24, 1 nomini, bene negotio tuo -it Mantuani illud (*Aen. 9, 6*). BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 203, 15 res verbis -ent. 5, 10 p. 345, 4 dialecticis quibus nulla ad orationis leporem cura -it. FVLG. RVSP. epist. 1, 3, 6 nec aliquando iustitiae -it *libido*. c. Fab. frg. 28 opera ... spiritus sancti ... summae tantum -ere deitati. praedest. 1, 8, 17. 1, 13, 30 serm. 1, 1 *al.* CASSIOD. var. 1, 6, 2 cuius nomini antiquitas -ere tribuit. *nota*: LAMPR. Alex. 1, 5 *non* gravitati senatus -bat omnia simul deferre. **d** *cum praepos.*: inter: LIV. 9, 2, 4 sermo inter omnes -bat. CIC. S. Rosc. 62 multae causae convenisse unum in locum atque inter se -ere videntur. fin. 3, 62 Tusc. 4, 30. leg. fr. 2 omnibus partibus inter se -entibus. SEN. epist. 9, 9 necesse est initia inter se et exitus -ant. 34, 4 omnia facta dictaque tua inter se -ant ac respondeant sibi. PLIN. nat. 6, 72 inter se nullae *mensurae* -unt. 14, 75 dulcia utique inter se non -unt. QVINT. inst. 12, 6, 7 inter se -unt praecepta et experimenta. decl. 335 p. 321, 12. TAC. ann. 13, 50 ut ratio quaestuum et necessitas erogationum inter se -ret. PAVL. dig. 46, 4, 14 verba inter se. APVL. Plat. 1, 4 tres partes philosophiae -ere inter se primus obtinuit. PHYSIOGN. 109 mensuris corporis inter se -entibus. **e** in *aliquid*: LIV. 3, 24, 6 omnes eae res in unum -entes (25, 32, 2 in unum -erunt sententiae. 26, 2, 5 AMM. 21, 10, 7). PANEG. 6, 3 in hanc necessitudinem -entibus votis. BOETH. herm. sec. 2, 5 p. 110, 9 quod utrumque in unam quodammodo intellegentiam -it. in *aliquem*: COMM. instr. 2, 18, 22 in⟨cestas in⟩ feminas -it cultura lupana (*i. luparum*). ad *aliquid*: PLIN. nat. 7, 214 nec -bant ad horas eius (*sc. horologii*) lineae. APVL. met. 10, 8 stilis ad unum sermonem -entibus. SOL. 56, 19 non penitus ad nuncupationem sui -ere insularum qualitatem. PS. RVFIN. in Am. 3, 15. *cum aliquo, sed per comparationem compendiariam*: PLIN. nat. 18, 212 raro ullius sententiae cum alio -ente. HIER. epist. 20, 3 editio cum interpretibus LXX ita -it. cum *aliqua re* (*cf. p. 299, 26*): CIC. inv. 1, 19 *illa* -ere et cohaerere cum causa. Brut. 141 gestus erat non verba exprimens sed cum sententiis -ens. 183 semperne ... volgi iudicium cum intellegentium iudicio -it? har. resp. 29 *pars legis* -bat cum iudicio senatus. fin. 2, 100 ea *epistula* cum eius (*Epicuri*) philosophia nullo modo -bat. 5, 19 *ratio* cum aliquo uno ex tribus illis -ere possit. div. 1, 97 responsa haruspicum cum Sibyllae versibus -bant. phil. frg. V 81 -ere ... cum cogi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tatione magna voluptas corporis non potest. Att. 2, 8, 1 sermo de Publio cum tuis litteris -bat. 7, 13[b], 5 *reliqua* cum Terentiae summa -bant. LIV. 23, 38, 5 facta dicta cum scriptis. SEN. epist. 74, 30 opera eius cum ipsa (*virtute*) concordant et -unt. COLVM. 3, 20, 5 *si* scientia facultasque cum voluntate -ant. QVINT. inst. 11, 3, 74 quod cum iis quas agunt partibus -at. PAPIN. dig. 31, 67, 9 cetera ... cum his. VLP. dig. 15, 1, 7, 1 *sententia* -it cum eo quod ... adicit. APVL. Plat. 2, 1 bona cum corporis commodis -unt. 2, 4 *neque* posse cum bonitate -ere quae a semet ipsa ... discrepet. 2, 5 aequalitas ... similitudo ... secum ... -it. 2, 21 consilia cum factis. AVG. civ. 14, 16 p. 38 cuius (*libidinis*) nomen cum multis vitiis -at. CORP. III 567 (*Delphis*) 12 quae maxime visa sunt cum hieromnemonum iudicio -ere. *nota*: IVL. VAL. 1, 33 ut -retur de responsione cum spe. super: AMM. 22, 8, 15 nisi super hoc -rent omnes priscorum carminum cantus. *notabiliora*: MART. CAP. 1, 12 nec mirum quod Apollinis silva ita rata modificatione -ret. 2, 108 ex quo nihil quod discrepet aut resultet in medio consentaneaque -it iugitate. FRONTO p. 203, 3 N. nisi pro magnitudine rerum gestarum scriptorum quoque ingenia -rent (*de sententia cf. Tac. dial. 37*). AVG. gen. ad litt. 1, 14 p. 21, 3 hanc materiam illis verbis quibus pro spiritali prudentia tardioribus etiam lectoribus ... -retur (*i. clarior redderetur*) fuisse commemoratam.

3 *de rebus corporeis i. q. congruum fieri, adaptari, consentire sim.*: **a** *absolute*: PLIN. nat. 16, 172 ex sua quamque tantum arundine -ere (*i. tibias pariliter componi posse*). AVG. civ. 22, 19 si quid in illa figura priore indecenter extabat nec parilitate partium -bat. *nota*: SOL. 33, 22 in paederote -it quidquid eximium est. **b** *alicui rei*: PLIN. nat. 21, 33 crocus vino mire -it. APVL. met. 10, 32 pinnulis et sagittulis et habitu cetero (*dat.*) formae praeclare -bant. DRAC. Rom. 9, 117 non -it aether funeribus. **c** ad *aliquid*: PLIN. nat. 11, 196 murium iocusculis fibrae ad numerum lunae in mense -ere dicuntur. IVL. VAL. 3, 54 cuius prioris corporis pars pube tenus ad hominem -bat. AVG. civ. 19, 13 quidquid ad alendum ... ornandumque corpus -it. DAMIG. lapid. 8 lapis exebenus ad Veneris voluptatem -it mirifice. **d** cum *aliqua re*: PLIN. epist. 2, 20, 5 exta cum siderum significatione -ere.

III ***impersonaliter*** *i. q. contingit, decet, aptum, dignum, consentaneum est*: **a** *absolute*: HIL. trin. 8, 12 *hoc* suo, ut -it, loco tractabimus. AMM. 28, 2, 5 ut officio principis -bat. VVLG. II Macc. 11, 36 sicut -it (καθήκει) vobis. **b** *sequitur* ut: PLIN. nat. 11, 37 casuque -at, ut. PLIN. epist. 7, 2, 1 quemadmodum -it ut simul ... adfirmes ... desideres. TAC. hist. 1, 7 forte -erat (*i. eodem tempore evenerat*) ut. *nota nudum coniunct.*: COMM. instr. 2, 34, 1 -et (*i. decet*) in Pascha (*sic*) ... laetentur et illi. **c** *cum infinit.*: ROMAN. Char. gramm. I 135, 15 quod περὶ ὀρθογραφίας -it quaestionibus copulare. APVL. Socr. 128 quod ... mirari ... nequaquam -erit. met. 6, 31 ne meae quidem modestiae -it pati vos ... saevire. TERT. adv. Prax. 14 -it dicere. scorp. 6 quasi non et praeiudicare iudici -at. SER. SAMM. 961 -it ac tali medicamine mota ligare (*sc. ossa*). SOL. 1, 64 enitenti spiritum retinere plurimum -it. LAMPR. Alex. 1, 5 non enim aut gravitati senatus -bat omnia simul deferre. AMM. 20, 4, 18 primis auspiciis non -ere aptari muliebri mundo. CLAVD. DON. Aen. 12, 183. CHIRON 478 quae (*potiones*) ad valetudinem -ent dare. VVLG. II Macc. 2, 31 disquirere historiae -it (καθήκει) auctori. AVG. civ. 4, 15 p. 164 an -at bonis latius velle regnare. serm. ed. Mai 90, 1 -it nobis deo per Christum laudes ... frequentare. LEO M. epist. 111, 1 qualia ... sacerdotem scribere -bat (*i. decebat*). SIDON. epist. 8, 11, 3 quod eo -it ante narrari ne. CLAVD. MAM. anim. 3, 14 p. 182, 22 -it vel in disputationem vocare reticenda vel reticere proposita. FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 23 fidelibus -it credere. CASSIOD. var. 3, 22 -it (*i. decet*) decorare. *cum acc. c. infinit.*: APVL. met. 3, 3 magis -it ... vos pro dignitate publica providere ne. TERT. anim. 44 -ere hominem seu moneri seu terreri a deo. FRG. Mur. 67 fel cum melle misceri non -it. LACT. inst. 6, 15, 14 aegritudini aliud vocabulum tribui -bat. LEO M. serm. 66, 2 quia sic -bat illos populos erudiri ut.

part. adi. ×**congruēns**, -entis. *compar.*: LACT. inst. 4, 26, 13 CHALC. comm. 235 SIDON. epist. 7, 12, 4 COD. Iust. 8, 46 (47), 4 pr. LEO M. epist. 165, 10. *saep.* *superlat.*: APVL. apol. 73 TERT. anim. 58 pudic. 9 resurr. 14. HIL. op. hist. frg. 2, 9 valde -issimum. PS. LEO M. humil. 2. *i. q. consentiens, conveniens, aptus, accommodatus, respondens. opp.* discrepans, dissonus, diversus, repugnans. **1** *de animantibus*: *absolute*: SVET. Tib. 68 ceteris quoque membris usque ad imos pedes aequalis et -ens. *cum dativ.*: CAPITOL. Max. Balb. 4, 4 virum gravem et Maximi moribus -entem. AMM. 16, 1, 4 *Iulianus* rectae perfectaeque rationis indagine -ens Marco. VVLG. III Esdr. 8, 15 tauros et arietes et agnos et haedos et quae his sunt -entia (τὰ τούτοις ἀκόλουθα). inter se: VARRO rust. 2, 7, 4 *equos* nulla parte corporis inter se non -entes. **2** *de rebus, fere semper incorporeis*: **a** *absolute*: VARRO ling. 5, 74 concordia a corde -ente. rust. 2, 9, 3 naribus. CIC. de orat. 3, 53 quod ego aptum et -ens nomino. rep. 2, 69 concentus ex dissimillimarum vocum moderatione concors tamen efficitur et -ens. LIV. 7, 2, 7 motu. 30, 34, 1 clamor (*opp.* dissonae *voces*). 39, 52, 7 tempore. VITR. 5, 4, 9 finitiones. SEN. epist. 92, 9 ex diversis ac male -entibus membris. PLIN. nat. 2, 48 siderum motu. QVINT. inst. 5, 10, 107 legum aliorumve scriptorum vel -entium vel repugnantium. PLIN. paneg. 91 tenor vitae. TAC. hist. 2, 4 laeta et -entia exta. FRONTO p. 212, 11 N. versus -entes et proverbia accomodata. PORPH. Hor. sat. 1, 10, 92 oportunum et -ens in modulatores dictum. MOD. dig. 44, 7, 52, 2 responsio. VLP. dig. 50, 2, 1 PAVL. sent. 5, 4, 7 poena. APVL. apol. 20 desideriis. 73 -issima voce. Plat. 2, 20 factis -entibus (AVG. civ. 10. 32 p. 459) et dictis. 2, 25 studiis. TERT. pudic. 9 in agina -issima. CENS. 10, 2 ordine. 10, 5 non congruenter -entes iunctae litterae. SOL. praef. 4 inservimus et pleraque differentes -entia. PANEG. 10, 5 specie paria, magnitudine -entia. LACT. inst. 1, 23, 4 parentibus illorum si -entes annos dividas, numerus consentiet. AVSON. 217, 1 materiae. AMM. 20, 3, 11 doctrina multiplici -ente. PROB. Verg. ecl. praef. p. 327, 13 sensibus. FAV. EVL. p. 13, 25 cuncta eius (*quadraturae*) latera -entia. AVG. civ. 19, 4 p. 357 status ... corporis atque motus cum decentes et -entes sunt. PHYSIOGN. 7 ratione. SIDON. epist. 7, 9, 1 decorem. MART. CAP. 9, 960 -ens fidaque concordia. PASS. Petr. Paul. long. 58 exemplo. **b** *alicui*: GELL. 3, 3, 3 sermonis Plauto -entis (*comparat. compendiaria*). APVL. flor. 18, 19 p. 92 *sermonem* vobis auditu gratissimum et mihi compositu -entem. met. 1, 24 habitum prorsus magistratui -entem. Socr. 19, 163 omnia -entia sibi officia. TERT. resurr. 14 auctori -issimum iudicium. spect. 24 -ens servo dei quod deo placitum non sit? LACT. inst. 4, 26, 13 quid -entius deo. PROB. Verg. ecl. praef. p. 329, 2 -entia ... pastoribus nomina. PS. LEO M. humil. 2 de hoc ... -issimo tibi et saluberrimo bono ... disseramus. **c** *alicui rei*: ACC. trag. 14 extis piscium ex prodigiis -ens ars te arguit. CIC. part. 54 quibus (*verbis*) actio ... -ens et apta (de orat. 3, 222 *actio* menti -ens esse debet. fin. 5, 35 *actio corporis* motus et status naturae -entes tenet). fin. 2, 99 nihil ... scriptum ... -ens et conveniens decretis eius (*sc. Epicuri*). 5, 66 quibus rebus vita consentiens ... et constans et naturae -ens existimari potest. epist. 7, 23, 2 erat (*sc. signum*) aptum bibliothecae studiisque nostris -ens. 9, 24, 1 quibus litteris -entes fuerunt aliae. LIV. 4, 46, 8 eventus timori hominum -ens fuerat. 23, 38, 10 -entia litteris legatorumque indiciis Philippi consilia essent. 27, 7, 3 comperta iis fere -entia quae in litteris fuerant ... Messallae. VAL. MAX. 1, 5, 4 nec ulla vox proposito -ens esset audita. PLIN. nat. 2, 9 -ens tot saeculis ratio. QVINT. inst. 4, 2, 79 probatio narrationi -ens confirmatio. TAC. hist. 3, 68 pauca et praesenti maestitiae -entia locutus. ann. 1, 79 -entia his ... disseruere. 12, 69 -entia tempori praefatus. SVET. Otho 12 mors eius minime -ens vitae (*syn.* competens). FRONTO p. 107, 22 N. historiae ... orationi -entes *figuras*. p. 166, 23 res veras et -entes simplicitati nostrae amicitiae. p. 199, 12 iustitiae tuae ratio ⟨...⟩ tuae humanitati -ens. VLP. dig. 3, 1, 1, 5 sexui -ens pudicitia. 5, 3, 20, 6 singulis verbis ... -ens interpretatio *al.* APVL. apol. 34 *crimen* tam stultitiae quam linguae tuae -ens. 48 ne quid ... doctrinae tuae -ens reticuerim. flor. 16 p. 63 sententias vitae. met. 2, 24 loco -entes luctus et lacrimas. 5, 29 *haec* natalibus nostris ... -entia. 11, 15 vultum laetiorem candido isto habitu (*dat.*) tuo -entem. Plat. 2, 7. CORP. VIII 20982 (= 10979) viam lapide stratam ⟨d⟩ignam -entemque ⟨s⟩plendori patriae suae. LAMPR. Hel. 2, 4 adoptans virtutes veterum tuis moribus -entes et amicis caras. LACT. inst. 4, 1, 6 quod huic pravitati -ens erat. IVST. 43, 2, 10 aetas expositionis temporibus -ens. SVLP. VICT. rhet. 13 p. 320 sensus principiis. AMM. 17, 11, 1 his *conviciis* -entia plurima. 21, 13, 10 ne quid committam parum -ens honestati. AVG. civ. 12, 4 p. 516 pulchritudinem temporum ... istius mundi partibus -entem. 18, 30 p. 296 *quae* novo testamento -entia prophetaverint. LEO M. epist. 165, 10 quid tuae -entius *est* potestati? CASSIOD. var. 8, 12, 5. 9, 21, 3. **d** *cum praeposit.*: cum *aliqua re*: CIC. ac. 1, 23 quae (*res*) erant -entes cum descriptione naturae. Brut. 117 vita severus et -ens cum ea disciplina. APVL. Plat. 2, 5 *virtutem* secum et cum ceteris -entem. AMM. 20, 8, 17 ne quid sublatius dicam cum imperio -ens. ad: TAC. Germ. 6 apta et -ente ad equestrem pugnam velocitate peditum. GELL. 14, 6, 5 *librum* nihil prorsus ad nostras paupertinas litteras -entem. APVL. met. 2, 2 cetera corporis execrabiliter ad regulam ... sunt -entia. CASSIAN. inst. 1, 3 *sunt quaedam* ... ad morum formulam -entia. secundum: MAR. VICTORIN. rhet. 1, 5 p. 173 actus -ens secundum mores civitatis. in *rem*: SEN. nat. 6, 1, 3 in hoc tempus -ens casus. **e** congruens est, videtur: *seq. infin.*: PLIN. epist. 1, 8, 17. 2, 12, 4. 3, 8, 2. 4, 9, 19. 10, 118, 2 paneg. 38 VLP. dig. 17, 1, 29, 5. 19, 1, 11, 1. 27, 2, 2 APVL. met. 7, 27 TER. MAVR. 348 AMM. 20, 4, 18 SIDON. epist. 8, 11, 3. *nota comparat.*: CHALC. comm. 235 -entius est progredi. COD. Iust. 8, 46 (47), 4 pr. *cum acc. c. inf.*: TERT. anim. 58 -issimum est animam ... puniri. SIDON. epist. 7, 12, 4 sperans -ius tuum salve pontificum quam senatorum iam nominibus coniungi. *sequitur* ut: GELL. 4, 17, 13 VLP. dig. 1, 16, 4, 3. 1, 18, 13 LACT. inst. 4, 27, 7. ne: VLP. dig. 17, 1, 10, 3. *superl., sequitur enuntiatum condicionale*: HIL. op. hist. frg. 2, 9 (*a. 347*) hoc enim optimum est et valde -issimum esse videbitur, si ad caput ... referant sacerdotes. **3** *substantivi vice*: CIC. ac. 2, 44 cum haec duo pro -entibus sumunt tam vehementer repugnantia. LIV. 9, 31, 7 -entia ad consulem adferentes. 42, 17, 1 -entiaque omnia ... referebat. TAC. ann. 15, 56 non -entia responderant. AMM. 21, 12, 15 milites ... omnibus -entibus abundabant. 26, 3, 5 murmura super inopia victui -entium. DON. Ter. Hec. 720 bene servata sunt personis -entia.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cōnīveo, -īvī, -ēre [*cf. c.* nictare, nictus. *Th.*]. *in codicibus deterioribus* (*non in* INSCR.) *scribitur etiam* conn- *atque haud raro* conhib-; *cf. Heraeus, Archiv 13,53.* cogniveo GLOSS. *de coniugatione*: PRISC. gramm. II 478,11 'coniveo' quod etiam 'conivo' secundum tertiam protulerunt veteres. 479,5 Calvus (*carm. frg. 11*) 'conivĕre' infinitum secundum tertiam coniugationem correpta paenultima protulit. GLOSS. II 109,26 conivo. *de forma perfecti*: PRISC. gramm. II 478,11 coniveo .. praeteritum tam in -vi quam -xi habuit. PROB. cath. gramm. IV 35,22 (= SACERD. gramm. VI 487,13) *solum probat* conivi. *legitur* conixi: TVRPIL. com. 173. conivi: NINN. carm. frg. 4. APVL. met. 4,25 (-verat). 11,3 (-veram). IVL. VAL. 1,15 (-visset). AVG. c. Iul. 5,7,27 (-vero). GLOSS. μύω, ἐπιμύω, καμμύω, καταμύω, σκαρδαμύττω, μετεωρίζω. conivet συνέχει. adquiescit, fruit (*l.* nuit?) consentit vel capitis motu adquiescit. V 16,4 (= 57,21) conivere oculos claudere, interdum dissimulare. *legitur singulis locis*: PLAVT. LVCR. SEN. phil. PERS. SIL. QVINT. TAC., *binis*: COLVM. SVET., *frequentius*: CIC. (15[ies]). PLIN. nat. (10[ies]). APVL. (6[ies]).

1 *proprie*: *oculos claudere* (*de personis*); *claudi* (*de ipsis oculis*).

a *de personis rebusve personatis*: PLAVT. Most. 830 specta quam arte dormiunt *coagmenta in foribus* :: dormiunt?: :: illud quidem, ut -ent, volui dicere (*cf. p. 321, 24*). TVRPIL. com. 173 dum ego -xi somno, hic sibi prospexit vigilans virginem (TAC. ann. 16,5 tamquam somno -ret). TVBERO hist. 9 palpebras quoque eius, ne -ere posset, ... insuebant. CIC. de orat. 3,221 neque vero est quisquam qui eadem -ens efficiat (*opp.* contuens). nat. deor. 3,8. 3,9 cur -res ... altero oculo, causa non esset. Tusc. 1,117 ita -entem somno consopiri sempiterno. Pis. 11 ne -ente quidem te ... sed etiam hilarioribus oculis ... intuente. LVCR. 5,778 cum quasi -ent *sol et luna* et aperto lumine rursum omnia convisunt. PLIN. nat. 11,144 *gladiatores* contra comminationem aliquam non -rent. 23,48. SIL. 7,729 *cum subito* nox atra recessit, -ent solemque pavent agnoscere visu. QVINT. inst. 10,3,16 certa ... nisi -eamus in oculos incurrunt. SVET. Cal. 51 ad minima tonitrua et fulgura -ere, caput obvolvere. GELL. 12,5,11 cur manu alicuius ob oculos suos repente agitata invitus -eat. APVL. met. 1,11 paululum -o. 4,25. 10,17 ciliis alterna -ens bibere flagitarem. 11,3 necdum satis -veram. ARNOB. nat. 3,18 *deum* habere membranulas, -ere, nictare. AVG. civ. 2,1 p. 53 velut eas (*sc. res claras*) non spectantibus intuendas sed quodam modo tangendas palpantibus et -entibus offeramus. MART. CAP. 1,37 qua illum etiam quiescere cupientem -ere non perferat. 2,112 quod paululum -ere ... virginem non sivisset. 2,184 paululum -ens oculis. *in imagine*: CIC. Cael. 41 quibus *blandimentis* sopita virtus -ret interdum. leg. agr. 2,77 quamquam me vester honos vigilare ... et intentis oculis omnes rei publicae partes intueri iubet, tamen paulisper ... -bo. Catil. 2,27. SEN. epist. 81,25

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

manifestum etiam -enti (contuenti *VP*) discrimen est. GELL. 2, 2, 9 patrum iura ... interquiescere paululum et -ere. 13, 28 (27), 4 mens viri prudentis .. esse debet .. nunquam -ens, nusquam aciem suam flectens. *de bestiis*: PLIN. nat. 10, 10 si *haliaetus* -entem humectantemque animadvertit *pullum*. 10, 209 in terrestribus omnia quae -eant, dormire manifestum est. 11, 151. 156 graviores alitum inferiore genā -ent ... columbae et similia utraque -ent. *additur* oculos: NINN. carm. frg. 4 nam non -vi oculos ego deinde sopore. *cf.* PLIN. nat. 11, 144 Neroni, nisi cum -ret ad prope admota, hebetes *oculi*.
b *de oculis sim.*: CALV. carm. frg. 11 cum gravis ingenti -ēre pupula somno (APVL. met. 10, 32 nunc mite -entibus nunc acre comminantibus gestire pupulis. PLIN. nat. 1, 11, 55 quae *pupillae* non -eant). CIC. har. resp. 38 -entes illos oculos abavi tui magis optandos fuisse quam hos flagrantes sororis. nat. deor. 2, 143 *oculis* somno -entibus (*opp.* apertis). PAVL. FEST. p. 42 -entibus palpebris (HIL. in psalm. 131, 5 ne ipsis quidem palpebris -endi in dormitationem permittetur obductio). COLVM. 10, 259 -entes oculos violaria solvunt. PLIN. nat. 2, 145 vigilans ictus -entibus oculis, dormiens patentibus reperitur. 11, 145. VLP. dig. 40, 1, 4, 1 -entibus oculis credendum. HIER. in Am. 3, 8 p. 336 quasi clausis et -entibus oculis. COD. Iust. 1, 17, 2, 11 formam legum non -entibus oculis accipere. **c** *de variis rebus*: GELL. 16, 3, 3 *ventris ac stomachi vacua* ubi aut cibo complentur aut inanitate diutina contrahuntur et -ent. 17, 11, 4 *foramina* quasi claustra quaedam mobilia, -entia vicissim et resurgentia (*cf. p. 320, 60*). APVL. Socr. 106 -entibus ad regulam lineis. *transitive*: VINDIC. med. 13 *foetus* rumpit membranas, sed celeritate eruptionis -et.

2 *translate*: *indulgere, concedere, consentire*. GLOSS. παραπροςποιοῦμαι. consentio, conspiro. ῥαθυμεῖ. concedere. coniventes consentientes vel conspirantes, coniventibus faventibus consentientibus. CIC. Flacc. 25 in quo *reo*, etiamsi quid errasset, omnes boni -endum esse arbitrarentur. Cael. 59 in hominum sceleribus maximis (har. resp. 52 in tot tantisque sceleribus). Mil. 32 *consulibus* si non adiuvantibus, at -entibus certe. Phil. 1, 18 sed haec ipsa concedo; quibusdam etiam in rebus -o SEN. benef. 4, 36, 2 COLVM. 4, 29, 2. PERS. 6, 50 quis vetat? aude. vae, nisi -es. SVET. Iul. 67 desertorum ... punitor acerrimus -bat in ceteris. ARNOB. nat. 3, 4 astipulamur, acquiescimus, -ēmus. 6, 12 illud etiam vobis -entibus consecutum est (HIER. in Eph. 2, 1 p. 571 nobis. SIDON. epist. 9, 7, 5 PAPYR. Berol. 628^{r} I 16). LACT. inst. 3, 3, 16. 5, 2, 9. HIL. trin. 5, 1 si sanctitatem dicti infideliter usurpati -entis taciturnitas confirmaret. EDICT. imp. Diocl. 1, 10 ultra -ere non possunt, quos ... egestatis extrema traxerunt. CORP. XIII 2129 (*Luguduni*) -ente Dunnio ... curavit. DICT. 2, 33 -ente Achille. AMM. 14, 11, 33 *Fortuna* -ente. PRVD. psych. 453 nec fronte severos -ente oculos praedarum ad gaudia flectit. AVG. in psalm. 57, 15 ille vel -ens vel non intellegens. COD. Theod. 12, 1, 77 (*a. 372*) per gratiam aut -ente iudice. LEX VISIG. 3, 4, 1 si -bente aut non -bente uxorem cum alio viro adulterium fiat. *accedit dativus*: TERT. coron. 11 nec illi necessitati disciplina -et. IVL. VAL. 1, 15 quod appellatio illa (*sc. Lysiae*) solutioni coepti ⟨coniugii⟩ -visset (*P*, convivasset *ex* -visset *A*). AVR. VICT. Caes. 4, 10 sceleribus. HIL. in Matth. 14, 8 voluptatis condicionibus. PAVL. NOL. carm. 10, 319 lentis ... dum -o votis. MACR. sat. 5, 17, 6 fabulae. MART. CAP. 1, 25. COD. Theod. 15, 1, 43 (*a. 405*) competitorum obreptionibus. NOVELL. Val. 15, 1, 43 (*a. 405*) celare tales (*sc. Manichaeos*) aut talibus -ere. LEO M. epist. 155, 2 adversariorum pravitati. 157, 3 si quis adversariorum machinationibus -endum esse credidit. COD. Iust. 2, 14 (15), 1, 1 qui huiusmodi dolo scientes -ent. *seq. acc. c. inf.*: IVLIAN. Aug. c. Iul. 5, 7, 27 si -vero invictum esse libidinis malum. *seq.* ut: OROS. hist. 4 praef. 6 non tamen -o ut etiam asserant (*syn.* concedo, ut). 5, 1, 2 sed -o, ut ... videatur.

part. adi. **cōnīvēns**, -tis. PANEG. 10, 9 vota hominum -enti patientia fatigabas. AMBR. in psalm. 118 serm. 1, 11 ita et tu primo averteris -enti magis dissimulatione quam refragatione praerupta. MACR. somn. 2, 15, 18 in exercitio argutiarum talium -entem sibi operam sponte lusisse. CLAVD. MAM. anim. p. 75, 18 -entium (convenientium *pars codd.*) elementorum harmonia turbata. p. 124, 23 valde consentanea nostrisque oppido -entia (convenientia *pauci codd.*) pronuntiari. p. 149, 13 suntne haec omnia genti mortalium vel -entia (convenientia *pauci codd.*) usui vel iucunda spectamini? CONC. Cabil. a. 639 p. 209, 7 una conspiratione et -bente animo sentiente.

coniuga, -ae *f. cf.* coniux *et gr.* ἡ σύζυγος. GLOSS. IV 435, 20 -a conivulus conparticeps (*dub.*) APVL. met. 6, 4 magni Iovis germana et -a. 8, 22 servus ... habens ex eodem famulitio conservam -am. 9, 14 pessimam ... sortitus -am. CARM. epigr. 112, 2 (*Africa*) ex Germana -a. 1559, 1 (*Roma*) Bassa vatis quae Laberi -a ... quiescit. INSCR. christ. Rossi I 17 (*a. 291*) -a innocentissima Cervonia Silvana. MART. CAP. 1, 4 Ope -a. *cf. p. 322, 73.*

coniugābilis, -e *a* coniugare. CHALC. comm. 17 natura eius (*sc. continui competentis*) -is est et adunatrix distantium limitum.

coniugālis, -e [*a* coniux. *Th.*]. *scribitur* coiug- CORP. VI 9275 *v. p. 322, 48.* GLOSS. ὁμόζυγος, γαμικός, συναπτικός. coniugale γαμήλιον. *habent singulis locis*: VARRO PHAEDR. COLVM. PLIN. nat. QVINT.; *ternis*: VAL. MAX. SEN. trag. TAC.; *inde ab* APVL. *saepius legitur.*

1 *ad coniugium, nuptias, matrimonium pertinens*: VARRO frg. Non. p. 528 (*cf.* SERV. Aen. 9, 4) dis -bus Pilumino et Picumino in aedibus lectus sternebatur (SEN. Med. 1 di -es tuque genialis tori custos. Thy. 1103 QVINT. decl. 347 p. 368, 3 PS. QVINT. decl. 18, 5 TAC. Germ. 18. AVG. civ. 4, 34 sine diis -bus coniugati. INSCR. numm. Cohen III^{2} p. 383 n. 13 [*ara*] dis -bus). VAL. MAX. 2, 9, 2 sacra. 4, 6 tit. de amore -i (TAC. ann. 11, 4 LACT. epit. 33, 4 HIL. in Matth. 14, 7. VICT. VIT. 3, 26 ubi sunt foedera -is amoris? ubi societatis vincula?). PHAEDR. app. 14, 10 -em praebet Hymenaeus facem. SEN. Tro. 890 o -e tempus. PLIN. nat. 15, 123 *myrtum* (*cf. p. 326, 57*). PS. QVINT. decl. 19, 7 nec adeo -i societate cuncta miscentur, ut. TAC. ann. 11, 27 noctem actam licentia -i (GAVDENT. serm. 8 *viro et feminae* licentiam tribuerit -em *Christus*. SACR. Leon. p. 447). CARM. epigr. 141, 5 (*Numidia*) iugumque -em pudicum ... marito exhibui (ZENO 1, 6, 8 sanctissimo -i iugo ... subeuntes *componit patientia*. 1, 15, 6). TERT. adv. Marc. 3, 9 non ex semine -i et tamen carnem *Adam*. PERVIG. Ven. 82 quisque tutus quo tenetur -i foedere (ARNOB. nat. 4, 20 -a foedera. LACT. epit. 61, 8 -is foederis vinculum). IVL. VAL. 1, 15 ritibus. ARNOB. nat. 2, 8 -a copulatis consortia (FIRM. err. 7, 1 -e consortium. 9, 2. VICT. VIT. 1, 30 -i consortio sociare. ENNOD. dict. 15 p. 471, 1). 4, 25 -a secreta. LACT. inst. 3, 21, 5 ubi est igitur virtus castitatis? ubi fides -is? (VAL. CEM. hom. 20, 8). HIL. c. Const. 13 colloquium et sermocinatio et coniunctio -is verbi. PS. HIL. libell. 19 iuxta coniunctionem -em continentes. ZENO 2, 8, 2 Mariae superbus emicat venter, non munere -i, sed fide. AMBR. vid. 1, 1 -a oblectamenta (*ibid.* coniugii). hex. 5, 7, 18 amplexus (HIER. tract. p. 410, 1 complexus). HIER. epist. 48, 9 officium (75, 2. 108, 4. 123, 11 adv. Iovin. 1, 26). 69, 10 vinculum (VVLG. Ruth 1, 12 confecta sum nec apta vinculo -i [τοῦ μὴ εἶναι ἀνδρί]. PELAG. in I Cor. 7 p. 737^{D} PAVL. NOL. epist. 25, 7. AVG. civ. 1, 9 -bus vinculis inretiti. 14, 22 de vinculo -i quo invicem sibi uterque sexus obstringitur. gen. ad litt. 9, 7 p. 275, 27 CASSIAN. conl. 21, 1, 1. CANON. Migne 56, 448^{A} vinculum -e dissolvere. GREG. TVR. Mart. 3, 54). HIER. epist. 69, 5 -es tabulae et iura dotalia. RVFIN. epist. Clement. 7 -i lege. PRVD. psych. praef. 11 nec ante prolem -em gignere deo placentem. AVG. civ. 1, 9 vitam ducentes -em (14, 16). 1, 27 tori -is fidem (SACR. Leon. p. 447 -is tori iussa consortia. POMER. 2, 3, 2). 14, 16 concubitus (14, 8). 14, 22 de copula -i a deo primitus instituta (21, 26 ALC. AVIT. epist. 4 p. 30, 30. ENNOD. epist. 9, 1 p. 228, 12 -is copulae vitans remedium. PASS. Thom. p. 128, 25). civ. 16, 38 -i iure servato (epist. 127, 9). de bono -i *scripsit* AVG. *cf.* gen. ad litt. 9, 7 p. 276, 7. PAVL. MED. bened. 1, 4 nulla mensura -i libidinem cohibuisti. CANON. Migne 56, 448^{A} quod nullus in -i gradu positus spem habeat apud deum. VAL. CEM. hom. 17, 6 -es thalamos. SALV. eccl. 2, 14 coniugium sine opere -i (FVLG. RVSP. fid. 83 -e opus appetere). ENNOD. dict. 24 p. 499, 16 -is iura sacramenti. CASSIOD. var. 2, 11, 1 -is affectus (CORP. VI 29580, 7 [*christ.?*] quam adfectioni -i tam industria morum suorum. INSCR. christ. Leblant I 391 [*a. 496*] qui vixer⟨unt in coniu⟩gali adfectu et carita⟨te⟩). *nota*: CORP. VI 9275 c o i u g i coiugali castae. 11794 coniugi dulci fideli piae -i.

2 *ad coniugem (maritum, uxorem) pertinens*: VAL. MAX. 2, 1, 4 ne cupiditatem quidem liberorum -i fidei praeponi debuisse (IVL. VAL. 1, 4 ne quid omnino -i fidei deesset apud eum maritum qui). COLVM. 8, 2, 11 -em gregem *gallinacei*. APVL. met. 5, 6 amplexus. 5, 8 -e praeceptum. 5, 28 non nuptiae -es, non amicitiae sociales, non liberum caritates. 8, 3 furatrinae -is (*i. adulterii*) FIRM. math. 3, 6, 9 se -bus affectibus copulare (ZENO 1, 10, 1). DON. Ter. Hec. 361 -is dolor (*i. mariti*). GAVDENT. serm. praef. p. 838^{C} inter intestinos dolores opprobrii -is (*i. uxoris*). serm. 1 abstineat se ab usu -i. SERV. Aen. 3, 324 non cum fiducia -i (*i. uxoris, opp.* captivae) ascendit. AMBR. Abr. 1, 2, 9 erat iusto viro cura -is pudicitiae (*i. uxoris*. HEGES. 2, 4 castimonia. 5, 16 l. 17 AVG. civ. 1, 28. 15, 16. 26. serm. ed. Mai 57, 1 castitas. VAL. CEM. hom. 20, 8 pudor. CORP. VIII 78 exemplum sanctimoniae -is). HEGES. 1, 37, 5 propter -is formae appetentiam. 1, 37, 7 redderet se -i (*i. mariti*) gratiae (ENNOD. epist. 8, 29 p. 218, 25 affectum -is gratiae. *cf.* CARM. epigr. 111, 48 *a. 384* pietate matris, -i gratia). PS. AVG. serm. 1, 6 o affectus uxoris, o malagma -is. EVGRAPH. Ter. Ad. 28 *uxor* animo -i de marito suspicatur quod alteram amet (ENNOD. dict. 15 p. 470, 6 ubinam gentium fuit animus -is diligentiae? ubi maritalis sacramentum copulae?). SIDON. carm. 9, 105 ut transmarina in fluctus cadat unda *Alphei* -es (*sc. Arethusae*). 23, 297 *Andromeda* vindicata ... harpe -i. FVLG. RVSP. fid. 43 etsi fuerit aliquis -is excessus (*i. coniugum*). CASSIOD. var. 4, 1, 1 dulcedinem suavissimam -em. CORP. VIII 1757 Valeria coniuga(li?) fide ministra.

subst. **coniugālis**, -is. *masc.*: ITALA Phil. 4, 3 (Theod. Mops. *ad l.*) -is affectiose (γνήσιε σύζυγε, VVLG. germane compar). AVG. gen. c. Manich. 2, 16 ut quisque huic suae parti recte dominetur, ut fiat quasi -is in se ipso, ut caro non concupiscat adversus spiritum. *fem.*: PAPYR. Amherst. 2, 26 *saec. III/IV* luppa enim eum -is interrogabat (*Babr. 16, 8* λύκαινα δ' αὐτὸν ἡ σύνευνος ἠρώτα). *pluralis* coniugālēs, -ium *m.*: TERT. adv. Val. 8 alios ebulliunt fetus, proinde -es per copulam utriusque naturae. PS. CYPR. singul. cler. 32 ecce sancta dilectio quae -bus ... inducit absentiam. OPTAT. 6, 4 p. 149, 20 -es christiani. FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 13.

adv. **coniugāliter**. IVL. VAL. 1, 4 agebat Philippus cum mu-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

liere -r. AVG. epist. 157, 39 dicentes eis nihil prodesse quod pudice, quamvis -r vivunt. c. Iul. 5, 10, 41 non adulteria committendo, sed -r bene utendo malo libidinis.

coniugālitās, -ātis *f. a* coniugalis. *i. q. matrimonium*: PS. CYPR. singul. cler. 14 ut et ipsa -s ignoretur. 32 ecce vera dilectio quae in -e dividit, ut in castitate coniungat. *ibid. saepius.*

***coniugātio,** -ōnis *f. a* coniugare. GLOSS. II 109, 44 συνζυγία ἐπὶ ῥήματος τεχνικοῦ. *formatum a* CIC. *ad gr.* συζυγία.

coniunctio, copulatio: **1** *generatim*: APVL. flor. 18 p. 85 ut etiam in amplissima quaque laetitia subsit quaepiam vel parva querimonia -e quadam mellis et fellis. TERT. adv. Val. 7 ex -bus masculorum et feminarum. PS. TERT. haer. 4 syzygias, id est -es *Aeonum* (IREN. 1, 1, 1 *al.*). SOL. 26, 3 *ursi* apti amplexibus mutuis velut humanis -bus copulantur. IVL. VAL. 1, 23 dei cum matre -o. ARNOB. nat. 2, 16 et nos corporum -bus nascimur. 5, 21 patrem cum filia comminus uxoria -e misceri. CHALC. transl. p. 31A nec esset unum et simplex initium cuncta continens sed -o copulata. p. 35A quod *naturae genus* medium locavit inter individuum et item -e corporea dividuam substantiam (*Plato* κατὰ τὰ σώματα, CIC. Tim. 21 in corpore). comm. 225. 235 ex translativis motibus quaedam est praecedendi -o. QVEROL. p. 40, 6 inter servos et ancillas una -o est. AMBROSIAST. in I Cor. 7, 26 *virginitas* necessitates temporis nescit quas patitur -o (*i. matrimonium*). AVG. serm. 90, 6 sponsi et sponsae. RVFIN. hist. 4, 11, 5 spiritales nuptias ... ad instar videlicet supernarum -um (τῶν ἄνω συζυγιῶν). CASSIAN. conl. 5, 10, 5 *vitia* specialius in quattuor -es et copulas dividuntur. 14, 16, 9 virtutum. ALC. AVIT. epist. 18 p. 49, 31 non licitae -is tricennale consortium. GREG. TVR. Franc. 5, 13 Brunichildis.

2 *technice*: *apud rhetores in conclusione*: CIC. top. 12 haec verborum (*sc. quae orta ab uno varie commutantur*) -o συζυγία dicitur, ex qua huiusmodi est argumentum. 38 cuius est primus locus ex -e (coniunctione *plerique codd.*) quam συζυγίαν vocant (MART. CAP. 5, 559 *v. p. 326, 19*). PS. APVL. herm. p. 271 -o autem propositionum dicatur ipsa conexio earum per aliam communem particulam, qua inter se copulantur *eqs.* p. 273 nunc tradendum est quibus modis et -bus fiant intra certum numerum praedicativi generis verae conclusiones; quippe in prima formula (*i.* σχῆμα) novem soli moduli, sex autem -es reperiuntur *eqs.* *apud grammaticos de declinatione verborum*: CHAR. gramm. I 164, 15 verba accidunt qualitas genus ... -o (DIOM. gramm. I 334, 12). COMINIAN. Char. gramm. I 175, 30 -es quas Graeci συζυγίας appellant, sunt apud nos tres *eqs.* CHAR. gramm. I 252, 30 ex quacunque autem -e ortum fuerit verbum inchoativum, in tertia declinabitur -e. 255, 26 DIOM. gramm. I 344, 24. 346, 26 *sqq.* EXC. Bob. gramm. I 563, 6 verborum ordines sive -es. PRISC. *passim cf. ind. s. v.* gramm. III 567. *nota* II 442, 24 -o autem nominatur vel propter coniugatas consonantes, hoc est cognatas, ex quibus pleraeque apud Graecos -es regulam sumunt, vel quod una eademque ratione declinationis plurima coniungantur verba, quod magis ad Latinorum nominationem aptius est (*cf.* AVG. gramm. V 511, 41 ISID. orig. 1, 9, 6). CONSENT. gramm. V 380, 29 -o est collectio quaedam, quam Graeci σύστημα appellant, verborum simili declinatione currentium *et passim apud grammaticos.* PORPH. Hor. carm. 3, 12, 1 tertiae -is hoc verbum (*lavere*) apud veteres erat (*aliis locis* declinatio). DON. Ter. Ad. 534. Eun. 805 *scibis* dicitur per productionem tertiae -is. SERV. Aen. 1, 451. 3, 56 hoc verbum (*potitur*) de his est quae permiscent -es. MART. CAP. 3, 283 *sqq.* [*dubium* FEST. p. 162 'nec' -em grammatici fere dicunt esse disiunctivam, *sed* PAVL. FEST. coniunctionem.] *apud metricos de compositione metrorum*: IVBA Prisc. gramm. III 420, 9 in secundo et quarto et sexto loco iambus non recipit nisi a brevi incipientes, quia in his locis feriuntur per -em pedestrem metrorum. PRISC. gramm. III 429, 2 comicum epionicum spondeos paribus locis habens iambicarum συζυγιῶν, id est -um. MAR. VICTORIN. gramm. VI 49, 30 *sqq.* 53, 19. 61, 26 *sqq.* 93, 17 *gr.* ἐπίζευξις. ATIL. gramm. VI 281, 1 cum unus pes simplex bis positus compositum pedem fecerit, graece συζυγία, latine -o dicitur. 290, 8 *hoc genus* ordinem pedum naturalem ac solitum amittit et immutatis pedum -bus copulatur. *apud mathematicos de serie numerorum*: BOETH. arithm. 1, 27 p. 55, 15 si talis -o *numerorum* misceatur. *apud astronomos de stellarum iunctione*: CHALC. comm. 124 duplex est -o, altera per cathetum, altera per diametrum *eqs.*

coniugātor, -ōris *m. a* coniugare. CATVLL. 61, 45 dux bonae Veneris, boni coniugator amoris *Hymenaeus.*

coniugiālis, -e *a* coniugium. OV. met. 5, 3 nec -a festa qui canat, est clamor. 6, 536 *nec te movere* nec mea virginitas nec -a (coniugalia *plerique codd.*) iura. 11, 743 nec -e solutum foedus in alitibus. STAT. Theb. 12, 158 rapiet *Creon* fortasse precantes *matronas* ... nec -a (*i. maritorum*) supra funera, sed caris longe mactabit ab umbris.

coniugis consociatus GLOSS. V 447, 29.

***coniugium,** -iī *n.* [*cf. c.* coniugare, coniux. *Th.*]. *apud poetas gen. sing.* coniugii: PROP. 3, 11, 31 (*v. p. 324, 32*). OV. epist. 2, 34. 7, 178 *al.* coniugi: SEN. Ag. 155 Med. 481. coiugio: CORP. X 3304. XI 6428 INSCR. christ. Rossi I 45 (*a. 336*). c o n i u g i u s *v. p. 325, 48.* ISID. orig. 9, 7, 20 -m est legitimarum personarum inter se coeundi et copulandi nuptiae: -m dictum quia coniuncti sunt, vel a iugo quo in nuptiis copulantur, ne resolvi aut separari possint (*cf.* AMBR. virginit. 6, 33 inst. virg. 6, 41). GLOSS. συμβίωσις, συνζυγία, γάμος, συναφή, συνοικέσιον ἀνδρὸς καὶ γυναικός. matrimonium. GLOSS. II 109, 43 coniugium et conubium συνζυγία ἐπὶ γάμου, συμβίωσις. DIFF. ed. Beck p. 47, 39 -m est etiam inter servos, conubium inter gentes, matrimonium inter cives. *legitur inde a* TER. *et* ACC. *plur. poet.*: VERG. Aen. 7, 555 VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 SEN. Med. 144 Herc. f. 501 Tro. 59 VAL. FL. 8, 393 *al.* [*corrupt.* FIRM. math. 1 prooem. 4 *v.* confligium].

1 *matrimonium, nuptiae*: **a** *proprie*: *de hominibus*: TER. Andr. 561 consuetudine et -o liberali devinctum. CIC. nat. deor. 2, 70 *deorum* -a, cognationes (AETNA 88 norunt *poetae* bella deum, norunt abscondita nobis -a). Tusc. 5, 5 tu *homines* inter se primo domiciliis, deinde -is ... iunxisti. fin. 4, 17 ut -a virorum et uxorum natura coniuncta esse diceret (VAL. MAX. 2, 6, 15 honesta tam inhonesto vinculo -a iuncturae *matronae*). 5, 65 tota domus -o et stirpe coniungitur. off. 1, 54. Att. 6, 8, 1 de -o Tulliae meae. CATVLL. 66, 28 regium adepta's -um. 89, 90 nascatur magus ex Gelli matrisque nefando -o. PVBLIL. P 32 perenne -um animus non corpus facit. CARM. Suet. gramm. 18 -o hanc petere (*sc. Smyrnam*). NEP. Cim. 1, 3 huius -ii cupidus. VERG. Aen. 3, 475 -o, Anchisa, Veneris dignate superbo. 4, 48 quae surgere regna *cernes* -o tali (TAC. ann. 4, 40 quid si intendatur certamen belli tali -o? SVET. Claud. 26 dandam ... veniam talium -orum). Aen. 4, 172 -um vocat *Dido furtivum amorem.* 4, 431 non iam -um antiquum quod prodidit oro. 7, 555 talia -a et talis celebrent hymenaeos (SIL. 17, 79 longe -a ac longe Tyrios hymenaeos inter Dardanias acies fore). CIRIS 73 ipse pater ... -um castae violaverat Amphitrites. LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 50 *ut* alteriu⟨s c⟩oniugio parares fecunditat⟨em⟩. 2, 51. TIB. 2, 2, 18 flavaque -o vincula portet Amor. LYGD. 4, 74 si ferre recusas immitem dominam -umque ferum. 4, 79 hoc tibi -um promittit Delius ipse. PROP. 2, 9, 5 -um falsa poterat differre Minerva *Penelope.* 3, 11, 31 -ii (*Passeratius,* coniugis *codd.*) obsceni pretium. 4, 11, 11 -m Pauli. OV. epist. 2, 34 -ii sponsor et obses (15, 116). 6, 163 -o fraudata. 7, 178 pro spe -ii tempora parva peto (15, 100 -ii spes est ... facta tui. TAC. ann. 4, 3). 9, 150. 13, 160 perque pares animi -iique faces. 15, 171 non ego -um generosae degener opto. 19, 7 -um pactamque fidem ... posco. 20, 45 -ii tempus (VAL. FL. 8, 227). 20, 111 nomine -ii dicto. 20, 139. met. 2, 804 fortunatumque sororis -um. 7, 69. 9, 722. 10, 295 -o quod fecit adest dea. 10, 613 -um petere hoc (VAL. MAX. 8, 2, 3 expetisse. IVV. 10, 352 -um petimus partumque uxoris). 10, 621 -m crudele meum est. 10, 634 *nisi* mihi -um fata importuna negarent. 11, 298. 14, 298 -ii dotem sociorum corpora poscit. fast. 5, 528 -o sola fruere meo. 6, 587 -o ... peracto. Ib. 529. Pont. 4, 11, 22 -o felix iam potes esse novo. MANIL. 2, 839 -a atque epulas. 3, 120. PAVL. FEST. p. 63 initio -ii solutio erat cinguli. p. 170. 353. VAL. MAX. 4, 3, 3 convictum socrūs pro -o habuit. 7, 2 ext. 1 splendidis -iis inicis manus. 7, 7, 4. SEN. Ag. 80 -ii sacrata fides. 245 Agamemnonis fidele -m. Herc. f. 497. 501. Herc. O. 453 artibus magicis fere -a nuptae ... ligant. Med. 144 -a solvit (IVV. 9, 80). 481 -i testes mei. Tro. 90 cui -o pectora velas. COLVM. 12 praef. 1 maritale -um sic comparatum esse natura. PLIN. nat. 15, 122 *myrtum* coniugulam, fortassis a -iis. VAL. FL. 1, 523 natae. 2, 173 dira precantur -a et Stygiis infanda ad foedera taedas. 3, 535 quem tibi -o ... dicavi. 8, 206. 279. 300 -o atque iterum sponsae flammatus amore. SIL. 6, 448. QVINT. decl. 291 p. 161, 22. PS. QVINT. decl. 18, 3 rudem -ii mentem (*cf. p. 325, 10*). IVV. 11, 29. TAC. ann. 2, 86 in eodem -o manebat. 3, 25. 3, 34 vix praesenti custodia manere inlaesa -a (*opp.* discidium). 6, 20 -o accepit. 11, 34. 13, 19. 14, 1 redderetur ipsa Othonis -o. 14, 27 nec -iis suscipiendis neque alendis liberis sueti. 15, 37 nisi uni ... in modum sollemniorum -orum denupsisset *Nero.* SVET. Aug. 99 (*verba Augusti*) nostri -ii memor. APVL. apol. 92 TERT. pudic. 16. monog. 4 perseveravit unio -ii in auctoribus generis. castit. 6 concubinis -a miscuerunt *patriarchae.* PANEG. 9, 4 pudicitia soli dicata -o. LACT. inst. 1, 10, 9 in -um sibi vindicavit. HIL. in Matth. 7, 6 nos quadam sibi -ii societate coniungit (10, 23 quodam -ii sibi iure distringit). myst. p. 5, 27 in sanctificandis per -a fidelium infidelibus. p. 5, 30 unius fidelis societas prodesset per -um infideli. GAVDENT. serm. p. 896A repudiata Iudaeorum plebe nostra ex gentibus sumitur in -um plebs (*in imagine*). FILASTR. 108, 7 deos deasque transformatos nefanda -a commisisse. AVIEN. carm. ad Nort. 6 -o laetus Placidae. AVSON. 161, 5 -ii fides. 208, 6 natam -o attribuit *tibi.* 209, 5 illic -m natique *erant Sedato.* 219, 4 -ii vindex, ultor adulterii *Menelaus.* 319, 37 -m concors. AMM. 28, 1, 14 Hispanillae affectasse -um. SERV. Aen. 3, 139 *opp.* divortia. HYG. fab. 35 p. 67, 6 cum Iolen ... in -um petisset. 42 p. 70, 14 *Ariadnen* in -o secum habiturus avexit. 43 p. 70, 22 Phaedram duxit in -um (186 p. 118, 23 duxit -o Melanippen). 92 p. 88, 7 in -um dare (VVLG. gen. 30, 4). *talia saepissime.* AMBR. epist. 19, 34 alienigenarum consortia refugienda, ne pro caritate -ii proditionis insidiae succedant *al.* RVFIN. hist. 4, 17, 3 repudiare iura -ii (συζυγία. *syn.* consortium). HIER. epist. 41, 3 scelerata -a iterata (*syn.* secundae nuptiae). 123, 5 secunda -a. VVLG. gen. 26, 7 quod sibi esset sociata -o. deut. 7, 3 neque sociabis cum eis -a. AVG. civ. 15, 16 fraterna -a (*i. inter sororem et fratrem*). 16, 36 cum continentia -o praeferatur. SVLP. SEV. chron. 2, 12, 5 cum ... puella regis -o quaere-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

retur. BACHIAR. repar. laps. 10 ut illa vel ille qui criminis peccatique consortes sunt, veluti in matrimonio -oque iungantur. ZACCH. 2,9 habere in -o conventuque plures. MAX. epist. p. 2 in plures toros transmissa -a. CORP. VI 35469 uno coniug(io) vixer(unt) ann. L. XIV 1262 vixit in -o annis *tot. talia saepe in* INSCR. CORP. X 5815 vixit in -um. 7643 vita et -o amantes et unanimitate pares. *nota*: TAC. ann. 12,6 nova nobis in fratrum filias -a. *de bestiis*: VERG. georg. 3,275 sine ullis -iis vento gravidae *equae*. PROP. 2,15,28 columbae, masculus et totum femina -um (*cf.* PLIN. nat. 10,104 *columbae* -ii fidem non violant). OV. fast. 4,336 *iuvencam* operum -iique rudem. SEN. Phaedr. 341 si -o timuere suo, poscunt timidi proelia cervi. PLIN. nat. 11,84 (*de araneis*) paria fieri merita -o (*dat.*). HIER. epist. 123,12 quia alterum *animalium* fetibus et -o, alterum (*sc. mas*) sacrificio praeparatum est. RVFIN. symb. 11 apes certe nescire -a. AVG. civ. 19,12 quis milvus ... non -um copulat, nidum congerit.

b *metonymice de ipsis coniugibus*: *i. q. uxor*: ACC. trag. 500 -um Pisis petere. VERG. Aen. 3,296 *Helenum* -o Aeacidae Pyrrhi sceptrisque potitum. 7,423 rex tibi -m et quaesitas sanguine dotes abnegat. 7,433 dare -um. 11,270 *ut* -um optatum...*viderem*. PROP. 4,11,87 -um... ferte paternum (*i. novercam*). SEN. Tro. 59 hic Hectoris -a despondet sibi. LVCAN. 5,725 seponere tutum -ii decrevit onus Lesboque remotam *Corneliam* occulere. VAL. FL. 8,393 an vero *se secutos esse* ut thalamis raptisque indulgeat unus (*sc. Iason*) -iis. IVV. 8,219 nec Electrae iugulo se polluit aut Spartani sanguine -ii *Orestes*. ITALA I Cor. 7,33 (Tert. pudic. 16) quomodo *nupti* placeant -o (*γυναικί*, VVLG. uxori). ANTH. 224 tit. de electione -ii (*i. uxoris*). AVSON. 364,13 -a et nati cum patribus ... serunt. DICT. 5,14 amorem -ii ... retinens. AMM. 22,8,41 -iis potiti dominorum et rebus (OROS. hist. 4,5,5 patrimonia -aque dominorum usurpant). AMBR. Iac. 2,5,24 duorum vir -orum. HEGES. 1,32,6 non -ii aut prolis caritas. HIER. epist. 22,21 quo mihi superbissimo regi servitura -a? 69,5 (*syn.* uxores). COD. Theod. 7,1,3 (*a. 349*) -a liberos servos. 16,2,14,4 (*a. 357*). CARM. epigr. 1347B, 30 (*ante a. 395*) auxilium soboli -oque feras, *Christe*. SVLP. SEV. chron. 1,40,4 ex alienigenis -a sumpsisset. PROSP. in psalm. 127,3 CASSIOD. var. 4,43,1 GREG. TVR. Mart. 2,24. *nota*: CARM. epigr. 1192,1 (*saec. II*) debita -ó Apelles pia carmina scribit, quam rapuit mors. *i. q. maritus*: CATVLL. 68,84 abrupto vivere -o. 68,107 *Laodamiae* ereptum est vita dulcius atque anima -m (CARM. epigr. 598,3 *saec. III ex.* -o ereptam Firma⟨m⟩). VERG. Aen. 2,579 *Helena* -umque domumque patres natosque videbit. PROP. 3,13,20 *viduae* certamen habent leti, quae viva sequatur -um. SEN. Ag. 155 -i nomen sacrum. Tro. 874 tale -um tibi ... non Priamus daret. SOL. 1,59 aliae *mulierum* mutatis -iis exuunt sterilitatem. LAMPR. Heliog. 4,3 matrona consularis -ii ornamentis donata. DICT. 6,3 spreto priore -o. HYG. fab. 1 p. 38,8 quod se Ino -o privasset (36 p. 67,12). *de utroque coniuge*: CARM. laud. dom. 10 -um memini summa pietate fideque. AMM. 17,7,4 *clamores* quaeritantium -um liberosque. CARM. epigr. 595,1 coniugiu⟨s⟩ hic ille iacet castissim(a)e fam(a)e, quibus non in se licuit ... viverent. AVG. civ. 4,10 ut singula deorum -a dividerentur singulis elementis. 14,10 primus homo vel primi homines — duorum erat quippe -m. c. Iul. 6,18,55 pudica -a. c. Pelag. 1,16,33. c. Adim. 11 proprie inter -a zelotypia dici solet. VICT. VIT. 1,25 ut et -a foederata manerent. *cf.* DRAC. laud. dei 1,365 -um se quisque vocet (*sc. tam vir quam femina*). *nota de bestiis*: PLIN. nat. 8,86 -a ferme vagantur *serpentes* (9,20 *delphini*). 10,31 parvis in vicis non plus bina -a sunt *corvorum*.

c *i. q. conubium*: INST. Iust. 3,1,2ª cum qua poterat habere -um (*ex* COD. Iust. 5,27,11, *ubi* conubium). *cf.* CIC. de orat. 1,37 Sabinorum conubia (coniugia *M*) coniunxisse.

2 *societas, coniunctio*: LVCR. 3,845 comptu -oque corporis atque animae consistimus uniter apti (*opp.* discidium. CHALC. comm. 33 rationem animae corporisque -ii). CARM. epigr. 68,6 (= Corp. I 1019. VI 30105) parí -o (*i. amore, concordia*), virtute, summa industria vixsí. VAL. MAX. 6,2 ext. 3 inter has *feminas* et Theodorum Cyreneum quasi animosi spiritus -m esse potuit (*i. similitudo*), virtute par, felicitate dissimile. CYPR. GALL. gen. 407 *Loth et Abram* -um iunxere sibi. ARNOB. in psalm. 72 p. 428D a veritatis -o se falsitati commiscet.

coniugius *v. supra l. 48.*

coniuglae ζευκτῆρες GLOSS. III 443,30. [*hisp.* coyunda. *M.-L.*]

coniugo, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* iugum *derivatum; cf. c.* coniux, iugare. *Th.*]. GLOSS. IV 39,10 coniugatae conexae, coniunctae (39,35). 497,26 nexae vel coniunctae. *legitur apud* CIC. *et inde a* QVINT. [*sard.* cojuare. *M.-L.*]

coniungere, copulare: **1** *generatim*: *aliquid*: SOL. 4,2 *Aristaeum* seiuges usque ad se gentes ad unum morem -asse. *c. dat.*: ARNOB. nat. 2,28 *animae* hominibus -atae. AVG. c. Iul. op. imperf. 6,14 carnem moderatioris animae arbitrio -andam. *c. praep.* cum: ARNOB. nat. 3,13 purpurei sanguinis venas cum arteriis spiritalibus -atas. PRISC. gramm. III 161,20 quoscumque casus cum genetivis possessive prolatis. *i. q. coniungendo efficere aliquid*: CIC. off. 1,58 amicitia quam similitudo morum -vit. BOETH. arithm. 2,3 p. 85,5 si quincuplus cum sesquiquinto *se adglomeret*, mox sescupli proportio -bitur.

2 *speciatim i. q. matrimonio iungere*: APVL. met. 5,26 ego vero sororem tuam iam mihi ... nuptiis -bo (IVL. VAL. 1,13 matrem aliis regalibus nuptiis). ITIN. Alex. 44 virginem filiam Roxanen sibi -at (coniungat *cod.*). IVL. VAL. 3,58 *Cratero* Philippi filiam -ari. ARNOB. nat. 5,29 *feminas* vobis matrimonio -atas. AVG. civ. 4,21 diis nuptialibus *commendare* ut bene -rentur. 4,34 sine diis coniugalibus -ati. 16,34 post obitum coniugis iterum -ari. conf. 8,1,2 nec me prohibebat apostolus -ari. epist. 130,11 alius vult -ari. 220,5. 245,1. c. Iul. 3,7,16 gignendi gratia -ati. 4,2,9. SIDON. epist. 9,6,3 uxori. EVANG. de nativ. Mar. 7,4 cunctos de domo et familia David nuptui habiles non -atos.

part. adi. **coniugātus**, -a, -um. **1** *t. t. rhetorum*, *συνεζευγμένος*: CIC. top. 11 nam alia *argumenta* -a appellamus. 12 -a dicuntur quae sunt ex verbis generis eiusdem. 71 cum profectus sis a definitione ..., a -is (*cf.* MAR. VICTORIN. defin. p. 31,31. 32,6). QVINT. inst. 5,10,85 nisi eo Cicero uteretur, quod -um vocant. FORTVN. rhet. 2,24 p. 116 sunt et alii *loci argumentorum*, quos apud varios auctores artium invenimus, ἀπὸ τῆς συζυγίας, id est a coniunctione sive -is (MART. CAP. 5,559 sunt alii loci ἀπὸ τῆς συζυγίας id est a coniugatione sive a -is, quod quasi iunctum est personae qualitati). DON. Ter. Ad. 57. 127 a -is argumentatio. MART. CAP. 5,474 et sunt *argumenta* numero tredecim: a -is, a genere..., apparet in omnibus relativam inesse rationem, nam -um alterum alteri nominatur. 5,484. *t. t. grammaticorum*: CIC. top. 38 quia -a (*Friedrich*, iugata *trad.*) verba essent 'pluvia' et 'pluendo'. CASSIOD. art. 3 p. 1187B. 1191A -a dicuntur, cum declinatur a nomine et fit verbum. BOETH. diff. top. 2 p. 1192B. PRISC. gramm. II 442,24 'coniugatio' autem nominatur vel propter -as consonantes, hoc est cognatas. III 198,11 -a pronomina quae σύζυγα Aristarchus vocat (*sc. mei, tui, sui etc.*). *cf.* 198,19*sqq.* 199,11 in personarum discretione -arum hoc fieri. *t. t. mathematicorum*: BOETH. arithm. 2,23 p. 108,4 qui ultimus est -orum numerorum. **2** *i. q. matrimonio iunctus*: FVLG. aet. mund. p. 145,15 fratri iam -o. AVG. gen. ad litt. 10,18 p. 320,8 sancti patres -i. conf. 6,12,21. 6,13,23. civ. 5,6 ille -us, illa virgo sacra est. 15,15. 16,36 melior est tamen homo fidelis -us quam continens infidelis. epist. 130,29 una -a ..., alia vidua (serm. ed. Mai 116,4 aut virgo aut vidua aut -a). 262,7 *alia causa* viri et uxoris, ubi mulierem -am non licet dicere. c. Iul. 6,14,42 *concupiscentia* pudicus bene utitur -us. PS. AVG. serm 228,3 mulier -a, ... casta et humilis -a (*opp.* virgo superba). ENNOD. epist. 9,31 p. 255,12 habeas ... frugem et dulcedinem -i. *plur.* **coniugātī**, -ōrum *m. i. q. coniugales*: PS. AMBR. prec. 2,13 pro -is, ut ... sibi invicem carnis debitum solvant. AVG. civ. 6,9. 14,21 benedictio nuptiarum, ut -i crescerent (c. Iul. op. imperf. 6,17 -orum ex illa veraci dei benedictione fecunditas). epist. 127,9. 194,32 infans de fidelibus -is ortus (262,9. PS. RVFIN. in psalm. 42,3 tabernacula -orum fidelium). AVG. serm. ed. Mai 116,4 de -is aliquis. 134,3 c. Pelag. 3,5,14 c. Iul. 3,24,54. 3,26,66 isto enim *malo concupiscentiae* -i bene utuntur quo continentes melius non utuntur. PS. AVG. serm. 303,7 sunt virgines, sunt viduae, sunt etiam -i. POSSID. vita Aug. 27 dum inter se -i casu iurgarent. LVP. EVPHRON. epist. p. 66B.C ALC. AVIT. epist. 4 p. 31,7 hom. 9,2 p. 120,21. **coniugātae**, -ārum *f. i. q. uxores*: AVG. civ. 4,10 una *Venus* virginum ..., alia -arum, alia meretricum. quaest. hept. 1,129 serm. ed. Mai 116,2.

coniugulus, -a, -um; *cf. c.* coniugalis. CATO agr. 8,2 murtum coniugulum (133,2 *cod.* conivolum), *ex quo* PLIN. nat. 15,122 *myrtum* coniugulam, fortassis a coniugiis (15,123 coniugalem).

coniugus, -a, -um [*cf. c. gr.* σύζυγος. *Th.*]. PRISC. gramm. III 144,8 coniuga esse personis pronomina (*opp.* inconiugus).

cōnīum, -ī *n.*, κώνειον. GLOSS. cicuta. V 447,28 cicuta veneni genus quod philosophus bibit. AMBR. hex. 3,9,38 -m, quod inter alimenta vitae noxium reperias. 3,9,39 -o plerumque furores libidinum marcuerunt. DIOSC. 1,61 qui chonium vel venenum ... sumpserit. 3,23 bibentibus coniu. 4,75 de [a] conion. conion hastas habet nodosas *etc.* (PLIN. nat. 25,151 cicuta). *L.*

coniuncta, -ae *v. sub* coniungo *p. 337, 12.*

coniunctē *v. sub* coniungo *p. 337, 71.*

×coniunctim *adv. i. q.* coniuncte. *in versione graeca*: GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357A κονιούνκτιμ συνημμένως. S. C. Cic. epist. 8,8,5 neve quid -m referetur (*cf.* CAEL. Cic. epist. 8,9,5). CAES. Gall. 6,19,2 huius omnis pecuniae -m ratio habetur. LIV. 6,40,9 ut rogationes ... -m accipiatis. CYPR. GALL. exod. 296 -m (-um *A*) necant omnes. CARM. de fig. 40 haec duo -m faciunt. PROSP. c. coll. 19 ea quae ostendimus non congruere catholicae veritati breviter -mque digerere. *apud grammaticos*: SERV. gramm. IV 442,22 si ... volueris ut -m cohaereat *adverbio praepositio*. MART. CAP. 5,561 *quaestiones* ut aut singillatim separatae inducantur aut plures -m. PRISC. gramm. II 56,13 *praeponuntur praepositiones* -m ... per compositionem tam cum habentibus casus quam cum non habentibus *al.* *apud* ICTOS: GAIVS inst. 2,199 si duobus pluribusve ... eadem res legata sit sive -m sive disiunctim. VLP. dig. 7,2,1 pr. si -m sit usus fructus relictus. COD. Iust. 6,37,23,2 si -m an separatim eis relinquatur *ager*. IAVOL. dig. 28,5,64 heredes ... utrum -m

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

an separatim scribantur. VLP. dig. 28, 5, 15 pr. -m eos videri institutos (COD. Iust. 6, 51, 1, 10ᵃ) *et passim.*

ˣ**coniunctio,** -ōnis *f. a* coniungere. *actus coniungendi, res coniuncta.* GLOSS. σύνδεσμος copulatio conbinatio conpago conexio. *verbum a poetis omnino vitatum et raro a scriptoribus vetustioribus usurpatum frequentant* CIC. VITR. GRAMM. ECCL.

I *de coniunctione* ***rerum*****:** **a** *corporearum*: CIC. Verr. 5, 117 eorum *portuum* -e pars oppidi ... ponte ... adiungitur et continetur *urbi.* rep. 1, 41 -em tectorum oppidum ... appellaverunt. VITR. 2, 3, 2 *lateres* ab -e eius *tectorii* disparantur. 10, 1, 1 machina est continens e materia -o. PAVL. dig. 32, 92 pr. qui (*agri*) ad -em cuiusque ... fundorum ... optigerint. ITALA iud. 9, 37 (Lugd.) populus descendens ... a -e umbilici terrae (ἀπὸ τοῦ ἐχόμενα ὀμφαλοῦ). PS. DAMAS. 64, 1 trina -o mundi. PALLAD. 1, 40, 3 rimas -is obducito. *de humani corporis partibus*: CELS. 5, 26, 23 si *caro* -e corporis fovetur. HIER. epist. 48, 2 digitorum (123, 9). VVLG. Col. 2, 19 caput ex quo totum corpus per nexus et -es (διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων) subministratum. PHYSIOGN. 53 inter -em scapularum et cervicis. THEOD. PRISC. log. 112 inter articulorum -es. AVG. civ. 1, 19 -e membrorum. PS. SORAN. quaest. med. 241 ad ... -es recentium vulnerum. *v. p. 330, 49 sqq.* *de sideribus*: CIC. nat. deor. 2, 55 habent ... suam sphaeram stellae ... ab aetheria -e secretam. SEN. nat. 7, 19, 1 per -em cohaerentium *siderum.* HYG. astr. 3, 13 *habet* in dorso anguis *Ophiuchi* ad ipsam corporis -em V *stellas.* 3, 29 *Piscium* -em ... Aratus graece σύνδεσμον ὑπουράνιον, Cicero nodum caelestem dicit *al.* FIRM. math. 4 praef. 4 Lunae ... -es (4, 16, 4). *in imagine*: HIL. in Matth. 22, 2 hic filius ... inter legem atque gentes lateris et aedificii utriusque -o. *nota*: IVL. HON. cosmogr. A 22 *Bicornis* ante -em Rhodani vel commixtionem ... nomen aliud accipit. PAVL. FEST. p. 12 'apud' mutuam loci et personae -em demonstrat.

b *incorporearum inter se aut cum corporeis*: *c. genet.*: CIC. div. in Caec. 61 nullam ... graviorem causam necessitudinis posse reperiri quam -em sortis. Verr. 2, 38 si ... habebit nullam societatem -o secundae dubiaeque fortunae. 2, 97 ut se ... -e criminum liberaret. de orat. 2, 200 ius ... cum seditionis -e. Brut. 1 multorum officiorum -e me privatum videbam. epist. 9, 8, 1 studiorum amorisque. Phil. 8, 20 gratiae. div. 2, 142 quae est continuatio -oque naturae quam ... vocant συμπάθειαν? (2, 34; *cf.* SEN. nat. 2, 2, 2 continuatio est partium inter se non intermissa -o). ad Q. fr. 1, 1, 29 potestatis et sapientiae *al.* VARRO ling. 5, 63 -e ignis et humoris. VITR. 1, 1, 12 omnes disciplinas inter se -em rerum et communicationem habere. TERT. anim. 27 -o corporis animaeque (AVG. civ. 19, 4 *al.*). HIL. in Matth. 10, 10 fit inter eos quaedam corporis solique -o. FILASTR. 155, 9 diversae virtutis. AMBROSIAST. in Rom. 7, 25 ut *caro* societate et -e animae non moveretur. VINCENT. LER. 13 illa -o *naturarum in Christo.* CAEL. AVR. chron. 2, 13, 146 figmentorum et fabularum. *absolute*: COLVM. 6 praef. 2 in his tam discordantibus votis est tamen quaedam societas atque -o. HIL. ad Const. 1, 2 dies ... et nox habent aliquam -em. BOETH. arithm. 2, 4 p. 89, 2 *longitudo latitudo altitudo* circa omne corpus inseparabili -e versantur. c u m: CIC. nat. deor. 2, 66 quod ei (*aeri*) ... cum eo (*aethere*) summa -o. off. 3, 120 nulla potest esse *voluptati* cum honestate -o. div. 2, 119 mentis ... -e cum externis mentibus. *de musica*: VITR. 5, 4, 5 *sonitus* continent tetrachordi -em. 5, 4, 9 ex -e sonituum. FAV. EVL. 17, 9 symphoniarum ... o. MART. CAP. 9, 947 tertia (*sonorum diversitas*) per -em systematis.

c *technice*: **1** *apud rhetores: de sermone*: RHET. Her. 1, 16, 26 ea *iudicatio* constituetur ex -e firmamenti et rationis defensione. CIC. part. 21 suave ... genus erit dicendi ... -e. RVT. LVP. 1, 2 συναθροισμός ... plurium verborum -e fieri potest (1, 11). 1, 9 duorum ... schematum. ALF. dig. 33, 8, 14 in -bus ordinem nullum esse. PAVL. dig. 50, 16, 142 triplici modo -o intellegitur: aut enim re per se -o contingit, aut re et verbis, aut verbis tantum. 50, 16, 29 -em nonnumquam pro disiunctione accipi. FORTVN. rhet. 2, 24 p. 116, 9 ἀπὸ τῆς συζυγίας i. e. a -e sive coniugatis *argumentum.* HIL. trin. 3, 14 nec deus verus ab eo (*Christo*) deficit, qui in -e succedit. in psalm. 68, 33 ad conservationem -emque totius sensus ... subiecit. FILASTR. 153, 4 in hac -e baptismi. HIER. in Is. 37, 1 p. 459 in -bus (*i. enumerationibus*) apostolorum. SACR. Leon. p. 331 -o (*i. orationis formula*) oblationis virginum sacratarum. GLOSS. συναφή συναφία συζυγία. CIC. de orat. 3, 170 factum *verbum* vel -e vel novitate. part. 18 de -e *verborum al.* QVINT. inst. 1, 1, 31 litterarum inter se -o. 8, 3, 46 aliae ... -es. 9, 4, 147 *compositionis* tres partes: ordo -o numerus *al.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 129, 31 binae bases ... iunctae per synaphian, ut Graeci vocant, nos per -em. *cf.* PS. PRISC. gramm. III 520, 8 hyphen, quae -o dicitur, qua tunc utimur quando duo verba conectimus. *de musica*: BOETH. mus. 1, 24. MART. CAP. 9, 989 neque ... per -em h. e. συζυγίαν neque per periodum in isto genere *paeonico* rhythmus accedet. BOETH. arithm. 2, 1 p. 77, 10 ab eis (*litteris*) est syllabarum progressa -o. *nota*: RHET. Her. 4, 27, 38 -o (*i.* ζεῦγμα) est cum interpositione verbi et superiores partes orationis conprehenduntur et inferiores. **2** *apud dialecticos*: CIC. ac. 2, 91 quae -o, quae diiunctio vera sit. fat. 12 haec ... -o est ex repugnantibus. 15 neque eos (*Chaldaeos*) usuros esse -bus (*ubi* conexionibus *Madvig*). 16 ex conexo transferri ad -um negationem (top. 57 negantiam). COLVM. 2, 2, 3 ad qualitatum inter se dissidentium quasi -es, quas Graeci συζυγίας ἐναντιοτήτων, nos discordantium comparationes tolerabiliter dixerimus. GELL. 2, 8, 8 -em synlogismi non in fine posuit, sed in principio. **3** *apud grammaticos de particula*: GLOSS. σύνδεσμος τὸ μέρος τοῦ λόγου. , CHAR. gramm. I 224, 24 -o est pars orationis nectens ordinansque sententiam, *talia persaepe apud* GRAMM. *cf.* SERV. gramm. IV 418, 14 -es dictae sunt ab eo quod coniungant elocutionem. PRISC. gramm. III 93, 1 -o est pars orationis indeclinabilis. ISID. orig. 1, 12, 1 -o dicta, quod sensus sententiasque coniungat. SERV. Verg. Aen. 1, 27 numquam ... -o ponitur nisi inter duas res. MART. CAP. 3, 286 copulativae et disiunctivae et expletivae -es breves sunt, nisi positio fecerit longas. RHET. Her. 4, 30, 41 -bus verborum e medio sublatis. CIC. orat. 135 cum demptis -bus dissolute plura dicuntur. VARRO frg. Char. gramm. I 73, 3 quintum tricensimum annum dici sine -e ... et similia, nec interponendam -em ipsa re cohaerente. PAVL. FEST. p. 259 quando ... significat idem, quod quoniam et est -o *al. cf.* SERV. Aen. 4, 291 quando ... est -o ratiocinantis *al.* SEN. epist. 88, 42 -um ac praepositionum proprietates. ASCON. Scaur. p. 23 'quia' est -o disiunctiva (*cf. p. 223, 57*). QVINT. inst. 1, 5, 50 'an' et 'aut' -es sunt. 1, 7, 5 'ad' cum esset praepositio 'd' litteram, cum autem -o 't' acciperet. 9, 3, 50 *figura* quia -bus caret, dissolutio (ἀσύνδετον) vocatur. *ibid.* contrarium ... quod -bus abundat ... πολυσύνδετον dicitur *al.* SVET. Aug. 86 -es saepius iterare. GELL. 10, 29, 1 'atque' particula ... -o esse dicitur conexiva, et plerumque sane coniungit verba et conectit. 17, 13, 1 'quin' particula quam grammatici -em appellant. PAVL. dig. 33, 8, 14 detracta -e (*sc.* '*que*'). PORPH. Hor. carm. 1, 2, 25 ἀσυνδέτως transiit et fere morem hunc habet sine -bus transeundi. subaudienda ... est -o 'ergo'. DON. Ter. Phorm. 171 'et' modo non conexiva, sed inceptiva -o est *al.* HIER. epist. 121, 10 'quidem' -o superflua est. in Eph. 3, 5 *sqq.* p. 591 appositionem -is eius (*i. q. praepositionis* '*con*') *al.* CHAR. gramm. I 268, 12 -o pro adverbio. PRISC. gramm. II 181, 21 -o enclitica. III 34, 24 non bene tamen Stoici praepositionem inter -es ponebant, praepositivam -em eam nominantes, cum -o et nominibus et verbis et omnibus tam declinabilibus quam indeclinabilibus per appositionem soleat adiungi. 74, 28 -o electiva. COD. Iust. 6, 38, 4, 1ᵃ -em 'aut' pro 'et' accipi (παραδιάζευξις).

II *de coniunctione* ***hominum*****:** **a** *generatim*: CIC. fin. 3, 69 ut ... conservetur omnis homini erga hominem societas, -o, caritas. leg. 1, 16 quae sit -o hominum, quae naturalis societas inter ipsos (fin. 5, 65). off. 3, 23 civium. AVG. serm. ed. Mai 6, 1 sumentes de pace bellum, de -e discidium. VAL. CEM. hom. 12, 6 laudans -em fraternam. *ibid.* haec est mortalibus utilis et iucunda -o, ut non dividamus ... patrem a filio ....

b *speciatim*: **1** *cum deis sim.*: CIC. leg. 1, 43 -e, quae est homini cum deo. APVL. Socr. 15 p. 152 preces quibus Genium et genua precantur, -em nostram. videantur mihi obtestari. PS. APVL. Ascl. 7 de -e deorum, qua homines soli eorum dignatione perfruuntur. **2** *cum hominibus per affinitatem, amicitiam, sim.*: CIC. Cluent. 190 affinitatis -o (dom. 118 Att. 2, 17, 1 epist. 3, 10, 10). Planc. 21 vicinitatis. Cato 45 vitae (SEN. epist. 99, 4). off. 1, 54 sanguinis ... -o (QVINT. decl. 264 p. 78, 18. MAR. VICTORIN. in Phil. 2, 9 p. 1210ᴰ germanitas. CHAR. gramm. I 99, 22 necessitudo. HIER. epist. 79, 3). *cf.* CALL. dig. 27, 1, 17, 1 propter -em originis Romanae. DICT. 1, 10 ob generis -em. CIC. Catil. 4, 22 -em vestram equitumque Romanorum ... confringere et labefactare. prov. 45 -em Caesaris defugi. Att. 2, 23, 4 -o a n i m o r u m (epist. 5, 13, 5. PVBLIL. B 16 benevoli -o animi maxima est cognatio. AVG. vera relig. 47, 91. PS. AVG. serm. 107, 1 vera et sincera. SIDON. epist. 2, 11, 1). CIC. epist. 3, 4, 2 -es necessariorum tuorum. LIV. 44, 29, 6 -o ipsa regum. QVINT. decl. 312 p. 226, 19 est quaedam eiusdem ordinis -o. TAC. ann. 4, 39 -e Caesaris dignus crederetur. 12, 46 -em fratrum ... referens. IVST. 6, 3, 8 Pisander pro -e Agesilai. CAPITOL. Ver. 1, 3 *Verus* ex Antonini -e Verus et Antoninus. EVGRAPH. Ter. Andr. 110 *familiaritatem* habebat ex -e ... mulieris. FILASTR. 148, 8 duorum ... populorum ... i n u n u m societatis -o. *de militibus*: VEG. mil. 2, 21 ut una videatur esse -o. CIC. Verr. 4, 23 habet morum similitudo -em atque concordiam. Catil. 4, 15 quam si -em ... perpetuam ... tenuerimus. dom. 28 nostram -em ... diremerunt. Att. 11, 12, 2 auctorem nostrae -is fuisse *al.* SEN. benef. 1, 11, 4 -e ac sanguine usuque et consuetudine longa cara. QVINT. decl. 318 p. 250, 6 nullam ... amicitiae summae, nullam nostrae -is reverentiam. 321 p. 261, 18 maior artiorque -o post paenitentiam. TAC. ann. 5, 1 quem -e tali super alios extulisset. PLIN. paneg. 84 *aemulatio* maxime nascitur ex -e. GELL. 13, 3, 1 *necessitudo* vinculum religiosae -is. VLP. dig. 43, 29, 3, 12 ex -e actorem ... eligendum. DON. Ter. Hec. 506 ditiorem quaeratis -em. PS. APVL. Ascl. 5 generis humani species ... prope omnium per necessitatem -es facit. ENNOD. epist. 4, 12, 2 p. 107, 11 te a -e peccata *non* retrahunt *al.* c u m: CIC. Att. 2, 3, 3 -o mihi summa cum Pompeio. 4, 19, 2 cum Caesare suavissimam -em. 11, 6, 2 tanta cum barbaris gentibus -o *al.* LIV. 41, 24, 14 vetusta -o cum Macedonibus. VLP. dig. 1, 16, 4, 3 si qua ei *proconsuli* familiaritas

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

connumero, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* numerare. GLOSS. II 444,18 συναριθμῶ. *i. q. simul numerare*: GAIVS inst. 1,3 populi appellatione universi cives significantur, -atis etiam patriciis. IREN. 2,13,9 non -are autem Zoen, quomodo non super omnem est insipientiam? VLP. dig. 25, 3, 1, 1 intra dies triginta post divortium -andos. IVL. VAL. 1,21 -atis vel vetere milite vel quos . . . scripserat, congregat Macedonas. HIL. trin. 7,13 non duos deos -at nomen unum. 10, 58 et manus et oculi . . . et cor in corporali deo -antur. psalm. instr. 15 quibusdam . . . visum est additis Tobia et Iudith viginti quatuor libros . . . -are. AVG. civ. 15,15 cum *progenies Cain* dinumerata sit -ato Adam usque ad octavam generationem. gen. ad litt. 4,2 p. 95,4 senarius numerus . . . partibus suis -atis et in summam ductis ipse completur. quaest. hept. 1,125 an filios et filias dicit -atis nepotibus et neptibus? mus. 1,11,18 *numeris* sive complicatis sive sesquatis sive -atis sive dinumeratis. 4,15,29 licet autem varietate qualibet -atis silentiis ad legitima tempora metrum producere. epist 108,11 quod *vitium* consequenter Cyprianus ipse -at. MARTYR. gramm. VII 172,13 bad, baf . . . syllabas latina minus -vit facundia. MAR. MERC. subnot. 8,9 -vit et connuncupavit et parvulos *Christus.* BOETH. elench. soph. 1,4 non -ato eo quod erat in principio. CORIPP. Iust. 3,143 quae disposuere . . ., admiranda magis quam -anda fateri humanum decet ingenium. THEOD. MOPS. in Philem. 2 in ipsa praefatione etiam eos -andos esse censuit. CASSIOD. rhet. 6 p. 497,14 status ergo . . . a quibusdam certius XVIII -ati sunt (ISID. orig. 2, 5, 11). *nota*: HIL. psalm. instr. 12 esse . . . haec sabbata sabbatorum septenarius numerus per septem in septuplum -atus ostendit. HIL. in psalm. 2,1 utrum psalmum *secundum* velut primi extimum . . . an secundum potius -ent. *i. q. adnumerare, addere*: *c. dativo*: VLP. dig. 23, 2,43,3 his. PAVL. dig. 23,2,44,5 eis. AMM. 25,4,1 vir heroicis -andus ingeniis *Iulianus.* AMBR. concord. p. 1012ᴰ *Matthaeus* solos naturales, *Lucas* vero naturalibus etiam adoptivos -vit *filios* (*antea* ascribere inter). MAXIMIN. c. Ambr. 15 ostendit *Christus* se missum credi, verum quidem deum . . ., non tamen -ari vel comparari mittenti. 39 ita nec filius -atur ei a quo . . . accepit. HIER. hom. Orig. in Ezech. 10 p. 976 filiae earum eis -antur. Didym. spir. 16. epist. 36,15 Samuel propheta -atus Moysi in psalterio. AVG. civ. 17,18 quando *Iudas* est -atus apostolis (*cf. l. 80*). CASSIAN. inst. 4,5 quibus -ari Christus non erubuit. PRISC. gramm. II 54,9 participium -antes verbis *Stoici.* MARTYR. gramm. VII 185,6 'avunculo' tantum minus regulae -ato. AVELL. p. 276, 1. 277,6. CANON. Migne 56,850ᴮ vos sanctae per Alexandriam ecclesiae. EVSTATH. Bas. hex. 3,1 p. 889ᶜ nullatenus aliarum -ata curriculis *prima dies.* CASSIOD. hist. 1,13 quomodo unigenitus qui omnibus . . . -atur. Ios. c. Ap. 1,8 nos illis. COD. Iust. 1,51,6 nemo de domesticis ducum . . . officiis eorum -atus. 12,15,1 his qui sunt ex vicaria dignitate, -ari. 12,19,11 statutis iam -atus. INST. Iust. 2,7,1 ut per omnia fere legatis -etur *donatio.* INSCR. christ. Hisp. 409 -andus sanctis. *c. praepos.*: PAVL. dig. 1,5,14 partus . . . inter liberos -bitur. MOD. dig. 4,6,33 pr. inter eos. ITALA act. 1,17 (cod. g) -batur inter nos (κατηριθμημένος ἦν ἐν ἡμῖν, VVLG. -atus erat in nobis). PRISC. gramm. III 53,8 *tenus* inter praepositiones -ant. CASSIOD. hist. 1,14 inter haec. COD. Iust. 12,15,1 grammaticos . . . inter statutos -atos. HERMOG. dig. 35,2,38,1 in utriusque patrimonio communes servos. *ibid.* in dominio. PAVL. dig. 5,1,55 edictum . . . in numero trium edictorum -ari debet. LEO M. epist. 98,2 in sanctis. COD. Iust. 12,49 (50), 9 nemini . . . in quacumque militia -ato. ITALA act. 1,26 (cod. e) et -atus est cum undecim apostolis (συγκατεψηφίσθη μετά, VVLG. annumeratus est cum).

part. adi. **connumerātus:** AVG. mus. 1,9,16 appellemus ergo istos *motus* -os, illos autem dinumeratos.

connūncupo, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* nuncupare. HIL. syn. 33 non admittit uno atque eodem nomine potestas -ata dissimilitudinem potestatis. trin. 5,5 non est . . . dei filius deus falsus . . . nec deus -atus. 6,44 filios enim dei opera secundum spiritum dei gesta -ant. 6,50. op. hist. frg. 11,2 nos sibi fratres -are dignatus est. AVG. gen. ad litt. 3,10 p. 73,14 superior pars aeris . . . caelo pace coniungitur et eius vocabulo -atur. MAR. MERC. subnot. 8,9 connumeravit et -vit et parvulos *Christus.* comp. 3 etiam verbum illud iisdem cognominibus -ari. Cyr. epist. syn. 23,8 assumptum hominem coadorandum deo vero et conglorificandum et -andum deum. Theod. exc. 3 p. 1069.

(**connūntiat**) NOT. Tir. 25, 90. (**connuit**) NOT. Tir. 78, 5.

connus *v.* cunnus.

connūtrio, -ītum, -īre *a* con *et* nutrire. THEOD. Mops. in Philem. 10 erubesce senectutem et canitiem in vinculis connutritam. NOT. Tir. 75,49 connutrit.

cōnoīdēs. κωνοειδής. CHALC. comm. 90 umbrae species erit -es.

cōnōpium, -ī *n.* κωνωπεῖον *a* conops. cōnōpēum *inde a* IVV. PORPH. Hor. epod. 9,16 'conopium' quasi retis genus est ad culices prohibendos, quo maxime Alexandrini utuntur. *cf.* SCHOL. Hor. *ad l.* ISID. orig. 19, 5, 4 retis genus quo culices excluduntur, in modum tentorii. GLOSS. V 350,24 rete muscarum. 281, 25 retiaculum sub quo solent ⟨ho⟩mines dormire. 521,2 basterna vel sella Alexandrina (566, 15). 183, 48 stragulum vel superlectile. VARRO rust. 2,10,8 fetas nostras, quae in -iis iacent dies aliquot. HOR. epod. 9,16 interque signa turpe militaria sol aspicit -ium. PROP. 3,11,45 foedaque Tarpeio -ia (canopeia *codd.*) tendere saxo. IVV. 6,80 ut testudineo tibi, Lentule, -eo (*i. cunis*) nobilis . . . exprimat infans. VVLG. Iudith 10,19 Holofernem sedentem in -eo. 13,10. 19. 16,23.

cōnōps, -is *m.,* κώνωψ. SCHOL. Hor. epod. 9,16 -es Graece culices dicuntur. DIOSC. 3,23 *absinthium* cum oleo tritus et faciei traiectus -es non admittit. *hinc nomen insulae ad quartum Histri ostium* PLIN. nat. 4,79 Conopon Diabasis. *L.*

ˣcōnor, -ātus sum, -ārī [orig. inc. *Th.*]. fueram -ata: VAL. MAX. 6,3,1ª SIL. 8,155 LVCIF. non parc. 27 p. 268,5; foret -atus: MANIL. 1,28; -ata fuerit: COD. Iust. 5,17,11,2 ITALA gen. 11,6 (Aug. civ. 16,4). TAB. devot. Audollent 216,6 quicumque conaverit, dicerit, fecerit. GLOSS. IV 497,34 conare: adorire, inperare (*vel* incipere), instruere [*dub.* CHIRON 431]. SCHOL. Cic. Gron. p. 388,4 ad -andum: ad faciendum. EVGRAPH. Ter. Andr. 707 molior est -or vel excogito. PRISC. gramm. III 314,8 Attici 'ἐπεβάλοντο τῇδε τῇ πράξει' καὶ 'τήνδε τὴν πρᾶξιν'. Romani '-or illam rem'. GLOSS. ἐπιχειρῶ ἐγχειρῶ, πειρῶμαι, enitor, adpetimus; -ari: temptari. *legitur inde ab* ENN. *et* PLAVTO

I *tempto,* πειρῶμαι, *incipio, audeo*: **a** *absolute*: ENN. scen. 104 sed quasi aut ferrum aut lapis durat, rarenter gemitum -atur trahens (*Fruterius,* trabem *codd.*). PLAVT. Trin. 675 si istuc, ut -are, facis. QVADRIG. hist. 81 cum Sulla -atus esset. *ibid.* satis sunt diu -ati. RHET. Her. 4,9,13 quid? Fregellani non sua sponte -ati sunt? eo quidem isti minus facile -rentur, quod illi . . . videbant. CIC. Verr. 1,5 quod si quam audax est ad -andum, tam esset obscurus ad agendum. 3,139 cogat alios laudare, sicut in multis -atus est. 6,97 Carthaginiensium . . . classes . . . multis bellis saepe -atae. Catil. 1,15 nihil adsequeris, [nihil moliris], neque tamen -ari ac velle desistis. Phil. 2,101. 12,7 illi . . . urbi fortissime -anti e manibus est ereptus Antonius. rep. 1,65 si modo id exprimere Latine potuero; difficile factu est, sed -bor tamen. fin. 3,16 quare -are quaeso. div. 1,13. epist. 1,7,5 si exploratum tibi sit posse te illius regni potiri, non esse cunctandum, si dubium sit, non esse -andum. CAES. Gall. 6,4,1. civ. 1,64,4 Caesar, etsi timebat . . ., -andum tamen atque experiendum iudicat. 2,5,5 ut, si quid adversi accidisset, ne ad -andum quidem sibi quicquam reliqui fore viderent. 2,6,1. 2,30,1 erant sententiae, quae -andum omnibus modis . . . censerent. BELL. Alex. 20,6 pauci adlevatis scutis et animo ad -andum nisi ad proxima navigia adnatarunt. SALL. or. Macri 21 alio modo neque valent in universos neque -buntur. NEP. Dat. 7,1 qui et prius cogitare quam -ari consuesset et, cum cogitasset, facere auderet. OV. trist. 2,334. 3,10,44 -antes dura coercet hiems. LIV. 6,35,2 -ando agendoque iam eo gradum fecisse plebeios. 28,19,16 sibimet -andum ac partem periculi capessendam esse ratus. 34,39,3 sed ne ut de gradu quidem libero ac stabili -rentur. 45,23,15 Atheniensium populum fama est celerem et supra vires audacem esse ad -andum, Lacedaemoniorum cunctatorem et vix in ea, quibus fidit, ingredientem. VITR. 10,2,11 scapos columnarum . . . cum deportare vellet, . . . sic est -atus. PAVL. FEST. p. 147 muginari est nugari et quasi tarde -ari. SEN. contr. 10,4,4 surge tu debilis: -atur et corruit. SEN. dial. 7, 8,4 nec enim habet aliud, unde -etur aut unde ad verum impetum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

capiat. 7,20,2. benef. 2,17,4 si -antur, si audent, si volunt. 7,15,3 qui vult et -atur et nihil intemptatum relinquit. SIL. 1,382 -antis motus speculatus. 2,126 -antis Dorylae. 5,256 ilia nisu -antis suspensa fodit. STAT. Ach. 1,99 ter -ata manu. QVINT. inst. 2,12,5 illud ... periculum minus vitat -aturque perdite. IVV. 10,205 si -eris. SVET. Iul. 20 contradicente nullo ac, si -retur quis, absterrito. TERT. apol. 47 dum ad nostra -antur (AVG. conf. 4,15,26 -bar ad te et repellebar abs te. de duab. anim. 19 ad meliora -antibus nobis. PS. FVLG. RVSP. pro fid. 5 tu -aris ad utrorumque contumeliam). PANEG. 7,11 *audaciae* aliqua -andi spes relinquatur. 8,11 nec erat -andi, cum non esset spes ulla complendi. DON. Ter. Phorm. 211 ostenditur enim -ari ad simulandam audaciam. HIER. epist. 60,14 aliud est ... -ari, aliud agere. GENNAD. dogm. 43 sine gratia dei -antibus, studentibus, potentibus, quaerentibus, pulsantibus *al.* THEOD. PRISC. phys. 3 ut aut contrariis ... aut propriis -emur. AVG. nat. et grat. 15,16 -antes et nostris viribus non valentes *al.*

b *seq. accusativus*: ENN. scen. 336 deumque de consilio hoc itiner credo -atum modo (PACVV. trag. 45 dolet pigetque magis magisque me -atum hoc nequiquam itiner). TER. Andr. 197 quicquam in his te nuptiis fallaciae -ari. 270 egone istuc -ari queam? 703 scio quid -ere. :: hoc ego tibi profecto effectum reddam. PACVV. trag. 65 quod -bar, cum interventum est, dicere nunc expedibo. LVCIL. 632 evadat saltem aliquid aliqua, quod -atus sum. CIC. de orat. 3,25 priusquam illa -or. Brut. 33 magnum opus omnino et arduum ... -amur. orat. 105 vides profecto illum multa perficere, nos multa -ari, illum posse, nos velle. 210 id nos fortasse non perficimus, -ati quidem saepissime sumus. S. Rosc. 135 Q. Rosc. 9 Verr. 2,15. 2,69 quoniam nec perfecissent quod -atus esset neque.... leg. agr. 2,55 tam stultos esse qui haec sperent, tam impudentes qui haec (*cod. E, om. reliqui*) -entur. Catil. 2,19 ut desperent id quod -antur se consequi posse. Sull. 29. 57 quo facilius Romae ea, quae -batur, efficeret. 70 cuius aures umquam haec respuerunt -atum esse audacter hominem. Pis. 115 quae enim L. Catilinam -antem consul prohibui, ea P. Clodium facientem consules adiuverunt. Mil. 82 si id quod -bar sine maximis dimicationibus meis me esse ausurum arbitrarer. Deiot. 18 quod ... et -ari occultius et efficere cautius potuit. Phil. 2,49 cum ... eam rem tua sponte -rere, non impulsu meo. or. frg. A III 3 tantum scelus Oppium esse -atum. fin. 1,52 nec facile efficere possit quod -etur nec obtinere, si effecerit. 2,74 cuius rei causa perficere, quae -aris, velis. 2,112. 4,7. Tusc. 5,42 se omnia quae *Lacedaemonii* -rentur prohibiturum. Cato 82 Lael. 42. off. 1,92 qui aut investigarent aut -rentur magna quaedam. Att. 9,14,1 -amur opus magnum et multorum dierum. *al.* 10,2,2 sine spe -amur ulla. 12,40,1 συμβουλευτικόν saepe -or: nihil reperio. epist. 1,9,2. PVBLIL. Q 3 quicquid -aris, quo pervenias, cogites. CAES. Gall. 7,26,2 id silentio noctis -ati non magna iactura suorum sese effecturos sperabant. civ. 1,31,2 *Africam* occupaverat dilectuque habito duas legiones effecerat, hominum et locorum notitia... nactus aditus ad ea -anda. 1,65,5 quod fuit illis -andum atque omni ratione efficiendum. 3,58,5 -andum sibi aliquid de eruptione existimavit. BELL. Afr. 69,5 nihil aliud eos -ari, nisi ut se cogerent. *al.* NEP. Hann. 8,3 quem etsi multa stulte -ari videbat. VERG. Aen. 9,396 -antem plurima frustra. 10,684 ter -atus utramque viam. CIRIS 323 inscia quandoquidem scelus es -ata (ς, cantanda *A H*). PROP. 2,19,27 quotiens aliquid -bere. LIV. 4,35,7. 6,18,13 tempus est ... maiora -ari. experimini modo et vestram felicitatem et me ... feliciter expertum. 28,15,11 quicquam. 35,31,12 id ne fieret, omnia et -anda et audenda. 36,31,8 tantam rem. 42,59,8 tantae rei -andae. 43,19,2 ad -andum id quod velit. MANIL. 1,28 quis foret humano -atus pectore tantum, invitis ut dis cuperet deus ipse videri. 1,95 omnia -ando docilis sollertia vicit. VITR. 10,15,5 quas res adversarii -rentur. PAVL. FEST. p. 177 nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid -ari. VAL. MAX. 3,2,23 ira ac pudor cuncta -ari fessos coegit. PHAEDR. 3,19,4 siquis eadem forte -ari velit. app. 2,14 nec plus -emur quam sinit mortalitas. SEN. Phoen. 354 maiusque quam quod casus et iuvenum furor -atur aliquid cupio. dial. 5,7,2 quotiens aliquid -beris, te simul et ea quae paras quibusque pararis ipse metire. 6,11,5 immortalia, aeterna volutat animo et in nepotes pronepotesque disponit, cum interim longa -antem eum mors opprimit. 6,18,7 videbis nihil humanae audaciae intemptatum erisque et spectator et ipse pars magna -antium. 7,20,2 magna -antis. benef. 5,2,3 quantum. nat. 2,9,2 contra naturam suam multa -atur. 2,59,5 certe paria -atur animus magnus ac perditus. 6,21,1 tanta. epist. 31,1 tantum effice, quantum -atus es. 49,12 animis magna -antibus. 54,2 facit enim aliquando spiritus ille, quod saepe -atus est. 95,5 non potest toto animo honesta -ari. 95,29 adversus tantam morum eversionem omnia -anda sunt. PERS. prol. 9 quis ... picas ... docuit verba nostra -ari (*cf.* APVL. flor. 12 p. 45). PETRON. 19 si quid vellent -ari. VAL. FL. 1,156 talia. 4,372 *bovem Io* multa morantem -antemque preces inclusasque pectore verba. STAT. Theb. 11,471 auxilium temptemus, ait, licet irrita -er. 11,501 *hasta* viam medium clipei -ata per orbem. QVINT. inst. 2,4,10 dum omnia timent, nihil -antur. 2,6,6 nihil per se -ari et quaerere. IVV. 6,644 nil contra -or. APVL. flor. 20 p. 98 sicut ad poenam sufficit meditari punienda, sic et ad laudem satis est -ari praedicanda. met. 3,27. 4,12. TERT. virg. vel. 14 quantum velis, bona mente -etur (*i. renitatur*). CARM. de Sod. 135 si qua illic iugera laetas autumni -antur opes. PORPH. Hor. epist. 1,19,15 quod -batur. carm. 4,2,2—3 altiora quam possit expedire -atus decipietur. CYPR. patient. 6 nihil ultra verba -atur. 9,14 nihil -ari ausum. IVST. 38,10,11 frustraque omnia -ati. COMM. instr. 2,23,13 iniusta lucra -ando. apol. 603 cum lucra -atur. AMM. 16,10,15 quicquam. 17,3,5. 19,9,8. 19,12,16 adversa. 26,2,1 altiora. CLAVD. rapt. Pros. 2,258 -ata nefas. AVG. epist 14,2 cuius rei causam -rer. ARATOR act. 2,1087 rapidasque procellas aufugiam tentare diu, ... tutas -bor arenas.

c *seq. infinitivus*: ENN. scen. 14 quo nunc incerta re ... gradum regredere -are? PLAVT. Asin. 213 neque -ari id facere audebatis prius. Capt. 62 comico choragio -ari desubito agere nos tragoediam. Trin. 1150 quod -atus sum agere. PACVV. trag. 227 si ire -or. LVCIL. 1163 quid tibi ego ambages Ambivi scribere -er? 1281 suffocare lacunas -atur. AFRAN. com. 47 qui -ere noctu clanculum rus ire. ASELL. hist. 1 qui res gestas a Romanis perscribere -ati essent. CAEL. hist. 5 tantum bellum suscitare -ari adversarios contra bellosum genus. AEDIT. epigr. 1 dicere cum -or curam tibi. RHET. Her. 2,19,29 illa ... suscipere -antur. 3,15,27. 4,9,13 *ter.* CIC. Arat. 407 tollere vero in caelum totum exoriens -bitur Arcus. inv. 1,15. 2,55 *bis.* 2,124. 2,136 de orat. 1,88. 2,61. 76. 109. 186. 195. 197. 217. 293. 3,16. 38. Brut. 292 aliquotiens sum -atus (*sc. dicere quod sentio*). *saepissime in orationibus, ex. gr.* Quinct. 26 qui amicum ... fortunis spoliare -atus est. 36. 39. 61. 62. 66. 77. S. Rosc. 54 quod planum facere non modo non possis, verum ne -eris quidem. 84. 135. Q. Rosc. 4 quod sibi probare non possit, id persuadere alteri -etur. 34 id, quod probare non potest, fingere -atur. Cluent. 160 profecto ne -atus quidem esset dicere. Sull. 28 qui -ari aut sperare possent se tantum imperium posse delere. Vatin. 19 -atusne sis, ... cogitarisne ... augur fieri in Q. Metelli locum? Cael. 60 qui consul incipientem furere atque -antem sua se manu interfecturum dixerit. *saepe in libris philosophis, ex. gr.* Tim. 37 quibus ... temporibus ... oblitescant ..., si verbis explicare -emur, ... frustra suscipiatur labor. Att. 3,22,1. 4,2,3 me ... vi -ari in possessionem venire. 4,3,3. 9,12,3. 10,4,2. 13,26,2 *proficisci* Lanuvio -or equidem in Tusculanum. epist. 1,4,2. 6,22,1 si te intellegerem plus -atum esse suscipere rei p. causa muneris, quam quantum praestare potuisses. 9,24,3. 12,30,2. 15,2,1 ad Q. fr. 1,2,16 ad Brut. 1,2,1 SVLP. RVF. Cic. epist. 4,5,1 PLANC. Cic. epist. 10,23,4 MAT. Cic. epist. 11,28,3. 7 LENTVL. Cic. epist. 12,14,1. 12,15,7 BRVT. Cic. epist. 11,23,1 Cic. ad Brut. 1,16,3. NIGID. Gell. 11,11,1 qui mentitur ipse non fallitur, alterum fallere -atur. CAEL. or. frg. Quint. inst. 4,12,124 CATVLL. 105,1. 116,3. LVCR. 1,25. 937. 3,652. 4,12. 1170. 5,838. 6,768 VARRO Men. 423,4 ling. 6,2. 9,67 rust. 1,1,11. 2,9,13 quae si abrodere -antur, ne id consuescant facere. 3,16,7. CAES. *saepe, ex. gr.* Gall. 1,5,1 id, quod constituerant, facere -antur, ut. 2,10,3 reliquos audacissime transire -antes multitudine telorum reppulerunt. 7,50,6 frustra ... meae vitae subvenire -amini (OV. met. 1,233. 12,519 LIV. 27,48,12. 41,2,8 cum frustra revocare fugientes -atus nec imperio nec auctoritate ... valuisset. VELL. 2,46,3. VAL. MAX. 4,7,5. *al.* CVRT. 4,6,11. 9,4,24 LVCAN. 4,467. 8,66 SIL. 6,188 SVET. Iul. 34 OPTAT. 2,10 p. 46,13. 7,5 p. 177,6. AVG. civ. 6,7 plane frustra. 9,13). CAES. civ. 3,11,4 cum ... oppidani etiam sua sponte Caesarem recipere -rentur. HIRT. Gall. 8,15,1 si forte Romani subire collem -rentur, paulatimque copias ... dimittere non auderent. 8,16,1. 8,33,1. BELL. Afr. *saepius, ex. gr.* 94,2 ipse sibi cum -retur gladio traicere pectus nec posset. BELL. Alex. 40,2 BELL. Hisp. 3,7 SALL. Iug. 46,1. 71,5. or. Phil. 12 qui videmini tanta mala ... optare se quisque ne attingat, sed prohibere ne -ari quidem. epist. Mithr. 14 hist. frg. 1,104. 3,54. 59 Oppius, postquam orans nihil proficiebat, timide veste tectum pugionem expedire -atus a Cotta ... impeditur. NEP. *saepe, ex. gr.* Them. 6,2. VERG. *saepe, ex. gr.* georg. 1,281 ter sunt -ati imponere Pelio Ossam. CVLEX 236 -ati quondam cum sint inscendere mundum. CIRIS 328. AETNA 615 tutari -antur opus. HOR. sat. 2,1,41 quem cur destringere -er. carm. 1,6,9 neque haec dicere -amur. epist. 1,1,19. 1,9,3. 2,1,81 PROP. 1,3,12. 1,6,19. 2,26,19. 4,1,57. OV. *passim, ex. gr.* epist. 4,7. 14,91 -atoque queri mugitus edidit ore (met. 1,637 -ata queri mugitus edidit ore). trist. 3,14,15. fast. 2,823 ter -ata loqui ter destitit ausaque quarto non oculos ideo sustulit illa suos. LIV. *passim, ex. gr.* 2,8,7 id omnibus modis impedire -ati, postquam alia frustra temptata erant. 4,39,4 cum saepe -ati nequissent perrumpere ad suos. 7,7,7 nequiquam saepe -atis equitibus Romanis impetu turbare hostium aciem (22,1,1. 24,25,5. 28,16,7. 36,19,1 VAL. MAX. 2,6,8). 22,60,9 neque per se ipsi facere -ati sunt neque alium sequi voluerunt. 23,17,4 primum ad voluntariam deditionem -atus perlicere, postquam opstinatos videt, opsidere atque oppugnare parat. 32,9,9 utrum recto itinere per castra hostium vim facere -retur an ne temptata quidem re tanti laboris ... Macedoniam intraret. 34,29,7 per patefactum ruina iter irrumpere -bantur. nec multum afuit, quin, qua intenderant, penetrarent. 36,24,4 hostes partim per ruinas iacentis muri transcendere -antur, partim scalis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ascensus temptant. 38, 19, 4 nam neque ausuros per tam ardua atque iniqua loca subire eos et, si -rentur, vel parva manu prohiberi aut deturbari posse. 38, 30, 3 hunc morem Philopoemen ... labefactare -atus legem parabat ferre. 43, 1, 4 per Illyricum ducere legiones ... vano incepto est -atus. 43, 21, 1 qui moveri non ausus, ... demum ... -atus ... recipere. LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 10 si attingere -er. 2, 29 quaeque ingredi -ata sis. MANIL. 1, 348 *al.* VITR. 6 praef. 7 *al.* VAL. MAX. 1, 7 ext. 10 tabernam ... petere -atus est (*i. constituit*). 3, 4 ext. 1 cum mensuras solis ... explicare -rentur, totius etiam mundi habitum complecti auderent. 4, 1, 6 *syn.* velle. 8, 2, 3 cum C. Titinius ... uxorem ... dote spoliare -retur, ... Titinium monuit, ut incepto desisteret *al.* SEN. dial. 7, 20, 2 generosa res est respicientem non ad suas, sed ad naturae suae vires -ari alta et mente maiora concipere quam quae etiam ingenti animo adornatis effici possunt. 9, 1, 12 operam, etiam si nihil profuturam, tamen -uram prodesse. epist. 79, 10. 92, 30 improbe. SCRIB. LARG. 188. RVT. LVP. 1, 4 cum ... opinionem fallere -aris, tu tete frustraris. 1, 16 hic omnium sceleratissimus . . . armis reum lacessere -atus, — -atus? nimium remisse loquor. nam qui tantam caedem perfecerit, huius modi inceptum dumtaxat arguere, paene maleficii largitionem est favere. PLIN. nat. *saepe, ex. gr.* 7, 127. QVINT. *saepissime, ex. gr.* inst. 1, 1, 5 harum verba effingere imitando -bitur. decl. 264 p. 79, 28 TAC. ann. 2, 17. 2, 68 PLIN. epist. 5, 6, 44 *al.* SVET. Iul. 78 *al.* FRONTO p. 167, 12 N. -atus ... scribere. GAIVS inst. 4, 144. ITALA gen. 11, 6 (Aug. civ. 16, 4) omnia quae -ati fuerint (ὅσα ἂν ἐπιθῶνται) facere (VVLG. cogitationibus). PANEG. 3, 1 debitum vobis -antur exsolvere: quis enim est qui possit implere? LAMPR. Alex. 2, 4 occidere -atus est nec potuit. OPTAT. 5, 11 p. 141, 17 si mortuos suscitare non potestis, ut quid viventibus -amini manus inferre. FILASTR. 129, 8 quod voluere dicere, imitando eundem -ati sunt fingere. AVSON. 450, 8 quas cum occultare sedulo -retur. AMM. 26, 10, 4 Philippopolim reserare magna vi -batur. VEG. mil. 4, 19 ad quam machina -atur accedere. HIER. epist. 134, 2 fraternitas quae nobiscum domino salvatori servire -atur. VVLG. gen. 48, 17 (ἀντελάβετο). Ier. 48, 30 nec iuxta quod poterat -ata sit facere. Luc. 1, 1 (ἐπεχείρησαν). act. 24, 6 (ἐπείρασε). AVG. civ. 2, 21 ut hanc (*iniustitiam*) esse utilem rei publicae ... veri similibus rationibus et exemplis velut -retur ostendere. 6, 9 *res* appetendas a respuendis, qua possunt q u a s i -entur subtilitate discernere (10, 9 qui quasi -antur ista discernere. in psalm. 35, 3 qui quasi -antur quaerere iniquitatem suam). SVLP. SEV. dial. 1, 20, 5 diu multumque *malum vanitatis* discutere -atus est *al.*

d *seq. acc. c. inf.*: AMM. 21, 16, 9 mortem longius in puniendis quibusdam -batur extendi. AVG. in psalm. 36 serm. 2, 1 iniustum eum esse non vult, sed eum iustum fieri et optat votis et -atur factis. COD. Iust. 5, 17, 11, 2 alium maritum fieri sibi -ata fuerit.

e *seq.* a d *c. gerundivo vel gerundio*: LVCIF. Athan. 1, 7 p. 77, 11 -atus es ac -aris ad Athanasium iugulandum. non parc. 27 p. 268, 5 -atus fueras ad omnem ecclesiam destruendam. CHIRON 368 vix -atur ad adsellandum.

f *seq.* s i: CAES. Gall. 1, 8, 4 Helvetii ... non numquam interdiu, saepius noctu si perrumpere possent -ati ... telis repulsi hoc conatu destiterunt. civ. 3, 75, 3 Pompeius ... † eadem spectans (-andum putans *Freudenberg*), si in itinere impeditos perterritos deprehendere posset. *seq.* u t, n e (*cf. p. 347, 51*): LVCIF. Athan. 1, 36 p. 130, 7 te -atum et -ari, ut toto in regno tuo possit fundari haeresis tua. AVG. fid. et op. 15, 25 illos ... -ari, ut omnes indiscrete mittantur ad baptismum. 19, 35 omnimodo -andum est, ne fiant tales coniunctiones.

II ***conitor, enitor***: TER. Andr. 676 -ari manibus pedibus noctesque et dies (DON. *confert* Andr. 161 quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia facturum). Haut. 240 dum moliuntur, dum -antur, annus est. Phorm. 52 at ego obviam -bar tibi. LIV. 42, 65, 8 qui in tumulum -bantur (*Vind.*, conitebantur *v. l.*). COLVM. 2, 2, 23 plus ... queunt pecudes collo et pectore -ari quam cornibus (*syn.* nituntur). HOMER. 367 magnis Antiphus hastam viribus adversum -atus (conisus *Wernsdorf*) corpore toto torquet in Aiacem. STAT. Theb. 6, 807 illum ab humo -antem ut vidit Adrastus tollentemque manus et non toleranda parantem. 8, 389 (*in imag.*) tenet in capulis hastisque paratas ira manus animusque (*B M*, animosque *v. l.*) ultra thoracas anhelus (*B M*, anhelos *v. l.*) -atur. 12, 434 uterque minax globus et -atur uterque longius. TERT. anim. 19 video et hederas, quantum velis premas, statim ad superna -ari. resurr. 52 alia caro volatilium, id est martyrum, qui ad superna -antur. LVCIF. moriend. 14 p. 314, 4 labandagine magnis viribus -atus uno vastissimo ictu longe a me meum caput excutias an omni subtilitate subtiliore sagitta diutissime figens in meo corpore ludas. VVLG. Sirach 4, 32 noli resistere contra faciem potentis nec -eris contra ictum fluvii (μὴ βιάζου ῥοῦν ποταμοῦ. GLOSS. III 401, 39—45 βιάζῃ *etc.*). act. 27, 15 *navis* non posset -ari (ἀντοφθαλμεῖν) in ventum. AVG. epist. 73, 3 (*in imag.*) cur itaque -or contra fluminis tractum? MAX. TAVR. hom. 38 p. 309[A] herba segetum revirescit in messem, surculus arboris -atur in fruticem, palmes vineae pubescit in gemmam, et omnia de inferioribus ad altiora se subrigunt.

part. subst. **cōnātum**, ī *n. v. p. 2, 1.*

[*loci corrupti*: PLAVT. Merc. 17 per mea per -atus sum vos sumque inde exilico (*cf. Leo, Rhein. Mus. 38, 14 sq.*). PAVL. FEST. p. 237 sacra ... quae aut evocatis dis in oppugnandis urbibus Romam sunt -ata (collata *Schmederer*, coacta *Vrs.*, *Müller*) aut quae ob quasdam religiones per pacem sunt petita.] *Burger.*

conoxius, -a, -um *a* con *et* noxius. DIDASC. apost. 7, 2 si ... pe⟨c⟩caveris et tu pe⟨r⟩d⟨idi⟩sti ⟨v⟩itam tuam et conoxia (ἔνοχος) facta es.

conp- *v.* comp-.

conquadro, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* quadrum *vel* quadrare. *Th.*]. *transitive i. q. quadratum reddere, dolare*: VARRO Men. 96 *Pactolus* tulit aurum, later quod -vit regius. COLVM. 8, 3, 7 -atae *perticae* (*antea* dolantur in quadrum). AVG. in psalm. 86, 3 ut ad illius aedificii (*sc. civitatis dei*) fabricam -emini ... sic ergo -amini (*sc. ut lapis quadratus*) ad omnes temptationes parati. serm. 337, 4 -amini, dolamini, in laboribus, in necessitatibus ..., ad omne opus bonum paramini (c. Faust. 12, 19 nos ad omne opus bonum paratos, id est quodammodo -atos trinitas perficit in memoria). *intransitive, i. q. congruere*: AVG. c. Parm. 2, 10, 20 nec nobis nec ipsis -at ratio veritatis. SIDON. epist. 2, 2, 4 quae (*sc. aquarum cella*) consequenti unguentariae spatii parilitate -at. 2, 4, 1 cum illi familiae splendor, probitas morum ... in omne decus pari lance -ent. 3, 7, 4 si vero (*dat.*) dicta -ant. NOT. Tir. 45, 44 -at. 45, 45 -atus.

conquaero *etc. v.* conquiro.

conquaestio, -ōnis *f. a* con *et* quaestio. GLOSS. II 446, 1 συνζήτησις. AVELL. p. 220, 24 apud Graecos de domini incarnatione nata conquaestio est.

? **conquaestor.** VARRO ling. 6, 79 a quaerendo quaestio, ab his conquaestor (hisque quaestor *O. Müller*). PLAVT. Amph. 65 ut -es (conquisitores *codd.*) singula in subsellia eant per totam caveam spectatoribus. 82 ut -es (conquisitores *codd.*) fierent histrionibus. Merc. 665 orabo, ut -es (conquisitores *codd.*) det *praetor* mi in vicis omnibus. *L.*

conquassātio, -ōnis *f. a* conquassare. *i. q. concussio, concitatio, in re medica*: CIC. Tusc. 4, 29 illa duo, morbus et aegrotatio, ex totius valetudinis corporis -e et perturbatione gignuntur. CASS. FEL. 51 p. 132, 6 quotiens in ipsis vitalibus membris aut in ipso omento -o aut diruptio fuerit facta. DIOSC. 2, 155 dolorem lateris tollit et -es (5, 66). 2, 156. 3, 82. 5, 82. 83 *et sic saepissime.*

conquasso, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* quassare. GLOSS. conquassatum: conlisum, vexatum. conquassavit confregit. AVG. in psalm. 45, 12 -ari minus est quam conteri. 73, 11 -at parvus, conteret magnus.

1 *proprie*: **a** *confringere, contundere*: CATO agr. 52 calicem -ato. LVCR. 3, 441 corpus quod vas quasi constitit eius (*sc. animae*), cum cohibere nequit -atum ex aliqua re ac rarefactum. ITALA psalm. 67, 22 (Hil. in psalm. 67, 24) -bit capita inimicorum suorum (συνθλάσει, VVLG. confringet; *cf.* VVLG. psalm. 109, 6 -bit capita in terra multorum). VINCENT. LER. 21 tantis malleis non -entur. CASS. FEL. 51 rutam et alia -ata coques in oleo. COD. Iust. 1, 12, 6, 9 (5) -atis rebus certis. PASS. Barth. p. 148, 6 idola. *in imagine*: FAVSTIN. trin. 2, 11 *fortiori lapide* ... ipsum caput serpentinum tuae -at impietatis. ITALA Luc. 20, 18 (cod. a) qui offendiderit super illum lapidem, -bitur (*idem* VVLG., *sed in gemino loco* Matth. 21, 44 confringetur). **b** *concutere, vehementer movere, sim.*: LVCR. 5, 106 omnia -ari ... cernes. CIC. div. 1, 97 *cum* Apulia ... terrae motibus -ata esset. APVL. apol. 43 fronte et occipitio -atus. met. 6, 10 capilloque discisso et capite -ato. VVLG. II reg. 22, 8 fundamenta montium concussa sunt et -ata. CHIRON 240 omnia membra plus iusto -ando. 273 in ambulationem -atur. THEOD. PRISC. gyn. 14 internorum dolore nimio -atur *femina.* PS. MATTH. euang. 33 *ut* -erit hydriam et fregerit eam. **2** *translate*: *commovere, perturbare, sim.*: LVCR. 3, 600 -atur enim tum mens animaeque potestas. CIC. Vatin. 19 *adeone* -atam civitatem ... putaris. Sest. 56 exteras nationes illius anni furore -atas videbamus. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 4 omnes provinciae -atae sunt. TERT. ieiun. 9, 3 animam -atam (LACT. inst. 7, 12, 18). FIRM. math. 3, 11, 5 erunt etiam fideiussores et ex hac re maximis periculis -antur. PS. RVFIN. in Os. 1, 2 ipsum beatum Moysen seditio exorta -vit. VEREC. in cant. 4, 17. *Gudeman.*

conquaternātio ζεῦξις κατὰ τέσσαρας GLOSS. II 322, 6. 344, 31. *a* conquaternare.

conquaterno, -āre [*a* con *et* quaterni. *Th.*]. GLOSS. II 321, 62 ζευγίζω κατὰ τέσσαρας (344, 32). 111, 56 -at ζευγνύει κατὰ τέσσαρας. PRIMAS. in apoc. p. 890[C] quaternitas est enim -ata (APRING. in apoc. 14, 20 quaternata), sicut in quattuor faciebus quadriformibus et rotis. *L.*

***conqueror,** -stus sum, -erī *a* con *et* queri. GLOSS. καταμέμφομαι. murmurat. conquestus: querellans. *de formis*: conquerentum *murmur* SIDON. epist. 7, 9, 9. coque⟨rendosque⟩: CORP. IX 2826 (*Bucae, saec. V—VI, periit*). conquireret *pro* -retur GREG. TVR. Franc. 2, 41. *passive* VEN. FORT. epist. (carm. 10, 2) 8. *legitur inde a* PLAVTO.

i. q. querelam propter dolorem vel iniuriam proferre: **1** *absolute*: PLAVT. Aul. 727 quinam homo . . . eiulans -itur maerens? TER. Hec. 375 neque voce alia ac res monebat ipsa poterat -eri. TVRPIL. com. 62 nequeo ferre hunc diutius ... -i. CIC. Quinct. 59 si in causa pari discedere inferior videretur, tamen esset non mediocriter

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-endum. div. in Caec. 46 cum commiserari, -i … coeperit. Rab. perd. 6 ad -endum parum temporis. CATVLL. 64, 164 quid ego ignaris nequicquam -or (-ar *codd.*) auris. LIV. 4, 29, 7 nequiquam in senatu est -stus (*cf.* SVET. Iul. 20 in senatu -stum *collegam; persaepe* in senatu *addunt rerum scriptores*). OV. met. 9, 147 -ar an sileam? (Pont. 4, 3, 1). 14, 243 amissa sociorum parte dolentes multaque -sti. SEN. dial. 12, 2, 2 -amur, atque adeo ipse hanc litem meam faciam (12, 3, 3). COLVM. 1 praef. 15 sicut M. Varro … -stus est. TAC. ann. 13, 44 Octavius … modo -i, modo minitari. SIL. 8, 94 -itur tibi. AVELL. p. 376, 2 'ecce' … vocem non habet -entis. CASSIAN. conl. 21, 18, 1 *discipuli* domino -untur dicentes. COD. Theod. 2, 21, 1 (*a. 358*) filiis -entibus. SIDON. epist. 7, 9, 9 murmur … -entum. 2 *aliquid*: PLAVT. Mil. 125 -itur mecum mulier fortuna⟨s⟩ suas (CIC. inv. 1, 109 EVGRAPH. Ter. Eun. 225. fortunam: PACVV. trag. 268 RHET. Her. 2, 31, 50). PLAVT. Aul. 190 meam pauperiem -or (SVET. Cal. 42 paupertatem … et patria -ens onera). TITIN. com. 55 mulier … adversum illum res suas -itur. CIC. Verr. 1, 40 quo modo ego illam labem … -ar? 5, 111 non *illi* contumelias … -bantur. 6, 171 si … ad saxa et scopulos haec -i ac deplorare vellem. Sest. 3 quod … pro republica -endum fuit. de orat. 1, 90 deprecari aliquid et -i. part. 44 -enda condicio communis periculi. TIB. 1, 10, 54 femina perfractas … fores. LYGD. 6, 52 fallacis verba puellae. LIV. 1, 53, 5 patris in se saevitiam. 8, 28, 5 libidinem crudelitatemque -ens (40, 24, 6). 8, 33, 4 apud patres vim atque iniuriam dictatoris (10, 23, 6. 29, 9, 11 *al.* TAC. hist. 1, 54. LACT. inst. 4, 18, 10 nefas. SVLP. SEV. epist. 3, 1). 23, 22, 4 non solum inopiam ⟨patrum *add. Hertz.*⟩ sed paucitatem civium (25, 28, 6). 29, 3, 1 -sti … ibi clades suas. *passim.* PAVL. FEST. p. 123 aliena incommoda. SEN. Ag. 677 lugere tuam poterit digne -sta domum. CVRT. 7, 2, 35 libere mortem Parmenionis. LVCAN. 5, 491 pereuntia tempora fati. PLIN. nat. 7, 56 magnitudinem pretii. 7, 74 Homerus non cessavit minora corpora mortalium quam prisca -i (AVG. civ. 15, 9). QVINT. inst. 6, 1, 18 liberorum ac parentium sollicitudinem -itur. TAC. hist. 1, 54 acerrimi militum et praesentia -sti. SVET. Aug. 66 vicem suam. APVL. apol. 85 cur … praeterita -or? met. 4, 27 raptum uxoris. LACT. inst. 5, 8, 1 *Iustitiae* absentiam. 6, 20, 24 facultatum angustias. HIL. op. hist. frg. 2, 7 violentiam. AVG. civ. 4, 7 similia. SVLP. SEV. chron. 1, 16, 4 populus famem -ens Moysen increpabat. PAVL. NOL. carm. 15, 88 Rebeccam -stam … deo gravidi luctamina ventris. CARM. epigr. 1055, 10 finem fati. *nota*: DRAC. Romul. 10, 308 bubo -itur deflenda gemens. *sequitur acc. c. inf.*: [*dub.* PLAVT. Merc. 251 lugere atque abductam illam -i (*P*, aegre pati *A*)]. LVCR. 3, 613 se moriens dissolvi -etur (LACT. inst. 7, 12, 29). OV. ars 1, 739 -ar an moneam mixtum fas omne nefasque? LIV. 2, 3, 3 libertatem … in suam vertisse servitutem *al.* SEN. dial. 12, 1, 3 fata … sibi non pepercisse -atur. CVRT. 6, 2, 18 ex medio gloriae spatio revocari se … -stus est *Alexander*. COLVM. 11, 1, 10 quod … -stus sum: ceterarum artium … repertos antistites. STAT. Theb. 9, 23 hiscere campos -sti terraeque fugam mirantur. TAC. ann. 4, 30 ni … Caesar inritas leges, … -stus esset (15, 17 inritum laborem). SVET. Tib. 10 vitrico deseri se etiam in senatu -enti. 34 vasorum pretia in immensum exarsisse … graviter -stus *al.* GELL. 10, 3, 2 honestos viros virgis … caesos. ARNOB. nat. 1, 9 ventos iam diu non esse. SPART. Carac. 2, 4 apud milites -stus est circumveniri se fratris insidiis. PANEG. 11, 14 tantum perisse frumenti certatim pro se quisque -imur. HIL. in Matth. 15, 9 -entibus discipulis panes in deserto nullos esse. AVSON. 68, 3 me defuisse. HIER. epist. 22, 21 conclusam vulvam. AVG. civ. 2, 4 a … cultu se prohiberi homines … -untur *al.* SVLP. SEV. dial. 3, 12, 1 episcopi … praedamnatos se … -entes. CASSIOD. var. 1, 16, 12 frumenta sibi … concremata. *passim. nota*: AVELL. p. 61, 4 vim perpessi (*i. se vim perpessos*) -sti sunt. *sequitur enuntiatum*: CIC. inv. 1, 109 cum indignatione -imur, quod ab iis … male tractemur. SEN. benef. 6, 12, 1 hoc … te -entem audio, quod quaedam homines sibi praestant. LVCAN. 1, 362 quod tam lenta tuas tenuit patientia vires, -imur. TAC. hist. 3, 37 quod … prodidisset … ceteri velut pro Vitellio -entes. ann. 15, 61 -stum nomine Pisonis, quod a visendo eo prohiberetur. VLP. dig. 47, 10, 7, 2 liberum -entem, quod dominus ei convicium dixerit. TREB. Claud. 15, 1 desine … -i, quod. HIL. trin. 7, 3 quod arduum ac difficile sit *iter*, minus -or. AVSON. 301, 41 -imur, … brevis quod gratia florum est. SVLP. SEV. chron. 1, 48, 6 Ionae apud deum -enti, quod fides dictis non affuisset. TAC. ann. 15, 60 -retur, cur Pisonem aditu arceret. ENNOD. epist. 7, 28, 2 p. 194, 13 non sub verborum lenitate -sta est Cynegia, quare. TAC. ann. 3, 50 audivi principem … -entem, si quis sumpta morte misericordiam eius praevenisset. 3 *de aliqua re*: CIC. S. Rosc. 9 his de rebus … *non* satis graviter -i. 25 de istorum scelere et iniuriis (Verr. 2, 84 epist. 5, 2, 6 PORPH. Hor. carm. 1, 28 pr. SCHOL. Cic. Bob. p. 259). CIC. Verr. 3, 155 ei cum de tuis factis publice -untur. epist. 13, 7, 2 de miseriis meorum necessariorum -ens *al.* LIV. 43, 2, 2 de magistratuum … avaritia superbiaque -sti. SEN. dial. 10, 1, 1 de naturae malignitate. ASCON. Pis. p. 2 de insectatione … in senatu -stus est. CALP. decl. 14 de huius simplicitate. APVL. met. 7, 3 quid ego pluribus de Fortunae saevitate -or? 7, 28 de bracchiorum suorum cita fatigatione -sta. PORPH. Hor. carm. 3, 24, 33 *sq.* de malis moribus. 3, 27, 69 de casu suo. SPART. Hel. 5, 11 uxori -enti de extraneis voluptatibus dixisse *al.* AVSON. 446, 2 de contumelia domus … -stus. PS. AMBR. laps. virg. 7, 28 de nostra neglegentia. HIER. epist. 52, 6 nec de lege -or, sed doleo. VVLG. II Macc. 4, 36 -entes (συμμισοπονηρούντων) de iniqua nece Oniae. VEG. mil. 4, 44 de onere … armorum. AVG. civ. 1, 29, 30 de … temporibus (3, 22) *al.* CASSIAN. conl. 17, 20, 11 regi Sauli de fuga David … -enti ac dicenti. SIDON. epist. 9, 6, 1 de cuius facilitate … -bare. EVGRAPH. Ter. Haut. 213 de patris hortatione. ENNOD. opusc. 2, 116 p. 323, 2 de codicum diversitate nil -or. MART. CAP. 1, 37 deos super … coactione instantiaque -stos. COD. Iust. 2, 50, 7 patrem … adfirmes -stum fuisse super huiusmodi contractu. 5, 74, 3, 1 nihil -stus est super tali alienatione. *de aliquo*: CIC. S. Rosc. 125 non fuit tantus homo S. Roscius in civitate, ut de eo potissimum -amur. VLP. dig. 29, 5, 1, 38 si dominus … *non* de quoquam servorum … -stus sit. ARNOB. nat. 1, 29 de hominibus. LVCIF. non parc. 29 dicas cui de me possis -i? si deo, quomodo ei quereris quem sis ignorans? si vero tibimet ipsi -aris, quid facturus homo …? AVG. epist. 93, 13 de inimicis … imperatori aliquid -i. QVEROL. p. 12, 3 tibi … -or de amicis *al.* SCHOL. Cic. Bob. p. 294 exerte de Caesare. PAVL. NOL. carm. 18, 269 an tibi de te -ar? CORP. VI 20679 de qua (*uxore*) nihil -i potuit (*sic et sim. persaepe in titulis*). ASCON. Mil. p. 36 Scipio in senatu contra … Caepionem -stus est de hac caede. CAPITOL. Pius 6, 2 contra procuratores suos -entes libenter audivit. AVG. in psalm. 118 serm. 28, 1 *non* est … qui de sua damnatione contra deum … recte -i potest.

structurae notabiliores: conqueri ad *aliquid*: CIC. Verr. 6, 171. apud *aliquem*: LIV. 8, 33, 4 *al.* SVET. Aug. 51 SPART. Carac. 2, 4 CAPITOL. Gord. 30, 1 SVLP. SEV. chron. 1, 48, 6 EVGRAPH. Ter. Ad. 299. advorsum *i. q.* apud: TITIN. com. 55. cum *aliquo*: PLAVT. Mil. 125 CIC. epist. 5, 2, 6 VERVS Fronto p. 116, 7 N. *alicui*: CATVLL. 64, 164 SIL. 8, 94 APVL. met. 7, 3 LVCIF. non parc. 29 p. 273, 10 *sqq.* AVG. epist. 327, 43 QVEROL. p. 12, 3 PAVL. NOL. carm. 15, 88. 18, 269 CASSIAN. conl. 17, 20, 11 *al.* pro: CIC. Sest. 3 TAC. hist. 3, 37 ann. 4, 30 PANEG. 11, 14.

synonyma et iuxta posita: commiseror, deploro, doleo, gemo, ingemisco (EVGRAPH. Ter. Ad. 299), inlacrimo (SVET. Aug. 66), lamentor, lugeo, maereo, miseror (PAVL. FEST. p. 123), queror (QVEROL. p. 15, 13).

***conquestio**, -ōnis *f.* *a* conqueri. *actio conquerendi*: 1 *generatim*: QVINT. inst. 6, 1, 27 convenientes … forti viro -es. PANEG. 3, 2 ad libertatem piae -is. SYMM. epist. 9, 129 privata apud me -o. HIER. adv. Iovin. 1, 47 garrulae -es. CASSIOD. var. 4, 40, 2 dum a suis penetralibus lacrimabili -e quereretur uxorem *passim.* *c. genet.*: SEN. epist. 78, 14 praeteritorum dolorum. 99, 6 desiderii. PLIN. nat. 9, 67 in -e luxus. SYMM. epist. 2, 23 peregrinationis. QVINT. inst. 8, 3, 78 post longam de bellis civilibus atque externis -em. SVET. Tib. 70 -o de morte L. Caesaris. SYMM. epist. 9, 101 -o tua de raritate epistularum. *nota*: PLIN. nat. 10, 66 volantium *coturnicum* illa -o labore expressa. 2 *speciatim*: a *i. q. accusatio*: GLOSS. αἰτίασις. MET. NVM. or. frg. Gell. 12, 9, 4 ut hic -o, istic vituperatio relinquatur. CIC. Mur. 7 me … non minus … Sulpicii -o quam Catonis accusatio commovebat. 72 -es in senatu habitae. ad Q. fr. 1, 1, 22 nulla -o. PLIN. nat. 35, 164 in -e exprobravit. QVINT. inst. 5, 13, 41 adversus omnes … non inhumana -o, si. CAPITOL. Gord. 30, 2 hac -e nihil egit. HIL. trin. 7, 36 hinc querelae omnis orta -o est. COD. Theod. 6, 4, 22, 5 (*a. 373*) probabilis … et iusta -o. SALV. gub. 6, 41 gravis … atque iniqua -o. b *technice de parte orationis*: RHET. Her. 3, 13, 24 -o est oratio, quae incommodorum amplificatione animum auditoris ad misericordiam perducit. *cf.* CIC. inv. 1, 106 -o est oratio auditorum misericordiam captans. 2, 51. 2, 102 defensoris -o est calamitatis eius, quae … vi maiore quadam acciderit. FORTVN. rhet. 2, 31 p. 120, 10 -o i. e. miseratio (MART. CAP. 5, 565). RHET. Her. 3, 13, 24 amplificatio dividitur in cohortationem et -em. CIC. inv. 1, 98 *conclusionis pars.* per -em: RHET. Her. 2, 14, 22 defensor … utetur loco communi per -em (3, 15, 27 utemur amplificatione. CIC. inv. 1, 107 de incommodo dici. 2, 48 pars locorum inducitur *al.* EVGRAPH. Ter. Eun. 643). RHET. Her. 3, 14, 25 in -e utemur voce depressa. CIC. inv. 1, 109 in -e morari. 2, 85 de eo -o, qui supplicium dederit indamnatus. 2, 36 indignatio iuncta -i (2, 83). *passim.* QVINT. inst. 9, 1, 39 exclamatio vel admirationis vel -is. EVGRAPH. Ter. Andr. 607 -o in principio collocata. Hec. 274 haec scaena -em tenet, quod. Ad. 306 -is partes.

conquestus, -ūs *m.* *a* conqueri. *i. q. conquestio*: LIV. 8, 7, 21 libero -u coortae voces sunt. SIL. 10, 290 vano quid … te demoror … -u. STAT. Ach. 399 supplice regum -u. EVGRAPH. Ter. Ad. 299 haec scena -um omnem tenet. *Probst.*

conquiēsco, -ēvī, -ēturus, -ere *a* con *et* quiescere. conquiesti: CIC. epist. 1, 1, 1; conquierunt: CELS. 1, 3 FIRM. err. 6, 9 MART. CAP. 2, 199; conquierint: CELS. 6, 6, 34; conquiesse: AFRAN. com. 341 LIV. 30, 13, 12 (-ere *P*); conquietura: CIC. Mil. 68. coquiescit: CORP. VI 14994, 7. GLOSS. II 307, 1 ἐπησυχάζω -o (*cf.* NOVELL. Iust 111, 1). *legitur inde a* PLAVTO.

I *proprie, de animantium corporum animorumque tranquillitate, etiam de dormientium quiete, i. q. requiescere, ab agendo desistere, se reficere*: A *absolute*: PLAVT. Most. 1053 pergunt turbare

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

usque, ut ne quid possit -ere. Pseud. 123 de istac re in oculum utrumvis -ito (*cf.* εἰς ἀμφότερα καθεύδειν. *Otto, Sprichwörter p. 47 s. v. auris*[1]). VARRO rust. 2, 5, 14 quo mollius -ant. 3, 9, 8 quae gallinam -ere non patiuntur. CIC. S. Rosc. 72 ut ne ad saxa quidem mortui -ant. Verr. 2, 82 ut huc incideres, non ut hic -res, illi te vivum exire passi sunt. Arch. 12 ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures convicio defessae -ant. Mil. 93 quam primum tetigero... liberam civitatem, in ea -am. Lig. 4 Ligarius... paulum adventu Vari -vit. de orat. 3, 145 numquam -am neque defetigabor ante quam. leg. 3, 19 quom *puer* adflixisset principum gravitatem, numquam tamen -vit. fin. 5, 55 ut -ere ne infantes quidem possint. epist. 1, 1, 1 quoniam tu nisi perfecta re de me non -iesti. 4, 6, 2 quo confugerem, ubi -rem, cuius in sermone et suavitate omnis curas doloresque deponerem. CAES. Gall. 7, 46, 5 ut meridie -erat. civ. 1, 21, 5 neque vero tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte -erit. 1, 41, 6 Caesar... ibi sub armis proxima nocte -it. 3, 75, 1 -ere ante iter confectum vetuit. LIV. 1, 47, 1 nec interdiu virum -ere pati. 1, 47, 6. 21, 10, 3 non manes, non stirpem eius -ere viri. 31, 24, 8 considere ac -ere agmen iussit. 38, 22, 4 respirare et -ere paulisper militem iubet. 42, 42, 6 -ere socios vestros non posse. CELS. 1 prooem. ut -at iisdem locis aut temporibus. 1, 2 ex toto -ere ac neque labori se neque exercitationi neque negotiis credere. *ibid.* per hiemem potissimum totis noctibus -ere. *ibid.* post haec paulum -ere opus est. 1, 3 ubi paulum -ierunt. 1, 6 post cibum -ere ac neque intendere animum neque ambulatione quamvis leni dimoveri. 1, 8 antequam -ant. 2, 4 -ere hominem in cubili non patitur. 2, 12 paulisper debet -ere. 3, 4 noctu, si fieri potest, -at. 3, 23. 4, 17. 22. 4, 26 postero die in lecto -ere (4, 32. 6, 10). 5, 27, 9. 6, 17 interim -ere hominem. 7, 18 cum -it aliquis aut iacet. 7, 25, 2. 7, 29. SEN. dial. 9, 5, 1 poteratne illa civitas -ere. epist. 98, 6 nullo enim tempore -et *animus.* COLVM. 1, 6, 4 ut illic per hiemem, hic per aestatem sine violentia ferarum -ant. 8, 8, 12 dum vincula exerere conantur, non -unt. 9, 8, 2 si omnes intra domicilium silentes forte -ent. 9, 14, 4 nec patiantur examina -ere. SVET. Aug. 78 post cibum meridianum ... paulisper -bat. APVL. met. 4, 22 canticis quibusdam Marti deo blanditi paululum -unt. 5, 1 tanta mentis perturbatione sedata dulce -vit. 8, 18 ubi placuit illis ductoribus nostris refectui paululum -ere. PS. APVL. Ascl. 7 in quo mentis divinitas tecta sola cum cognatis suis id est mentis purae sensibus secum ipsa -at. TERT. bapt. 8 super baptismi aquas tanquam pristinam sedem recognoscens -it. ITALA num. 24, 9 (Lugd.) -ens refrigeravit sicut leo (κατακλιθείς, VVLG. accubans). PORPH. Hor. serm. 2, 2, 80 is vero qui citius -it nec diu vigilat ob longam cenam. SOL. 12, 5 cum animi *delphinum* -erint. EPIT. Alex. 101 *v. p. 355, 5.* GALLICAN. Avid. 4, 8 -entibus cunctis meruit timeri. ARNOB. nat. 5, 9 cum in summo Agdi vertice deum dormiret tum genetrix, obrepere -entis pudori filius . . . enisus est. LACT. opif. 16, 9 ut ne tum quidem, cum sopitus est, -at animus. COD. Theod. 2, 15, 1 (*a. 319*) perpetuo ... silentio -at, nisi ... intra ... biennium ... omnis lis fuerit decisa. IVST. 12, 6, 5 postquam satiatus caede animus -vit. AMM. 14, 11, 7 per indutias naturae -entis. 31, 4, 6 numerum ... comprehendere calculo saepe temptantes -isse frustratos. VVLG. IV reg. 11, 20 laetatusque est omnis populus terrae et civitas -vit (ἡσύχασε). Iob 39, 32 numquid qui contendit cum deo, tam facile -it (μὴ κρίσιν μετὰ ἱκανοῦ ἐκκλίνει;). sap. 8, 16 intrans in domum meam -am (προσαναπαύσομαι) cum illa. Is. 14, 7 -vit (ἀνεπαύσατο) et siluit omnis terra. AVG. civ. 17, 21 qua cognita pars utraque inter se pacata -vit. 19, 7 sive cum belligeratur, ut aliquando -ant, sive cum timetur, ne rursus exsurgant. PS. RVFIN. in Ioel 3, 17. 18 ut nemo in eis tabernaculis -at. MACR. somn. 1, 2, 12 accusator tandem edoctus a fabulis fabulosa secernere -at. MART. CAP. 1, 34 hic postquam Delius -vit. 2, 199 post labores maximos recreati paululum -ierunt. OROS. hist. 3, 13, 8 aliquantula ... mora ... in pace -unt. SACR. Leon. p. 308 non solum ubi ... S. Petri reliquiae -unt. ORIBAS. syn. 1, 17 p. 820 facta ... ventris depositione lecto iterum -at vigilando. CORP. II 3015 Lucius et Cornelia con⟨c⟩uiescen⟨tes⟩ in locum decime secre dive Diane predium dicarunt (*cf. Archiv 12, 228*). VI 14994, 7 hic -it. CARM. epigr. 98, 4 hic -it cunis terrae mollibus. **B** *adduntur praepositiones*: **1** ab: CIC. Balb. 3 quantum ipse a pueritia usque ad hanc aetatem a continuis bellis et victoriis -vit. har. resp. 46 a diuturnis dissensionibus -amus. Mil. 68 si ... Italia a dilectu, urbs ab armis sine Milonis clade numquam esset -ura. CELS. 3, 14 postero die ab exercitatione unctioneque ... -at. PLIN. paneg. 53 nullum esse tempus quo ... funestorum principum manes a posterorum execrationibus -ant. AVG. civ. 1, 18 ab eo ... labore -vi. *in prosopopoeia*: BOETH. mus. 1, 14 dum defatigatus motus ab eliciendis fluctibus -at. **2** ex: CIC. Att. 1, 5, 7 nos ex omnibus molestiis et laboribus uno illo in loco -imus. CELS. 3, 15 ubi ex eo corpus -erit. **3** in: *i. q. acquiescere, contentum esse aliqua re*: CIC. Att. 1, 20, 7 ego ... cotidie magis quod mihi de forensi labore temporis datur, in iis studiis -o. epist. 2, 1, 2 ut aetas nostra iam ingravescens in amore atque in adulescentia tua -at. 9, 6, 5 in nostris studiis libentissime -imus. Lael. 22 qui potest esse vita vitalis..., quae non in amici mutua benevolentia -it? SEN. benef. 2, 27, 4 quemquam in ea mensura honorum -ere, quae quondam eius fuit impudens votum. HIL. trin. 9, 29 ut in apice veri dei Christi libertatis nostrae fiducia -at. AVG. trin. 10, 10 fruimur cognitis, in quibus voluntas ipsis propter se ipsa delectata -it. BOETH. herm. pr. 1, 3 p. 64, 3 non in unoquoque horum verbo sententia constituta est, sed in tota oratione -it auditor. **C** *sequitur infinitivus*: SEDVL. op. pasch. 5, 7 p. 278, 14 nec caput colaphis propulsare nec faciem sputis aspergere nec palmam ictibus verberare plebs execrabilis -vit.

***cōnservus,** -ī *m. et* **cōnserva,** -ae *f.* [*a* con *et* servus. *Th.*]. *tituli passim praebent has formas*: coservus (-a): CORP. VI 7532. IX 1445. 2715. X 767. 1094 *persaepe.* conserbus (-a): CORP. VI 7953. 35676. X 1298. XIV 1463 *al.* coserbus: CORP. VI 35424. comservi: CORP. XIV 1693. conserus: CORP. XIV 4036. conserbai: CORP. IX 1298. quoservos: CORP. IV 1241. *genet. plur.* conservum: TITIN. com. 132. conservabus: SCAEV. dig. 33, 7, 27, 1. *praeter* PLAVT. (*17ies, decies in* Mil.), ICTOS (*15ies*), APVL. (*8ies*), ECCL. (*persaepe*) *et titulos, vox est perrara. deest scriptoribus inde a* CIC. *usque ad* SEN. phil. *singulis legitur locis*: TER. SEN. phil. PLIN. nat. TAC. HIST. Aug. IVV.; *bis*: HOR.; *ter*: COLVM.; *quater*: CIC. *multo rarior est* conserva *titulis exceptis. singulis locis*: OV. PLIN. nat. TERT.; *binis*: TER. SEN. rhet. APVL.; *quinquies*: PLAVT. GLOSS. σύνδουλος, συνδούλη.

1 *i. q. servus eiusdem familiae*: TITIN. com. 132 lassitudo -um. PLAVT. Amph. 129 servom et -om. Capt. 243 erum fuisse atque esse -om. Mil. 271 custos meus -ōs (467). 1340 -i conservaeque omnes *al.* ARGVM. Plaut. Cas. 1 conservam uxorem duo -i expetunt. TER. Ad. 424 VARRO ling. 8, 6 CIC. Cluent. 179 parad. 36. ad Q. fr. 3, 1, 3 -os et discipulos. HOR. sat. 1, 8, 9 COLVM. 1, 8, 12. 7, 12, 5. 11, 1, 23 PLIN. nat. 33, 145. TAC. Agr. 31 recentissimus quisque servorum etiam -is ludibrio est. PAVL. dig. 11, 3, 14, 2 *al.* VLP. dig. 14, 1, 7, 7 *saep.* MARCIAN. dig. 40, 2, 14, 1 SCAEV. dig. 40, 7, 40, 8 *al.* FLORENT. dig. 45, 3, 15 APVL. apol. 44 met. 8, 1. 21. 9, 21. 10, 15 *al.* TERT. adv. Marc. 4, 29 VOPISC. Aurelian. 49, 4. IVVENC. 3, 447 *servus* -um ... constringit. HIER. epist. 108, 10 pauperibus atque -is pecunia distributa. VVLG. Matth. 18, 28 *sqq.* 24, 49. CORP. II 5181 dominos aut -os. III 8554. V 1081. VI 33950 (*a. 35*). VII 572 collegium -orum. VIII 1129. IX 1297. X 25. XII 779. 3449 *al.* XIII 4714. XIV 956. 1066 *et persaepe.* *latiore sensu de eis qui alicui superiori una serviunt*: CIC. epist. 12, 3, 2 dominum ferre non potuimus, -o servimus. HOR. sat. 2, 7, 8 sive vicarius est qui servo paret ... seu -s, tibi quid sum ego? SEN. epist. 47, 1 servi sunt. immo -i (MACR. sat. 1;

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11, 7), si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortunae. APVL. met. 7, 3 nec istud puduit me cum meo famulo meoque vectore illo equo factum -um atque coniugem. 7, 27 deserto ... illo -o magistro comite pastore. *nota*: FAVST. REI. spir. 1, 13 p. 129, 27 archangelis tanta tribui per -i aestimas largitionem (*secundum haereticorum opinionem spiritus sanctus patri et filio subicitur*). **2** *apud* ECCL. *de eiusdem fidei assectatore, vel dei, Christi cultore, sed saepissime speciatim de confratre, consacerdote*: CYPR. domin. orat. 23 indulgere -o noluit. patient. 6. epist. 27, 1 domino magis quam -o obtemperandum. LACT. inst. 5, 15, 4 spiritu fratres, religione -os. HIL. c. Aux. *init.* fratribus ... episcopis ... et omnibus plebibus Hilarius -s vester ... salutem. LVCIF. Athan. 1, 37 laniate -um vestrum (*i. Athanasium*). 2, 16 (5^{ies}). AMBR. hex. 4, 1, 4. HIER. epist. 58, 9 mi -e, amice, germane. 79, 8. tract. in psalm. 133 p. 253, 6 servi -um petunt *christiani* .... in Gal. 3, 19/21 p. 417. in Tit. 1, 1, 7 p. 566 -s praepositus est -is ... sibi (*i. episcopo*) populum -um esse non servum. VVLG. Col. 1, 7. 4, 7 apoc. 6, 11. 19, 10. 22, 9 PAVL. NOL. epist. 5, 14 *persaepe*. GAVDENT. 18. RVFIN. epist. Clement. 2 audite me (*Petrum*) fratres et -i mei (CANON. Migne 64, 739 ENNOD. epist. 5, 6 p. 129, 8). AVG. civ. 15, 6 p. 66 serm. 206, 2 *saep.* EVOD. epist. ad Val. 5 -i in domino. *saep.* MAR. MERC. Nest. serm. praef. servus Christi lectori -o suo salutem. LEO M. serm. 9, 2. 19, 3 SALV. gub. 15 SEDVL. carm. pasch. 2, 275 ALC. AVIT. hom. 1, 3 p. 104, 19. epist. 5 p. 32, 17 dominos meos et -os sacerdotes. 49 p. 77, 30. IOH. RAVENN. Greg. M. epist. 3, 66 reverentissimus -s meus. ACT. Petr. 14 CAES. AREL. suggest. p. 303. PASS. Petr. Paul. brev. 12 cum -o suo Paulo. *inde deminutive* **cōnservulus**, -ī: PAVL. NOL. epist. 22, 2 *nos* revisant conservuli et conpallidi nostri.

fem. **cōnserva**, -ae: **1** *serva eiusdem familiae*: PLAVT. Cas. 108 Mil. 1340 Rud. 224 Stich. 651 ARGVM. Plaut. Cas. 1 TER. Eun. 366. 859 VARRO rust. 1, 17, 5. 2, 10, 6 SEN. contr. 1, 2, 10. 7, 6 (21), 8 PLIN. nat. 36, 82 APVL. met. 8, 22. 31 CORP. II 4569. III 2137. V 4525. VI 11859. VIII 2255. IX 298. 1298. X 395. XI 6076. XII 4162. XIV 551 *al.* CARM. epigr. 152, 5. **2** *serva dei*: TERT. cult. fem. 2, 1 ancillae dei vivi, -ae et sorores meae (HIER. epist. 122, 1). HIER. epist. 22, 26 filia, domina, -a, germana. 58, 11 sanctam -am tuam. **3** *translate de rebus adiect. vice i. q. collegialis*: PLAVT. Asin. 386 nolo ego fores -as meas a te verberarier (OV. am. 1, 6, 74 crudelis rigido cum limine postes, duraque -ae ligna, valete, fores). NOVELL. Iust. 128, 7 superindictionem cuiuslibet possessionis -ae aut contributariae fieri (κτήσεως ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων). 128, 8 -a aut contributaria praedia possident (ὁμόδουλα ἢ ὁμόκηνσα χωρία). *Gudeman.*

cōnsessio, -ōnis *f.* *a* considere. GRAMM. suppl. 110, 35 a consessus -si -sio. *i. q. congregatio, concilium*: PS. CYPR. laud. mart. 25 cumque illa pestilens ac furibunda -o accendatur ira. HIER. in Soph. 1, 4 p. 680 sancto pauperi ne standi quidem inter catervas potentium et -es eorum tribuitur locus. MART. CAP. 5, 436 patrem maximum Iovem ... atque ipsum conventum superae -is attestor. *i. q. sedes*: MART. CAP. 2, 143 omnem difficultatem superae -is evicit. 8, 810 locum -is honoratissime praebuere. *i. q. actus sedendi*: PROSP. in psalm. 102, 19 assumpti hominis in paterna sede -o.

cōnsessor, -ōris *m.* [*cf. c.* considere. *Th.*]. GLOSS. συγκάθεδρος, ἐγκάθεδρος. gised (*anglosax.*). *in iudicio i. q. assessor*: CIC. Flacc. 24 ne accusatoris -bus ... supplicem vestrum dederetis. Phil. 5, 13 ut ei cum Curio -e eodemque conlusore facillime possit convenire. fin. 2, 62 A. Varius qui est habitus iudex durior, dicere -i solebat. *cf.* AVG. in euang. Ioh. 7, 11 iurisperite noster, assessor, immo -r dei, compone nobis preces. *in spectaculo*: CIC. Att. 2, 15, 2 modo te -e spectare liceat. LIV. 34, 54, 7 cur dives pauperem -em fastidiret? VAL. MAX. 1, 7, 8. MART. 1, 26, 3 nec -um vicina nomismata (*i. tesseras*) tantum ... petis. *in latrina*: SVET. vita Lucani p. 51 *ut* in latrinis publicis ... magnā -um fugā pronuntiarit. *in imagine i. q. aequalis, par*: IVL. VAL. 1, 37 rex regum et consanguineus deorum -rque dei Mithrae *Dareus*. 2, 28 quem (*Solem*) -em sibi dixerat *Dareus*. MAXIMIN. c. Ambr. 129 vos tres omnipotentes deos credendos dixistis, ... tres cooperarios, tres -es. 135.

cōnsessus, -ūs *m.* [*cf. c.* considere. *Th.*]. *forma* consesus?: CORP. IX 4970 *v. p. 424, 43.* *dat. sing.* -ui: CORP. III 1061 (*ca. a. 158*). AVG. catech. rud. 13, 19. *plur.* -us *legitur inde a* CIC. Sest. 115, -bus: AVG. epist. 167, 18 COD. Theod. 6, 22, 8, 1 (*a. 425*) 6, 28, 8, 2 (*a. 435*). GLOSS. συνέδριον (EXC. Bob. gramm. I 552, 26). considentium turba. V 184, 27 -u id est spectatorum turba. *legitur inde a* CIC.; *poetarum nemo habet nisi* LVCR. (*bis*) VERG. (*quater*) PRVD. (*bis*). [*dub.* AFRAN. com. 189 nostrum in conventum aut -um (*Ribbeck*, ut confessum FEST. p. 206) ludum lapsumque petulcum.]

1 *actio, ius una sedendi, consessio, sedes*: CORP. XIII 1954 (*Luguduni, saec. II*) cui ordo spléndidissimus civitát(is) Albensium -um dedit *sc. ad ludos inter decuriones spectandos*. TERT. spect. 3 cathedra quoque nominatur ipse in anfractu ad -um situs. PANEG. 8, 3 cumque idem oblato -u minus sibi vindicasset quam dabatur (LAMPR. Alex. 18, 2 salutatus -um obtulit omnibus senatoribus. 20, 2. CORIPP. Ioh. 4, 330 obtulit ipse sedens -um ex agmine dignis). LAMPR. Alex. 4, 3 cum amicis tam familiariter vixit, ut communis esset ei saepe -s. HIL. trin. 10, 33 cui crux -s (consensus *al.*) ad deum est et reditus ad regnum (in psalm. 61, 2 cum homini nostro a dextris dei -s in caelis sit. *cf.* AMBR. fid. 3, 16, 136 ubicumque lego -um patris et filii, semper ad dextram filius sedet. PETR. CHRYS. serm. 59 p. 364^B divinitatis -s recipit nil sinistrum. 60 p. 368^A). OPTAT. 1, 4 p. 6, 11 accessum prohibent ... et -um vitant et colloquium denegant. AMBR. epist. 18, 36 *Cyrus* superatos etiam -us honore donaverat (PALLAD. hist. mon. I 2 p. 258^B solo -us honore contentus). AVG. catech. rud. 13, 19 si aut brevis sermo futurus est aut -ui locus non est aptus, stantes audiant. MACR. sat. 7, 3, 8 cum Laberius ab *Cicerone* ad -um non reciperetur *in theatro* (MART. CAP. 1, 20 in participatum operis -umque suscepto. COD. Theod. 6, 26, 5 [*a. 389*, = COD. Iust. 12, 19, 2] iudices a salutatione non arceant, etiam inviti in -um accipiant. *ibid.* sedendi cum iudice societas denegata). MART. CAP. 1, 67 huius suggestui subditus Iunonis -s. 2, 214 eum propter suum -um ... collocavit. 5, 565. COD. Theod. 12, 1, 109 (*a. 385*) osculum quoque his ... et -s indultus sit. 6, 26, 16 (*a. 413*, = COD. Iust. 12, 19, 5, 1) liberum cum ordinariis iudicibus ingressum in secretarium -umque habere (CONC. Matisc. a. 583 p. 158, 24 nec ante sacerdotes -um nisi ordenati habere praesumant). 6, 8, 1 (*a. 422*) ut in sedibus et -u is eis ordo servetur. 6, 28, 8, 2 (*a. 435*, = COD. Iust. 12, 21, 4, 2) in salutationibus iudicum -busque. SIDON. epist. 1, 3, 2 quem -u despiciebant, sede suspiciunt. 5, 7, 3 hi sunt qui invident ... -um prioribus, congressum aequalibus. 7, 13, 3 in convivio itinere -u inferioribus cedit (CAES. AREL. suggest. p. 298 in colloquio in -u in itinere). CASSIOD. var. 6, 15, 3 ibi mereris -um (*sc. in senatu*). *nota*: AMM. 15, 8, 17 susceptus in -um *vehiculi* (16, 10, 12. 22, 9, 13). SVLP. SEV. dial. 3, 8, 3 immundus spiritus ab illius (*sc. daemoniaci*) -u per Martinum fugatus. PETR. CHRYS. serm. 22 p. 261^A pauper ducitur ad -um dei (*i. cum deo*).

2 *de iis qui considunt i. q. congregatio, concilium*: **a** *generatim*: CIC. Quinct. 12 tollitur ab atriis Liciniis atque a praeconum -u in Galliam Naevius. 47 cum illum -um considero. 72 eorum frequentiam et -um. Marcell. 13 hoc ipso in -u (*i. senatorum*. Att. 10, 1, 2 iam actum aliquid esse in -u senatorum — ⟨senatum⟩ enim non puto). Tusc. 1, 30 nec vero id collocutio hominum aut -s effecit. leg. 2, 13 quam si latrones aliquas *leges* -u suo sanxerint. nat. deor. 1, 61 si in contione quaeratur, *difficile est negare*, sed in huiusmodi sermone et -u facillimum. FLOR. epit. 1, 18, 20 senatum regum esse ⟨-um⟩. GELL. 16, 10, 1 legebaturque in -u forte complurium. APVL. mund. 35 decuriones et quibus ius est dicendae sententiae ad -um publicum commeabunt (SIDON. epist. 5, 20, 2 de -u publico abducunt). CORP. III 1061 (*Apuli, ca. a. 158*) I(ovi) O. M. et -ui deorum dearumque (PANEG. 7, 7 receptusque est -u caelitum. MART. CAP. 2, 218 in -u caelitum). IX 4970 (*Curibus, a. 173*) decreto ordinis Cur(ium) Sab(inorum) consesus (*nisi est* consensus) decurionum et sevirum postulante plebe posuerunt. TERT. spect 3 in concilio et in -u Iudaeorum de necando domino consultantium (RVFIN. hist. 2, 11, 1). ITALA psalm. 25, 4 (Tert. pudic. 18) non sedi cum -u vanitatis (consensu *cod.*; συνεδρίου, VVLG. concilio). Matth. 10, 17 (Tert. scorp. 9) tradent enim vos in -us (συνέδρια, VVLG. conciliis). CYPR. epist. 40 in -us nostri honore florere. HIL. trin. 4, 12 media in ecclesia et in -u *fratrum*. 6, 43 -s angelorum. in psalm. 118 gimel 20 principum. OPTAT. 1, 13 p. 16, 7 ad -um suorum procedere trepidavit. AMM. 28, 4, 21 quod ei in maiore convivio vel -u proconsularis quidam est antelatus. SCHOL. Hor. sat. 2, 2, 50 non in pretiosis piscibus atque conviviis esse iucunditatem, sed in -u (concessu *vel* consensu *codd.*) hominum. SCHOL. Germ. Strozz. 156, 6 Iovem -um habuisse quemadmodum. HIER. hom. Orig. in Ezech. 10 p. 971 surge de -u presbyterii. RVFIN. hist. 1, 5, 4 vir unus ex -u curiae Romanae (COD. Theod. 6, 7, 1 *a. 372* in amplissimo curiae nostrae legitimoque -u). AVG. epist. 167, 18 si autem de cotidianis -bus loquitur. SVLP. SEV. dial. 3, 5, 7. COD. Theod. 6, 22, 8, 1 (*a. 425*) omnibus conventibus, officiis atque -bus legem executioni tradi. OROS. apol. 4, 1. CONC. Rom. a. 502 p. 445, 11 surgens e -u (p. 446, 21). *nota*: EPIST. syn. Arimin. Migne 13, 567^B cum Mediolani synodus in -um ibat. LEO M. serm. 16, 4 in eundem -um christianis viris ac nobilibus congregatis. **b** *speciatim*: *iudicum*: CIC. S. Rosc. 59 ut vestro -u et hoc conventu pro summa solitudine abuteretur. Verr. 2, 19 qui non aspectu -uque vestro commoveretur. Cluent. 7 hunc locum -umque vestrum. Planc. 2 vester, iudices, conspectus et -s (SALV. epist. 4, 24 in -u iudicum conspectuque). 40 ante -um meorum iudicum. Mil. 1. Phil. 5, 12 o -um iudicum praeclarum. 5, 14. PLIN. epist. 2, 19, 2 iudicum -s. RVFIN. hist. 2, 23, 22 (συνέδριον). *spectatorum*: CIC. har. resp. 22 senatum populumque R. vinctum ipso -u et constrictum spectaculis. 24 ante populi -um senatui locum P. Africanus ... dedit (or. frg. A VII 25 a populari -u senatoria subsellia separari). *ibid.* quo (*sc. ad Megalesia*) matrona nulla adiit, propter vim -umque servorum. 25. Sest. 106 tribus locis significari maxime populi R. iudicium ac voluntas potest, contione comitiis ludorum gladiatorumque -u. 115 theatrales gladiatoriique -us (124). 120 maximo -u (Cato 63 magno). Tusc. 1, 37 -s theatri. Cato 64. Att. 1, 16, 3 non enim umquam turpior in ludo talario -s fuit. LVCR. 4, 78 -um *caveai* supter et omnem scaenai speciem (VERG. Aen. 5, 340 totum caveae -um ingentis. 8, 636 raptas sine more Sabinas -u caveae. TAC. ann. 13, 54 PRVD. c. Symm. 2, 1091). LVCR. 4, 982. VERG. Aen. 5, 290 quo se ... heros -u medium tulit extructoque resedit. 5, 577. VAL. MAX. 2, 4, 6 spectantium. SVET. Aug. 44 -u (consensu *A*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

frequenti. PRVD. c. Symm. 1, 397. *adde*: APVL. flor. 9 p. 29 paulisper suos oculos per hunc incredibilem -um circumferat (*ibid.* coetus, auditorium). VEN. FORT. vita Germ. 40, 112 tollens se de -u.
syn. et iuxta posita: concilium, conventus; colloquium, collocutio, sermo; frequentia.

cōnsicco, -āre *a* con *et* siccare. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 43 quae vehementius -are valeant (*cf. Helmreich, Archiv 12, 174*). NOT. Tir. 80, 90. *L.*

cōnsico *v.* conseco. **cōnsideo** *v.* consido *p. 432, 76.*

cōnsīderantia, -ae *f. a* considerare, considerans. VITR. 6, 1, 10 tarditate animi sine -a inruentes sine sollertia suis consiliis refragantur. PS. LACT. inst. interpol. 7, 5, 27 § 11 ut *homo* habeat iudicium et -am, quid cavere, quid adpetere ... debeat. [CIC. ad Q. fr. 3, 9, 2 *v.* inconsiderantia.]
comp.: inconsiderantia.

***cōnsīderātio**, -ōnis *f. a* considerare. GLOSS. ἐπιζήτησις, καταμάθησις, aestimatio, opinatio. *primum legitur* CIC. rep. 1, 19. *plur.* ARNOB. nat. 6, 8 AVG. doctr. christ. 2, 21, 32.

1 *oculorum*: VITR. 3 praef. 1 disciplinarum scientiae sub oculorum -e subiectae. PASS. Thom. p. 141, 19 omnes viri ... -e nova et inaudita expavescerent. ORIBAS. syn. 6, 6 cibum dare convenit in declinatione febris prima facta ventris -e. *i. q. lustratio, recensio* (ἐπίσκεψις): ITALA num 1, 21 *sqq.* (Lugd.). 1, 44 haec est -o quam consideravit Moyses et Aron *al.* 3, 36.

2 *mentis*: *absolute*: CIC. ac. 2, 35 ex circumspectione aliqua et accurata -e quod visum sit. PETRON. frg. 5ᵇ illud diligentiore ... -e tractabitur. ARNOB. nat. 6, 8 constituere apud nos ipsos nullis -bus possumus. CHALC. comm. 264 duplex ... philosophiae spectatur officium: -o et ... actus. -o quidem ob adsiduam contemplationem rerum divinarum ... nominata. MAR. VICTORIN. defin. p. 45, 7 -e ... plenius commodata *species* ... inter se ... cernet discrimine separatas. AMM. 16, 12, 15 addiderat fiduciam nostris -o gemina (21, 7, 3). 28, 1, 6 triplici -e. AVG. civ. 9, 5 nescio utrum quisquam sana -e reprehendat. doctr. christ. 2, 21, 32 qui genethliaci, propter natalium dierum -es, nunc autem vulgo mathematici vocantur (*cf.* ISID. orig. 8, 9, 23). PHYSIOGN. 132 res difficilis ... ad -em. OROS. hist. 5, 19, 12 -em furor ademerat. SACR. Leon. p. 347 -e devotum *populum* et defensione securum. CAEL. AVR. chron. 2, 11, 132 alta -e ... approbavit. BOETH. arithm. 2, 4 p. 86, 18 omnia geometricae propriae -is sunt. 1, 2 p. 18, 13 minima. 1, 9 p. 20, 1 multa. 1, 23 p. 47, 24 in infinita -e versantur. 2, 34 p. 131, 13 non minore -e notandum. herm. sec. 1, 1 p. 12, 15 quae magister tacuit ipse subtiliore modo -is adiecit. 4, 10 p. 265, 10 facit ... in ... propositionibus -em. APRING. in apoc. 5, 4 *intellegere* vel -e *conspicere.* CASSIOD. var. 3, 51, 1 annonas ... -o nostra largita est. 4, 23, 3 divina. GREG. M. epist. 3, 17 religiosam vitam ... congrua ... -e prospicere. *c. genet. subi.*: CHALC. comm. 312 quae possunt aliquo limite circumiri nec tamen adhuc mentis -e vallata. MAXIMIN. c. Ambr. 119 concilii generalis ... congrua -e. AVG. civ. 18, 1 legentium. GREG. M. epist. 2, 45 ab ingenii vestri -e extraneum (*cf.* BENED. reg. 55 haec -o penes abbatem est). *c. genet. obi.*: CIC. rep. 1, 19 me ... cognitio ipsa rerum -oque delectat. ac. 2, 127 est ... animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum -o contemplatioque naturae. fin. 5, 58. GELL. 13, 29, 6 subtilior verborum -o. AMM. 14, 7, 21 veri. 22, 16, 17 mundani motus et siderum. 23, 6, 4 aequitatis. AVG. civ. 1, 27 veritatis. 11, 30 numerorum. 12, 5 naturarum. 20, 8 scripturarum. 21, 8 dissimilitudinis. PHYSIOGN. 46 discernes ... ex -e singularum partium. VINCENT. LER. 1 -o temporis. BOETH. herm. pr. 1, 4 p. 71, 15 rhetoricae vel poeticae conventior -o est (σκέψις). BENED. reg. 8 iuxta -em rationis ... surgendum est. PS. SORAN. quaest. med. 7 semiotica *pars medicinae* est inspectionalis, quae versatur in naturali tactu corporis et mentis -e.

i. q. respectus, ratio: SERV. Aen. 1, 11 *ira* pietatis non habet -em. 1, 248 oblique loquitur propter -em mariti. CLAVD. DON. Aen. 2, 363. COD. Theod. 13, 5, 16, 2 (*a. 380*) non passim ac sine -e negotiatorum lateat immunitas (LEO M. epist. 45, 2 ENNOD. epist. 1, 7 p. 16, 3 OROS. hist. 5, 22, 4). 12, 1, 191 habita -e meritorum. FAVST. REI. grat. 2, 6 p. 71, 22. ENNOD. opusc. 2, 119 p. 324, 7 vestri. 2, 128 p. 327, 1 salutis. 3, 178 p. 377, 15 personarum. epist. 4, 2, 2 p. 100, 14 nec -o sanguinis neglegatur *al.* BENED. reg. 34 infirmitatum. 37 sit in eis pia -o (*ibid.* consideretur imbecillitas). *abl. causae*: AVG. civ. 1, 9 ea -e, qua ... vident (AMM. 18, 7, 10. 26, 5, 14. 26, 6, 1. 29, 9, 3). 6, 1 -e fragilitatis. AMM. 25, 1, 9 inpendentium difficultatum. 29, 1, 42 professionis. ENNOD. epist. 3, 23, 2 p. 88, 18 mei (*cf.* 8, 39, 1 p. 225, 20) *al.* CASSIOD. var. 4, 32 aequitatis. *passim.*
adduntur adi.: accuratus, diligens, multus, subtilis, sanus, infinitus, minimus. *syn.*: contemplatio, circumspectio.
comp.: inconsideratio.

cōnsīderātor, -ōris *m. a* considerare. *qui attente aliquid inspicit vel contemplatur*: GELL. 11, 5, 2 σκεπτικοί ... id ferme significat quasi 'quaesitores' et '-es'. ITALA I Macc. 1, 53 (Lucif. non parc. 12 p. 234, 10) et fecit -es (ἐπισκόπους, VVLG. principes) super populum. AVG. epist. 166, 15 pium prudentemque. in psalm. 144, 15. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 13, 20 plura -r in ipso opere poterit diligenter agnoscere.

***cōnsīdero**, -āvī, -ātum, -āre [*fort. a* con *et* sidus *derivatum, velut* contemplari *a* templum; *sed cf. etiam* sideratus desiderare; *v. Archiv 14 (1906) 183; Prellwitz, Γέρας. Abhandlungen zur indogerm. Sprachgesch. p. 68 sq. Th.*]. PRISC. gramm. II 274, 19 'sidus sideris sidero sideras', unde compositum '-o' et 'desidero'. PAVL. FEST. p. 42 -are a contemplatione siderum videtur appellari. p. 75 desiderare et -are a sideribus dici certum est. GLOSS. κατανοῶ, σκοπῶ, καταμανθάνω, ἐπιζητῶ. considerat: percenset, aestimat. considera: κατανόησον. *legitur inde a* PLAVTO, *frequentant rhetores* (RHET. Her. CIC. inv.), *deest apud poetas* CATVLL. LVCR. VERG. HOR. TIB. PROP. OV. PERS. LVCAN. MART. STAT. SIL., *raro legitur apud* NEP. LIV. TAC. [*prov.* cosirar. *M.-L.*]

I *proprie*: *oculis*: A *generatim*: 1 *absolute*: RHET. Her. 4, 10, 14 sine me -are (*cf.* 4, 11, 16). VVLG. psalm. 93, 9 qui finxit oculum non -at? (κατανοεῖν). 141, 5 -bam ad dexteram et videbam et non erat qui cognosceret me. IS. 18, 4 quiescam et -bo in loco meo (ἀσφάλεια ἔσται). IER. 5, 1 aspicite et -ate (γνῶτε) et quaerite in plateis. act. 7, 32 Moyses non audebat -are. 11, 6 intuens -bam et vidi quadrupedia. IV Esdr. 13, 3 ubi vultum suum vertebat, ut -ret, tremebant omnia. *nota*: VVLG. Iob 37, 3 subter omnes caelos ipse -at (ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ) et lumen illius super terminos terrae. *cf.* II reg. 1, 18 -a, Israel, pro his qui mortui sunt (στήλωσον ὑπέρ). *suppletur obiectum ex antecedentibus*: VITR. 3 prol. 1 oportuisse hominum pectora fenestrata ... esse, uti .. haberent sensus ... patentes ad -andum. CAPITOL. Gord. 10, 7 ille ... hortantibus, ut prius signum inspiceret epistulae, dum -at, interemptus est. *partic. praes.*: PETRON. 26 *me* ad ... spectaculum ... traxit, et quia -antium cohaeserant vultus .... VITR. 6, 2, 5 uti non sit -antibus aspectus eurythmiae dubius. 7, 3, 9 quod ... e solida temperatura fuerit factum, ... fulgentes in aspectu certasque -antibus imagines reddit. AVG. civ. 17, 17 *Christus* significavit ... se spectaculum -antibus et conspicientibus praebuisse. PHYSIOGN. 117 *vis* ἐπιπρεπείας animum intuentis atque -antis ad certae speciei similitudinem mox trahit.

2 *aliquid*: *homines*: SVET. Cal. 36 *feminas.* ITALA (AVG. civ. 17, 17) *et* VVLG. psalm. 21, 18 ipsi vero -verunt et conspexerunt (VVLG. inspexerunt) me (κατενόησαν καὶ ἐπεῖδον). VVLG. lev 13, 5 recludet (*sc. hominem leprosum*) sacerdos ... et -bit (ὄψεται) die septimo (*ibid.* contemplari) *al.* prov. 7, 7 video parvulos, -o vecordem iuvenem. Esth. 2, 3 mittantur qui -ent (ἐπιλεξάτωσαν) per universas provincias puellas speciosas et virgines. Iob 23, 15 a facie *dei* turbatus sum et -ans eum timore sollicitor. *copias*: CIC. epist. 8, 14, 3 satis spatii est ad -andas utriusque copias et eligendam partem. BELL. Afr. 89, 2 *Hadrumetum* cum ... introisset, armis, frumento pecuniaque -ata Q. Ligario ... vitam concessit. SALL. Catil. 58, 18 cum vos -o, milites, ... me spes victoriae tenet. *adde*: CIC. Quinct. 47 cum qui contra pugnent video et cum illum consessum -o. VVLG. II Macc. 15, 21 -ans Maccabaeus adventum multitudinis et apparatum varium armorum. II reg. 18, 1 -ato populo suo. ITALA num. 1, 44 (Lugd.) haec est consideratio quam -vit Moyses et Aron (αὕτη ἡ ἐπίσκεψις, ἣν ἐπεσκέψατο, VVLG. hi sunt quos numeraverunt). 1, 47 Levitae ... non sunt -ati (συνεπεσκέπησαν, VVLG. numerati) inter filios Israel. 1, 49. 4, 34 -vit (VVLG. recensuerunt) Moyses et Aron et principes Istrahel filios Gaath. 4, 49. Ios. 8, 10 (Lugd.) -vit populum (ἐπεσκέψατο, VVLG. recensuit). Ezech. 34, 11 (Weing.) dicit dominus: ecce ego requiram oves meas et -bo eas (ἐπισκέψομαι, VVLG. visitabo). *faciem vel vultum*: POMPON. Atell. 156 rictum et labeas cum -o. CIC. Q. Rosc. 20 faciem utriusque. VAL. MAX. 9, 5, 4 cum ad eum ... Caesetii Rufi ... caput allatum esset, ... id ... propius admoveri iussit ac diu diligenterque -vit. PHAEDR. app. 16, 4 istorum vultus. PETRON. 105 nec manus nec faciem meam -vit. 111, 8 ut et corpus iacentis conspexit et lacrimas -vit faciemque unguibus sectam. PHYSIOGN. 133 in convivio hominis vultum se -asse dicit (HIER. in Is. 3, 23 p. 62 VVLG. Iac. 1, 23). *membra corporis*: GRACCH. or. frg. Isid. orig. 19, 32, 4 -ate, Quirites, sinistram eius. CIC. fin. 2, 113 etiam membra ipsa sensusque -a. SEN. epist. 33, 5 nec recuso, quo minus singula membra, dummodo in ipso homine -es. APVL. met. 3, 25 cuncta corporis mei -ans ... me ... asinum video. COMM. apol. 564 vulnus. PHYSIOGN. 132 corporis partes. *bestias*: CATO agr. 2, 6 pecus -et *pater familias.* OV. met. 3, 95 dum spatium victor victi -at hostis (*sc. serpentis*). PORPH. Hor. sat. 1, 2, 86 reges cum equos emunt, opertos -ant. VVLG. prov. 27, 23 diligenter agnosce vultum pecoris tui tuosque greges -a. *de haruspicum munere*: CIC. nat. deor. 2, 32 caput iecoris ex omni parte diligentissime -ant. *res*: *arte factas*: RHET. Her. 4, 6, 9 *Chares* omnia (*sc. caput, bracchia, pectus*) coram *Lysippum* facientem videbat, ceterorum opera vel sua sponte poterat -are. CIC. Verr. 2, 133 templum. 5, 63 mittit etiam trullam gemmeam rogatum; velle se eam diligentius ... -are. 5, 65 iste ait se velle illud *candelabrum* etiam atque etiam -are. 5, 33 accessit ad argentum, contemplari unum quidque otiose et -are coepit. off. 1, 147 ut pictores ... suum quisque opus a vulgo -ari vult. VAL. MAX. 7, 2 ext. 5 diadema. PETRON. 12 diligentius -are pallium coepit. 29. 50 *lancem Corinthiam* cum Agamemnon propius -ret. 67 duo crotalia protulit et Fortunatae invicem -anda dedit. IVV. 6, 482 latum pictae vestis -at aurum. SVET. Iul. 31 formam, qua ludum gladiatorium erat aedificaturus, -vit.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

APVL. apol. 63 cedo tu eum (*sc. Mercuriolum*), videant, teneant, -ent. Socr. 23 p. 173 neque ... in emendis equis phaleras -amus et baltei polimina inspicimus et ... cervicis divitias contemplamur. VVLG. Sirach 38, 29 faber ... -ans opus ferri (*opera dei*: Iob 37, 14 eccles. 7, 14 Is. 5, 12. AVG. civ. 18, 32 domine, audivi auditionem tuam, et timui; domine, -vi opera tua, et expavi). *caelum et stellas*: VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 quo (*sc. iuvene*) -andi caeli duce fuerat usa. SEN. benef. 4, 23, 4 ista *sidera* quae tu non aliter quam in decore⟨m⟩ sparsa -as, singula in opere sunt. nat. 7, 27, 6 sive amplitudinem *cometarum* -as sive fulgorem. GELL. 2, 21, 2 lucentia sidera -bamus. FAV. EVL. p. 14, 14. *terras vel loca* (*i. q. explorare*): FRONTIN. strat. 3, 9, 2 -ato situ urbis. VAL. MAX. 3, 7, 1ᶜ speculatores Hannibalis ... interrogatos ... an satis ea -assent, quae speculari iussi erant, ... incolumes dimisit. ITALA Ios. 7, 2 (Lugd. *et* Lucif. non parc. 3 p. 213) dicens: -ate Gaet (κατασκέψασθε, VVLG. explorate) et ascenderunt viri et -erunt Gaet. VVLG. gen. 42, 12 immunita terrae huius -are venistis. deut 1, 22 Ios. 2, 1 *al.* I reg. 23, 22 -ate locum ubi sit pes eius. *varia*: VITR. 2, 9, 11 est ... maxime id -are Ravennae. 8, 3, 6 haec *aquae species* maxime -atur Athenis. COLVM. 9, 8, 1 frequentiam apium apertis alvearibus (*ibid.* inspicere, contemplari). 9, 11, 4. 11, 2, 50. 12, 2, 6 unumquodque facilius -atur, cum est assignatum suo loco. APVL. apol. 89 linum -et, signa ... recognoscat, consules legat, annos computet. met. 3, 3 cum ... singula -ans circumirem, conspicio. IVST. 8, 4, 5 nunc sepulcra maiorum, nunc veteres penates, nunc tecta ... -bant. AMM. 31, 16, 7 murorum ambitum, pulchritudines urbis et incolentium plebem immensam. VVLG. exod. 2, 4 eventum rei (μαθεῖν). I reg. 23, 23 -ate et videte omnia latibula eius. Iob 13, 27 (*ibid.* observare). 34, 21 oculi eius super vias hominum, et omnes gressus eorum -at. 38, 18 latitudinem terrae. prov. 5, 21 respicit dominus vias hominis et omnes gressus eius -at *al.* eccles. 11, 4 qui -at nubes nunquam metet. Dan. 7, 8 cornua (*ibid.* aspicere). Luc. 6, 41 trabem, quae in oculo tuo est. act. 27, 39 sinum quendam habentem litus. SALV. gub. 2, 2 et bonos et malos (*cf.* VVLG. prov. 15, 3 oculi domini contemplantur [σκοπεύουσι] bonos et malos). *in speculo*: APVL. apol. 15 (*cf. p. 428, 24*). TERT. nat. 2, 6 maiora *lunae* detrimenta soletis in aquae speculo -are. *additur* oculis: VVLG. psalm. 90, 8 oculis tuis -bis (κατανοήσεις) et retributionem peccatorum videbis. RVFIN. hist. mon. 134 -are oculis coepit et requirere sic ubi esset monasterium. *i. q. considerando eligere*: COLVM. 4, 29, 6 -et surculum teretem solidique corporis. 4, 29, 13 ex vicino fructuosissimam -are vitem. VVLG. act. 6, 3 -ate (ἐπισκέψασθε) ... viros ex vobis. *de auditu*: PS. CENS. frg. 12, 3 nunc in ampliore numero soni -antur. *cf.* VVLG. Ier. 23, 18 quis -vit verbum *domini* et audivit? (*ibid.* vidit).

3 *additur enuntiatum*: VARRO ling. 8, 42 esset ... ut si quis Menaechmos geminos cum videat, dicat non posse iudicare similesne sint, nisi qui ex his sint nati -arit num discrepent inter se. OV. met. 12, 105 num ... exciderit ferrum -at hastae. COLVM. 2, 2, 8 incultum locum -emus, siccus an umidus ... sit. 4, 22, 1 -andum erit, cuius longitudinis sint duramina. 12, 52, 15 -ant, numquid ceram novam dolia desiderent. COLVM. 11, 2, 67 cum pampinos ac folia decidere -assent. IVL. VAL. 2, 25 omni habitu adornatus, quem a me tibi afferri -as. *nota*: ACT. Petr. 25 iuvenes ... nares pueri -arant, si vere mortuus esset.

B *speciatim de opera medicorum morbum morborumve signa intuentium*: CELS. 1 pr. optime fecisse Herophilum et Erasistratum, qui ... homines ... vivos inciderint -arintque ... ea, quae natura ante clausisset. 5, 27 detecto vulnere -andus color est. 6, 7 aurem. 7, 16 omentum. 8, 3 foraminis altitudinem. 8, 10, 1. HIPPOCR. progn. 3 iacentem oportet -ari aegrotantem (καταλαμβάνεσθαι). 12 urinas (σκοπεῖν). 15 bona et mala ex praedictis signis (τὰς προρρησίας ποιεῖσθαι). 18 -are ... oportet eiusmodi taliter. *sequitur oratio indirecta*: CELS. 2, 2 -andum est, num cui saepius horum aliquid eveniat. 2, 10 morbi genus quod sit. 3, 4. 5. 3, 10 febresne solae sint an alia quoque his mala accedant. 4, 2 quae causa dolorem excitarit. 6, 15 num malus corporis habitus sit. 6, 18, 10. 7, 2. 7, 7, 8 *al.*

II ***translate***: *mente potius vel sola mente considerare*: **A** *generatim*: **1** *de animantibus*: **a** *absolute*: PLAVT. Trin. 404 estne hoc quod dico, Stasime? :: quom -o, meminisse videor fieri. CIC. div. in Caec. 46 vide modo, etiam atque etiam -a. Verr. 3, 145 sic -ate. leg. agr. 2, 77 vere et diligenter -ate. nat. deor. 1, 60 'quanto diutius -o' inquit, 'tanto mihi res videtur obscurior'. rep. 1, 70 vereor, ... ne ... quasi praecipientis cuiusdam et docentis et non vobiscum simul -antis esse videatur oratio mea. Att. 5, 4, 3. 13, 14, 2 opinor ... -emus. epist 10, 16, 1 flagitare senatus institit Cornutum, ut referret ... de tuis litteris; ille se -are velle. VITR. 2, 10, 3 quantum animo -are potui, de copiis ... exposui. LIV. 27, 24, 3 cum senatus biduum ad -andum peteret. VVLG. eccles. 4, 7. Ier. 2, 10 -ate (νοήσατε) vehementer. Ezech. 18, 28 -ans (εἶδεν) ... et avertens se ab ... iniquitatibus ... vivet. act. 12, 12 -ans (συνιδών) ... venit ad domum Mariae. Hebr. 10, 24 -emus invicem in provocationem caritatis (κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς). AVG. civ. 11, 16 libertate iudicandi ... distat ratio -antis a necessitate indigentis. 13, 8 si ... diligentius -emus ... mors cavetur. 19, 4 phrenetici multa absurda cum dicunt vel faciunt, ... sive illa cogitemus sive videamus, si digne -emus, lacrimas tenere vix possumus. 21, 3. BOETH. mus. 1, 10 diu ... -ans arbitratus est. COD. Iust. 1, 27, 2, 5 tua magnitudo, prout -verit, *milites* ordinet. *part. praes. dat.*: VITR. 2, 9, 17 de his rebus, ... uti sint -antibus apertiora (*sc. vitia et virtutes*), exponam. 9, 1, 1 ea ... habent admirationem magnam -antibus. APVL. mund. praef. -anti mihi et diligentius intuenti ... divinarum particeps rerum philosophia videbatur. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 192—193 *interest* inter ... parcum et avarum, quamvis par[v]um -antibus simile⟨s⟩ esse videa⟨n⟩tur. PANEG. 9, 3 ut appareret penitus -antibus. AVG. civ. 22, 24 opus *dei* tam magnum ... est, ut ... in qualibet ... muscula bene -anti stuporem mentis ingerat.

b *cum obiecto*: *homines*: PHAEDR. 3, 8, 1 praecepto monitus saepe te -a. SEN. epist. 45, 12 recognosce singulos, -a universos. 80, 10 intus te -a. APVL. Socr. 23 p. 174 in hominibus contemplandis noli ... aliena ⟨aestimare⟩, sed ipsum hominem penitus -a, ipsum ut meum Socratem pauperem specta. TERT. nat. 2, 5 recte ... agitis auctorem -antes. HIER. epist. 121, 8 se unusquisque -at. VVLG. psalm. 36, 32 -at peccator iustum (κατανοεῖ). Hebr. 3, 1 unde ... -ate apostolum et ... Iesum. PRISCILL. tract. 6, 95 *Christum* si per universa -es, unum invenies in totis. *adde*: SEN. dial. 1, 4, 14 omnes -a gentes. FLOR. epit. 1 pr. 4 si quis ... populum Romanum quasi unum hominem -et, totamque eius aetatem percenseat..., quattuor gradus inveniet. *nota*: *de animi simul et oculorum consideratione*: GELL. 2, 7, 2 *cf. infra* APVL. apol. 15 saepe oportet non modo similitudinem suam (*sc. in speculo*) verum etiam ipsius similitudinis rationem -are. flor. 2 p. 6 arbitrabatur homines non oculorum sed mentis acie et animi obtutu -andos. *res*: *facta*: CIC. har. resp. 3 nihil feci non diu -atum. Sull. 72 ecquod est huius factum aut commissum non dicam audacius, sed quod cuiquam paulo minus -atum videatur? epist. 3, 6, 3 hoc ego meo facto valde delector, ... -a nunc vicissim tuum. IVST. 2, 1, 4 res gestas. PANEG. 11, 7 qui properationem illam contemplabitur, nihil egisse praeter viam imperatorem putabit; qui gestarum rerum multitudinem -bit, properasse non credet. OPTAT. 5, 7 p. 134, 10 -anda sunt effecta, retractanda sunt efficientia. AMM. 19, 10, 2 accidentia. *animi naturam et facultates*: CIC. inv. 2, 102 defensoris conquestio est, ... uti suum animum non eventum -ent. Verr. 4, 199 non hominis, si quae sunt .. facultates sed arationis ipsius vis ac ratio -anda est. SEN. dial. 11, 20, 1. VEG. mil. 1 pr. clementiam vestram. VVLG. Iob 17, 15 patientiam. AVG. conf. 6, 7, 12 taceat laudes tuas, qui miserationes tuas non -at. *verba, sententias, rationes, sim.*: CIC. inv. 1, 69 scriptoris sententiam. leg. 1, 17 leges (*cf.* GELL. 2, 12 *tit.*; *syn.* perpendere). Tull. 46 interdictum (Caecin. 55). Tusc. 4, 2 studia doctrinae. 4, 22 iudicia mentis. fin. 4, 55 quae cum magnifice primo dici viderentur, -ata minus probabantur. SEN. nat. 2, 43, 2 advocent, -ent multorum sententias (*ibid.* sibi proponant). PLIN. epist. 3, 13, 2 in hoc *libro* -es velim ut pulchritudinem materiae ita difficultatem. QVINT. inst. 5, 13, 31 -ata ... oratio. FRONTO p. 222, 4 N. reperies praesentibus consiliis tuis capita apte -ata (*sc. in oratione*). GELL. 2, 7, 2 tres sententias esse, quae spectandae -andaeque sint. 7, 1, 7 idem Chrysippus in eodem libro tractat -atque. PAPIN. dig. 35, 1, 101 pr. in condicionibus testamentorum voluntatem potius quam verba. 35, 1, 101, 2 condicionum verba pro voluntate. TERT. orat. 1 caelestem sophiam de praecepto. VEG. mil. 3, 6 compendia, diverticula, montes, flumina ad fidem descripta -et. OPTAT. 4, 5 p. 107, 7 -ate verba superbiae vestrae, -ate tractatus, -ate mandata, ... et invenietis (*ibid.* revolvite). AMM. 29, 3, 1 dicta. PS. HIL. libell. 14 non ... supplicia metuenda sed -anda merita vel promissa. HIER. epist. 49, 3 lege ... et diligenter apostoli verba -a et tunc videbis. VVLG. eccles. 7, 26 ut scirem et -rem et quaererem sapientiam. AVG. civ. 1, 32 attendite, si mens ... vos aliquid sanum -are permittit. 4, 24 rationes. 6 praef. ea quae legunt ... sine ... erroris obstinatione intellecta et -ata perpendunt. 14, 2 epistulae ... locus ... -atus poterit ... dissolvere quaestionem. 16, 2. 17, 1 si *scriptura* adiuvante dei spiritu -ata tractetur. 18, 46 prophetias. 20, 5 multa ..., quae ... ita dici videntur, ut diligenter -ata reperiantur ambigua. 21, 27 -antes qualibus loquebatur et audientes dictum. 22, 8 in opere divino ... dei eloquentiam non audire sed -are *al.* COD. Iust. de emend. cod. 1 ius -andum recepimus. PASS. coron. 7 praeceptum. *varia*: RHET. Her. 4, 36, 48 recordamini, quos habueritis defensores; studia eorum vobis ante oculos proponite; ... exitus omnium -ate. CIC. inv. 1, 1 nostrae rei publicae detrimenta -o et maximarum civitatum veteres animo calamitates colligo. S. Rosc. 34 totam causam ... explicemus atque ante oculos expositam -emus. 59 neglegentiam. Caecin. 54 rem. 87 id adeo sic -ate. fin. 2, 41 agendo aliquid -andove *beatam vitam* quaeramus? Tusc. 3, 34 res humanas. 3, 52 cum diligenter necopinatorum naturam -es, nihil ... reperias. off. 3, 18 quid ... est quod non nunquam dubitationem afferre soleat -andumque videatur? nat. deor. 3, 20 quoniam ... de prima *parte* diximus, -emus secundam. parad. 34 vivendi via -ata atque provisa est. de orat. 3, 82 cum ... gradus aetatis recordor tuae cumque vitam tuam ac studia -o, neque ... video nec ... intellego. Att. 13, 37, 4 totum ... -a. epist. 9, 6, 4 (*syn.* tractare). SALL. Catil. 52, 2 cum res atque pericula ... -o et cum sententias ... ipse mecum reputo. VITR. 1, 4, 7 si qui voluerit diligentius haec sensu percipere, animadvertat ... naturas avium ...,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et ita -bit discrimina temperaturae. CELS. 1, 3 tempus anni (COLVM. 7, 4, 7). VAL. MAX. 7, 2 ext. 11 voluptates abeuntes. SEN. nat. 7, 27, 3 mundum. COLVM. 1, 3, 1 Cato censebat inspiciendo agro praecipue duo esse -anda, salubritatem caeli et ubertatem loci. 7, 9, 10 matricum ... meminisse debet, ut uniuscuiusque partum -et. FLOR. epit. 2, 15, 2 si quis trium temporum momenta -et. FRONTO p. 173, 10 N. gravitatem. APVL. Plat. 2, 23 quippe cum summus deorum cuncta haec non solum cogitationum ratione -et, sed prima, media, ultima obeat. PAPIN. dig. 40, 7, 34, 1 (*syn.* computare). TERT. spect. 12 ut et titulos -em. IVST. 33, 1, 3 Alexandri gloriam -are suos iubebat. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 28 *tempora* in libris -are non meritum. VVLG. lev. 19, 15 non -es personam pauperis (*i. spectes*). II Macc. 2, 25 -antes (συνορῶντες) ... multitudinem librorum et difficultatem. Luc. 20, 23 dolum (κατανοήσας). Phil. 2, 4 non quae sua sunt singuli -antes (σκοποῦντες) sed ea quae aliorum. I Petr. 3, 2. PANEG. 10, 25 iter. MAXIMIN. c. Ambr. 62 meritum. AMM. 26, 1, 11 hoc alte -ato. 27, 3, 14 ostentationem rerum urbanarum. OPTAT. 7, 5 p. 177, 3 ordinem (*ibid.* attendere). AVG. civ. 1, 10 quibus recte -atis atque perspectis attende. 6, 2 quis ... curiosius ista (*sc. genera et sacra deorum*) quaesivit? quis invenit doctius? quis -vit attentius? 8, 2 *opus* mundo -ato ... mirabile aspicimus. 16, 40 res diligenter -ata. 22, 5. 11 ordinem (*ibid.* tractare). OROS. hist. 1, 5, 8 ne -atis quidem locis condicionibus aetatibusque. INST. Iust. 3, 9, 11 in petenda bonorum possessione dies utiles singuli -antur. PASS. coron. 7 artem. CORP. II 6278 exempla (*syn.* inspicere). *additur* in *quo vel* in *qua re aliquid consideratur*: CIC. leg. agr. 1, 16 quis ... non videt in coloniis esse haec ... -anda? epist. 15, 4, 14. PANEG. 6, 3 illa dicenda sunt, quae in te -ans ... auctor imperii laetatus est. AVG. civ. 16, 36 in unoquoque *homine* -emus universa. AMM. 14, 7, 6 in unius exitio quisque imaginem periculi sui -ans. BOETH. arithm. 1, 16 p. 32 alius *numerus* in medio -atur. 1, 19 p. 39 omnis ... inaequalitas aut in maioribus aut in minoribus -atur. 2, 52 p. 168. Porph. isag. p. 47, 1 differentia ... in pluribus ... speciebus -atur (θεωρεῖν ἐπὶ πλειόνων εἰδῶν). p. 51, 3. BENED. reg. 37 -etur in eis imbecillitas. PS. BOETH. geom. p. 402 in *pede constrato* longitudo ... -atur. *animus considerat*: CIC. inv. 1, 5 his rebus cognitis facilius et expeditius animus ... rationem ac viam artis -are poterit. 1, 106 in alieno malo suam infirmitatem. 2, 46. off. 1, 9 in quo ... -ando ... animi in contrarias sententias distrahuntur. SEN. dial. 11, 20, 1 animus ... ad -andam suam universique naturam ... insurgit. AVG. civ. 8, 15. mecum, tecum, secum: TER. Haut. 385 mecum in animo vitam tuam -o. CIC. Verr. 4, 29 -ate cum vestris animis vosmet ipsi ecquem putetis. prov. 1. Tusc. 5. 3. off. 1, 153 ut ... omnia ... summo otio secum ipse -et et contempletur. SEN. clem. 2, 2, 2 illud mecum -o multas voces ... in vitam humanam pervenisse. APVL. met. 6, 31 de nostra poena ... secum -are. VVLG. II Macc. 4, 5 utilitatem apud semet ipsum universae multitudinis -ans (κατ' ἰδίαν σκοπῶν). cum *aliis*: RHET. Her. 2, 31, 50 et nobiscum et sine nobis (*om. M*). CIC. ac. 1, 13 istuc quidem -bo nec vero sine te. Att. 7, 3, 2 id coram -bimus quale sit. epist. 14, 14, 2 his de rebus velim cum Pomponia, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur, -etis. 18, 2 id velim diligenter etiam atque etiam vobiscum et cum amicis -etis. *aliquid* ex *aliqua re, partim i. q. iudicare, aestimare*: CATO agr. 89 ex gula (*sc. gallinarum*) -et, quod satis sit. GRACCH or. frg. Gell. 15, 12, 3 cum ... tam caste me habuerim, inde poteritis -are, quomodo me putetis ... vixisse. CIC. inv. 1, 69 in hoc ... iudicio desinite litteras legis perscrutari et legem ... ex utilitate rei publicae -ate. 2, 117 si ipsa separatim ex se verba -entur, ... pleraque ambigua visum iri; quae autem ex omni -ata scriptura perspicua fiant, haec ambigua non oportere existimari. Quinct. 48 ex officii ratione atque ex omnium consuetudine rem. S. Rosc. 108 ex iudicio factum. VITR. 1, 4, 4 licet ... -are haec ita esse ex eo quod (*cf.* 2, 6, 5 sic licet -are, quod. 2, 8, 11). 6, 1, 3 haec ... ex natura rerum sunt animadvertenda et -anda atque etiam ex membris corporibusque gentium observanda. 10, 3, 4 id ... ex trutinis ... licet -are. VVLG. I Petr. 2, 12 ex bonis operibus vos -antes (ἐποπτεύοντες). PHYSIOGN. 2 *physiognomia* ⟨profitetur⟩ ... ex qualitate corporis qualitatem se animi -are atque perspicere. OROS. hist. 6, 21, 17 BOETH. herm. sec. 5, 13. *adde*: CIC. Deiot. 4 cum per se ipsum -es, grave est. VITR. 5, 4, 3 *tetrachorda* cum separatim uniuscuiusque generis finibus -antur. 6, 8, 9 omnium operum probationes tripertito -antur, id est fabrili subtilitate et magnificentia et dispositione. PANEG. 2, 3 neque ... specie tenus ac nomine fortuna imperii -anda est. AVG. civ. 11, 23 universitas rerum, si quis possit intueri, etiam cum peccatoribus pulchra est, quamvis per se ipsos -atos sua deformitas turpet. 12, 4 non ... ex commodo ... nostro sed per se ipsam -ata natura.

c de *aliquo vel aliqua re*: CIC. Quinct. 55 de me ... ita -ent. Manil. 58 de *intercessione* isti ... etiam atque etiam quid liceat -bunt. Phil. 12, 30 de *utilitate rei publicae* multum etiam atque etiam. fin. 2, 38. Tim. 5 de *mundo* id primum -emus (*Plato p. 28B* σκεπτέον), quod principio est in omni quaestione -andum (δεῖν σκοπεῖν), semperne fuerit nullo generatus ortu, an. off. 1, 82. 3, 18. Att. 7, 13a, 3 de hoc tu videbis, quippe cum de me ipso ac de meis te -are velim. 11, 6, 3. 12, 24, 1 de tota ... re quem ad modum et quando placeat. epist. 5, 20, 6. APVL. met. 6, 31 de nostra poena ... secum -are. PAPIN. dig. 40, 7, 74, 1 de mora -are nec minus computare rationes. TERT. pudic. 9 de filio ... id prius -andum est quod utilius. BOETH. mus. 1, 15. *nota*: in *rem considerare*: *dub.* CIC. inv. 2, 103 nunc in alteram concessionis partem -emus (*del. editt*, considerationem *pars. codd.*) iam contendemus. TERT. adv. Marc. 4, 16 in rationem patientiae. scorp. 5 in (iam *edd.*) alium ictum -emus de voluntatis qualitate. PSALT. Rom. 27, 5 in opera manuum eius (*syn.* intellexerunt).

d *pro obiecto est enuntiatum* *oratio indirecta*: ACC. trag. 311 quantum obfueris, ... -a, et quo revoces summam exerciti. VARRO rust. 1, 23, 1 RHET. Her. 3, 5, 9. 4, 26, 35 (*ibid.* accipite). CIC. Quinct. 51 S. Rosc. 48. 69. Verr. 3, 155 hic tibi etiam multo magis ... videndum et -andum est quid velis. 4, 196. 6, 174 videas etiam atque etiam et -es quid agas. Manil. 6. 36 quae breviter qualia sint in Cn. Pompeio -emus. 40. Brut. 157 quod cum per se dolendum est tum multo magis -anti ad quos ista non tralata sint. rep. 4, 3 parad. 30 fin. 4, 37. nat. deor. 1, 98 hoc est non -are sed quasi sortiri quid loquare. Att. 7, 13, 3 quid faciendum putes. 8, 3, 2 (*ibid.* explorare). 11, 1 consumo ... omne tempus -ans, quanta vis sit illius viri. epist. 1, 7, 10. 14, 18, 1 -andum vobis etiam atque etiam ... diligenter puto, quid faciatis, Romaene sitis ⟨an⟩ mecum. *et saepius.* SALL. Catil. 20, 6. 44, 5 (*ibid.* cogitare, meminisse). 51, 26. epist. Mithr. 1 or. Phil. 13 NEP. Hann. 9, 1 LIV. 3, 45, 10. 44, 14, 12. 45, 12, 5 VAL. MAX. 7, 81. CELS. 1 praef. quod caelum quod tempus anni sit. 3, 18 *insaniens* cogendus est et attendere et ediscere aliquid et meminisse: sic enim fiet, ut ... metu cogatur -are quid faciat. SEN. epist. 13, 16 (*ibid.* circumspice tecum). epist. 70, 24 *al.* COLVM. 6, 14, 3 si cervix *bovis* mota et deiecta est, -bimus in quam partem declinet. 8, 2, 6. 8, 12, 40 quantum vini uno die feceris, eius partem decimam, quot metretas efficiat -ato. QVINT. inst. 7, 1, 8 (*ibid.* explorare). TAC. hist. 2, 76 ipse qui suadet -andus est, adiciatne consilio periculum suum. APVL. apol. 24 (*ibid.* spectare). ARNOB. nat. 1, 30 nonne cogitatio vos subit -are disquirere, in cuia possessione versemini? HIER. epist. 18, 3 (*ibid.* videre) *al.* VVLG. I reg. 25, 17 -a et recogita quid facias (γνῶθι καὶ ἰδέ). AVG. civ. 15, 20 video -andum et commemorandum, ista ... progenies ... quomodo ... commixta fuerit *al.*

an *in interrogatione simplici*: SEN. epist. 74, 16 -a ... an id bonum vocandum sit, quo deus ab homine vincitur (COLVM. 11, 2, 72. 12, 1, 3 FRONTO p. 141, 19 N. MART. CAP. 7, 786. 789). HERMOG. dig. 26, 3, 7, 1 si quaeratur, an ... recte datus sit tutor, quattuor haec -anda sunt: an ... et ... et ... et. *interrogatio disiunctiva*: SALL. epist. Mithr. 16 -a, ... utrum firmiorem te ad resistendum an finem belli futurum putes. CVRT. 7, 8, 30 finitimos hostes an amicos velis esse, -a. SEN. dial. 9, 7, 2 COLVM. 4, 24, 20. PAPIN. dig. 17, 1, 7 *al.* PAVL. dig. 10, 3, 14, 1 VLP. dig. 27, 3, 1, 20. VVLG. lev. 27, 14 -bit (τιμήσεται) eam (*domum*) sacerdos utrum bona an mala sit. *nota in sententia secundaria indicativum*: RHET. Her. 2, 20, 31 in unaquaque parte argumentationis quae vitia sunt (sint *edd.*) -emus. VAL. MAX. 7, 7 praef. -emus ... quae testamenta aut rescissa sunt ... aut ... rata manserunt, quaeve ad alios ... honorem hereditatis transtulerunt. PAPIN. dig. 20, 1, 3, 1 non ... quid ille non habuit (habeat *Momms.*) sed quid ... debitor habuerit -andum est. VLP. dig. 24, 3, 22, 7 an *persona* repudianda est. PS. HIL. libell. 10 qualibus malis caruit. 19 quam turbata fronte respiciunt, quantum constantiae gerunt. AMBR. virg. 1, 2, 12 -ate cuius illa speciem tunc gerebat. VVLG. Matth. 6, 28 lilia agri, quomodo crescunt. AVG. civ. 22, 29 -andum est ..., quantus vir dicebat (APRING. in apoc. 5, 7 BOETH. herm. sec. 6, 14). *seq. acc. c. inf.*: CIC. inv. 1, 69 satis -atum est, nullam esse legem nisi rei publicae causa scriptam. ac. 2, 128. Att. 9, 5, 2 -ans vel potius iudicans eius opera accidisse. epist. 6, 12, 5. SEN. clem. 2, 2, 2 illud mecum -o multas voces ... in vitam humanam pervenisse. ITIN. Alex. 52 Alexandrum animo fuisse ... rigido hic ... -andum reliquit. HIL. in Matth. 14, 17 hoc in Petro -andum est fide eum ceteros anteisse. PS. HIL. libell. 10. 14. 22. OPTAT. 1, 9 p. 10, 20 (*ibid.* intellegere). AMM. 21, 4, 1 haec in exitiale malum eruptura -ans. 24, 1, 8 *al.* VVLG. II Macc. 4, 4 -ans (συνορῶν) ... periculum contentionis et Apollonium insanire. 14, 3 (συννοήσας ὅτι). AVG. civ. 8, 6 *al.* *nota infin.*: PS. THOM. euang. 12, 1 Ioseph ... -bat eum tradere ad discendum litteras. *nom. c. inf.*: PROB. inst. gramm. IV 55, 12 ca ... corruptum invenitur, tu pronomen esse probatur, li ... corruptum esse -atur, nam ... coniunctio esse manifestatur. AVG. epist. 79, 28 magis idem vel cogitare vel contemplari ... sidera quam homines -anda sunt. *seq.* **ut**, *i. q. videre ut*: CIC. Att. 11, 13, 4 -es, ut sit, unde nobis suppeditentur sumptus necessarii. off. 1, 73 caveat, ne id modo -et quam ulla res honesta sit, sed etiam ut habeat efficiendi facultatem; in quo ipso -andum est ne ... desperet. COLVM. 2, 2, 17. 8, 5, 9. 12, 3, 10 (*ibid.* animadvertere). CASSIOD. var. 3, 51, 23 diligenter -vit antiquitas, ut ... copia non deesset. *nota*: CATO agr. 5, 2 -et *vilicus*, quae dominus imperaverit fiant. *seq.* ne, *i. q. cavere, videre ne*: RHET. Her. 1, 9, 15 hic erit -andum, ne quid perturbate, ne quid contorte, ne quid nove dicamus *eqs.* (*cf.* CIC. inv. 1, 29). 2, 27, 43 CIC. inv. 1, 30. Att. 12, 43, 2 -bis ... de Tusculano, ne aestas effluat. epist. 15, 14, 4. ad Brut. 1, 3, 3 off. 1, 73 *v. l. 73.* 1, 82 de evertendis ... urbibus -andum est, ne quid temere, ne quid crudeliter. COLVM. 3, 6, 3. 11, 1, 25. 12, 3, 5 recognoscat atque -et ne ... suppellex ... situ dilabatur. TERT. nat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 10 -ate etiam atque etiam, ne vobiscum communicemus crimen istud. VVLG. II Macc. 3, 32 -ans . . . sacerdos ne forte (ὕποπτος γενόμενος μήποτε) rex suspicaretur malitiam. Gal. 6, 1 -ans te ipsum (σκοπῶν σεαυτόν), ne et tu tenteris. AVG. serm. ed. Mai 120, 3 attende, -a et inde disputa, ista cogita, ne. VEG. mil. 1, 22 BENED. reg. 40. *seq.* **quia, quod, quoniam:** *c. coni.*: FAVSTIN. trin. 2, 7 -a, quod . . . filium . . . praestiterit (*ibid.* expende). AMBR. off. 1, 24, 108 -vit . . . quod tutus esse posset. HIER. in Matth. 5, 34 *sqq.* p. 30. in Gal. 3, 11 *sq.* p. 432 quia non dixerit. VVLG. deut. 30, 15 -a quod . . . proposuerim (ἰδοὺ δέδωκα). iud. 19, 9. Iob 1, 8 numquid -asti servum meum Iob, quod non sit ei similis (παρέσχες τῇ διανοίᾳ σου κατὰ τοῦ . . . Ἰώβ, ὅτι). RVFIN. hist. 4, 8, 5 -bam, quod inpossibile esset (ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι). *c. ind.*: CLEM. ad Cor. 7 -emus quia poenitentiae dedit locum dominus. AMBR. virginit. 3, 14 HIER. in Matth. 19, 8 p. 145. VVLG. iud. 9, 2 quod . . . sum. IV Esdr. 5, 54 quoniam. thren. 1, 11 II Macc. 5, 17 OPTAT. 7, 1 p. 160, 24 APRING. in apoc. 3, 17 (*ibid.* aspicere). PS. MATTH. euang. 18 nec me -ate quia infantulus sum. CASSIOD. hist. 1, 3.

nota: *i. q. expectare*: VVLG. deut. 32, 20 -bo novissima eorum (δείξω τί ἔσται αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν). Iob 32, 12 donec putabam vos aliquid dicere, -bam (*ibid.* exspectare).

2 *res personatae*: VVLG. prov. 10, 32 labia iusti -ant placita et os impiorum perversa (ἀποστάζειν). BOETH. mus. 1, 15 de *generibus cantilenae* harmonicae inventionis disciplina -at. CASSIOD. art. praef. p. 1152^{A} *mathematica* abstractam -at quantitatem.

II ***translate*** *de animantibus et rebus: i. q. c o n g r u e r e, c o n v e n i r e, concordare sim.*: **a** *absolute*: MANIL. 2, 522 veri per totum -at ordo (3, 207). TERT. orat. 22 cetera denique -ant. PS. RVFIN. in psalm. 30, 18 voce, corde, operibus -ando. AVG. civ. 15, 10 p. 76 numeri universitas -at. c. Fort. 14 facta -ant sed quia inconvenientia sibi sunt. in psalm. 49, 4 et -ant duo testamenta et unam vocem habent duo testamenta. 72, 21 concinit enim qui -at; qui autem non -at, non concinit. CASSIOD. gramm. VII 157, 9 quasi ipsae (*sc. litterae bs*) -ent ut trabs, quia dicimus trabem. **b** *alicui rei*: PS. CIC. in Sall. 1 ut oratio moribus -et. CVLEX 4 omnis et historiae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

per ludum -at ordo. MANIL. 2, 281 Virginis et Tauri Capricorno -at astrum. 3, 110 appositis cum mundus -at astris. QVINT. inst. 9, 3, 45 initia quoque et clausulae sententiarum aliis sed non alio tendentibus verbis inter se -ant. 9, 3, 77 non tamen ut semper utique ultimis -ent (*agitur de ὁμοιοτελεύτῳ*). GAIVS dig. 35, 1, 90 cui (*i. de dando fideicommisso*) -at rescriptum Antonini. VLP. dig. 33, 8, 4 quia -at rescripto. SCAEV. dig. 19, 1, 48 hoc -at contractui bonae fidei. HIER. epist. 27, 3 coepit Isaiae -are vaticinio. in Ezech. 10, 33 p. 401 errori meo ... cunctos ... -are. in Hab. 3, 14 p. 658 non semper metaphoram historiae, allegoriam -are. RVFIN. Adamant. 1, 12 -at euangelium legi. AVG. c. Adim. 5 p. 125, 26 cui loco euangelico propheta -at. c. Fel. 1, 3 Lucas ... -uit veritati apostoli Iohannis. civ. 6, 9 p. 262 nonne scurrilitati mimicae quam divinae -ant dignitati. 7, 33 p. 316 quomodo his quadret et -et non potest invenire. 10, 2 p. 405 -ans euangelio. 11, 15 p. 483 cui -are videtur et psalmus. in psalm. 56, 1 concordavit et -uit huic psalmo *euangelium*. EVSTATH. Bas. hex. 1, 11 p. 878^{C} neque enim potest una ... ratio rebus inter se dissimilibus ... -are. SEDVL. op. pasch. 5, 1 suae voci similiter -are. CASSIOD. inst. div. 12 p. 1124^{D} auctoritati Hebraicae nequiquam *translationes* -are. ACT. Archel. 24, 5 cui sermoni -ans Paulus ait.
c cum *aliqua re*: SEN. epist. 88, 9 fac potius quomodo animus secum meus -et. APVL. Plat. 2, 25 si cum harmonia musicae dierum -ent numeri. HIER. in psalm. 14 p. 29, 29 cor cum labiis non -at. RVFIN. Adamant. 3, 1 tria ... sunt in quibus non -amus (συμφωνοῦμεν) cum ecclesia catholica. hist. 5, 28, 17 Hermofili exemplaria non -ant (σύμφωνα) cum Apollonidis, ne ipsa quidem sibi ipsis concordant. COMPVT. Carth. 1, 1 paschales circuli sibi invicem -antes cum lunaribus annis. **d** in *aliqua re vel* in *aliquid*: QVINT. inst. 9, 3, 73 in verbis tantum distantibus iucunde -at vox. ITALA iud. 12, 6 (Lugd.) non -bant sermones eorum in unum (*aliter* LXX *et* VVLG.). FILASTR. 121, 11 multis (*sc. historiographis*) -antibus in unum (*seq.* dissonantibus). HIER. epist. 18, 18 ceteris quoque super hoc -antibus. **e** *alicui*: QVINT. inst. 2, 20, 5 si -are sibi in faciendis ac non faciendis virtus est. TERT. pudic. 15 Belial -at Christo (*cf. p. 482, 17*). CANDID. epist. 1 non -amus ipsi ... dicenti. RVFIN. Adamant. 1, 27 dominus -ans prophetis pronuntiat (συνᾴδων τοῖς προφήταις). PAVL. NOL. epist. 40, 5 *Marcus* aliis euangelistis de maledicta ... ficu -ans. LEO M. serm. 63, 3 quibus apostolus -ans ait. **f** cum *aliquo*: MIN. FEL. 19, 5 philosophi ... nobiscum ... opinionem -are. 34, 9 in hoc sapientes vestros ... nobiscum -are. MAR. VICTORIN. in Gal. 4, 4 p. 1178^{D} cognitio -ans cum eo quem cognoscit. SIDON. epist. 7, 9, 25 vos de viro ... -ate. **g** in *aliquo*: HIER. epist. 46, 3 totius in me urbis studia -bant. PS. RVFIN. in psalm. 12, 1 in nobis -are debent bona operatio et laudatio. MEROB. pros. frg. 2 B 4 in te amor mundi -at. *nota seq. acc. c. infin.*: PS. VICTORIN. phys. 9 requiramus si -at legem positam esse.

part. pro adi. **cōnsonāns**, -tis. GLOSS. συμφωνῶν. **1** *proprie i. q. simul sonans, concinens*: LIV. 36, 34, 5 -ante clamore nominatim Quinctium orare. VITR. 5, 8, 1 *sq.* loci naturaliter impedientes vocis motus uti dissonantes qui graece dicuntur κατηχοῦντες, circumsonantes (περιηχοῦντες) ... resonantes (ἀντηχοῦντες) ... -antesque (συνηχοῦντας) ... sunt in quibus ab imis auxiliata cum incremento scandens egrediatur ad aures diserta verborum claritate. SEN. contr. 9 praef. 5 inter fremitum -antis turbae. IVL. VAL. 3, 19 fletibus undique -antibus. HIL. in psalm. instr. 19 ars organi -antis. FAV. EVL. 16, 14 ad efficiendam -antem iugiter cantilenam. 17, 24. LACT. opif. 16 nervi bene intenti -antem sonum *faciunt*. CARM. epigr. 219 -anti fistula Sidonius aera perstrepens. ×**cōnsonāns** (*sc. littera*), *t. t. apud* GRAMM., *opp.* vocalis: GLOSS. σύμφωνον ἐπὶ τῶν γραμμάτων. σύμφωνα. DIOM. gramm. I 422, 27 -antes appellantur quod interdum proiectae, interdum subiectae vocalibus -ant. CLEDON. gramm. V 26, 30 -antes dicuntur eo quod cum vocalibus -ant. PRISC. gramm. III 114, 10 elementorum alia sunt vocalia, alia -antia quae sine vocalibus perficere vocem nequeunt. ISID. orig. 1, 4, 3 *litterae* vocatae -antes quia per se non sonant, sed iunctis vocalibus -ant.
VARRO frg. Char. I 73, 17 ‘pulchrum’ Varro aspirari debere negat ne duabus -antibus media intercidat aspiratio quod minime rectum antiquis videbatur (*sed valde dubium an ipsa Varronis verba laudentur*). PAVL. FEST. p. 6 antiqui non geminabant -antes (p. 85. 205. *incertum an verbum usque ad Verrium Flaccum sit referendum*). ROMAN. Char. gramm. I 136, 29 (*ex Plinio*) in duas semivocales aut in duplicem ⟨consonantem *om. N*⟩ monosyllaba nominativo exeunt. *certa exempla primum apud* QVINT. *leguntur*: inst. 1, 4, 6 (15^{ies}); *deinde tam frequenter ut grammaticis omissis quaedam notabiliora sufficiat adferre*: GELL. 4, 17, 8 vim -antis capit. TER. MAVR. 974 (*de verbis* frons *et* glans) -ans (*i. muta*) nam prima et uda, postmodo uda et -ans. HIER. in Is. 9, 8 apud Hebraeos ‘dabar’ ... per tres litteras scribitur -antes. in Zach. 3, 10 p. 881/2 hiulca vocalibus fit vel aspera -antibus. MART. CAP. 3, 233 -antes utrimque suscipiunt *vocales*. 3, 308 cum -ans in vocalem transire non possit. ISID. orig. 2, 19 -antes (*sc. r s x*) in se incidentes stridere et quasi rixari videntur.
2 *translate i. q. congruens, conveniens, concors, sim.*: **a** *cum dat.*: SEN. epist. 31, 8 aequalitas ac tenor vitae per omnia -ans sibi. QVINT. inst. 9, 3, 75 par et extremis syllabis -ans. TER. MAVR. 2852 Musis cum lyricum refert eundem -antia verba cantitasse. HIL. in psalm. 65, 25 aliorum -ans sibi et concors translatio. RVFIN. apol. 1, 29 tibi concors et -ans (*opp.* contrarius *et* inimicus). ACT. Archel. 46, 3 legem Moysi non esse -em legi Christi. 55, 7. **b** *absolute*: RVFIN hist. 2, 12, 2 quid tam -ans (σύμφωνα) tamque concordans est quam haec sunt cum illis quae in Actis ... scribuntur. POTAM. epist. ad Athan. p. 1418^{C} radiis -antibus. HIL. in psalm. 2, 3 *libris* conlatis et fideliter -antibus repertis. SACR. Leon. p. 405 -ante parique nominis tui confessione. CANON. Migne 56, 797^{C} permanere firmam ac -antem sententiam. MARCELL. chron. II p. 87, 458, 11 *misit* singulas -antesque epistulas. INST. Iust. 3, 7, 3 *paene* -antia iura *fecimus*. 3, 15, 1 -antem intellectum ab utraque parte desiderat. CAPREOL. epist. 1, 2 p. 845^{D} sacerdotum ... in unum -ans sententia. cōnsonāns est, *seq. infinit.*: VLP. dig. 12, 2, 34, 8 non semper -ans est per omnia referri iusiurandum. CAEL. AVR. acut. 2, 39, 228 erat autem Asclepiadi -ans ... cataplasmata eidem adhibere. *seq.* ut: HIL. in psalm. 2, 23 non conveniens et -ans esse intellegitur ut *Christus* in die genitus sit. *substant. vice*: TERT. anim. 2 vera quaeque et -antia prophetis ... commendant. PRAEF. bibl. monarch. in Marc. p. 16. IREN. 2, 10, 1 ex manifestis et -antibus et claris. AVELL. p. 280, 2 -antia et apostolus dicit.

adv. **cōnsonanter** *i. q. convenienter, congruenter* συμφώνως *sim.*: IREN. 1, 10, 2 -r haec praedicat. RVFIN. hist. 1, 10, 1 concordat. 1, 10, 6 designat. 2, 23, 19 *haec* -r (συνῳδά) Clementi etiam Hegesippus rettulit. 5, 25 ut pariter et -r (συμφώνως) diem festum celebremus. Orig. in num. 26, 2. Adamant. 2, 17 -r his apostolus pronuntiavit. CANON. Migne 56, 792^{C} *haec* firmantes ... -r (*i. unanimiter*). 56, 830^{B} -r et consentienter stantes. EVSTATH. Bas. hex. 3, 3 p. 893^{A} -r ab omnibus praedicantur. RVSTIC. c. aceph. p. 1189^{B} -issime docuerunt. CASSIOD. in psalm. 58 p. 410 VEREC. in cant. 6, 27 PS. SORAN. quaest. med. 20. ACT. Archel. 21, 5.

×**cōnsonus**, -a, -um [*cf. c.* consonare. *Th.*]. **1** *proprie i. q. concinens, consonans, simul sonans, concordans*: **a** *absolute*: OV. am. 1, 8, 60 tractat inauratae -a fila lyrae. met. 13, 610 -us exit in auras ter clangor. SIL. 5, 199 lacus hinc, hinc arma simulque -a vox urget (APVL. met. 3, 2 cuncti -a voce flagitant. 10, 16 clamor exurgit -a voce cunctorum salute me prosequentium. 11, 13 claraque et -a voce caelo manus adtendentes. HIER. tract. p. 355, 26 -a voce clamitant. p. 415, 2 -a pariter voce cantemus. in Ezech. 2, 7 p. 67^{D} *al.* epist. 98, 2 -a cum David voce decantant. FAV. EVL. p. 15, 18 symphonia est -ae vocis continua modulatio. p. 18, 26. NICET. psalm. 13 vox omnium vestrum non dissona debet esse sed -a). APVL. mund. 20 dissonis vocibus harmoniam -am reddit. met. 2, 1 quo artis magicae nativa cantamina totius orbis -o ore celebrentur (HIER. epist. 22, 41 -o ore cantabunt. 96, 1 AVG. in psalm. 32, 2. serm. 1, 4 hoc ore -o exprimentes. ENNOD. opusc. 3, 74 p. 349, 22 -o omnes ore clamitabant. VEN. FORT. vita Leob. 14, 45 -o ore et concordi voto conclamare coeperunt). CARM. epigr. 1113 (*in Hispania, saec. I vel II*) -a ... chelys. VIGIL. TRID. ad Ioh. 2 p. 553^{A} concavus in montibus -us locus. AVSON. 153, 84 -a ... carmina. AMM. 26, 2, 4 -i totius multitudinis clamores audiebantur. FAV. EVL. p. 2, 11 -a modulatione. p. 21, 3 mundi -um melos. p. 21, 17 concinentiae -ae modulationis. HIER. epist. 22, 9 -um prandentium audit clamorem. 92, 5 paucorum furorem -o clamore terrere. in Naum 3 p. 586^{D} -o crepitu et vocali. RVFIN. Basil. hom. 1, 2 diversum populum in unius chori concordiam -a modulatione consocians. MACR. sat. 5, 1, 1 omnes -o murmure Vergilium non minus oratorem quam poetam habendum pronuntiabant. MART. CAP. 2, 108 -ae unitatis continua modulatio. BOETH. mus. 5, 11 vocum aliae sunt aequisonae, aliae -ae, aliae dissonae. 5, 12. *nota*: CASSIOD. var. 4, 51, 9 -i chori diversis organis eruditi. **b** *cum dativo*: MACR. somn. 2, 1, 13 deprehendit numeros ex quibus soni sibi -i nascerentur. CYPR. GALL. Ios. 544 -a plausu lingua canit deum. BOETH. mus. 3, 1 auribus -um aliquid canere.
dubium an huc sit referendum SIL. 17, 443 accendunt iras vultusque virorum armorumque habitus noti et vox -a linguae (*sc. Romanae?*).
nota c. genet.: ACT. Archel. 32, 9 -a igitur primae creationis humanae fit in litteris legislatio. **c** *substantivi vice*: *neutrum*: CYPR. GALL. exod. 544 cantarunt matres ... tympana pulsantes digitis dum -a dicunt. *femininum*: *t. t. musicorum*: BOETH. mus. 4, 1 -ae sunt quae simul pulsae suavem permixtumque inter se coniungunt sonum. 5, 7 -ae vocantur (*voces*) quae copulatae mixtos suavesque efficiunt sonos. *t. t. grammaticorum*: *i. q. consonans*: TER. MAVR. 86. 89. 555 *saep. et* CONSENT. gramm. V 399, 7 (*persaepe*) *peculiare*.
2 *translate i. q. congruens, conveniens, aptus sim.*: **a** *absolute*: CIC. Att. 4, 16, 3 credo Platonem vix putasse satis -um fore, si. APVL. met. 4, 16 -aque civium voce (*i. unanimiter*) satis felix ... saepe celebratus (CYPR. GALL. Ios. 458. LACT. inst. 1, 4, 1 pari et -a voce praedixerint. AMBR. hex. 3, 1, 5 -a circa dei laudes populi vox. HIER. epist. 120, 8, 2 in Zach. 2, 8 p. 850^{B} VVLG. II par. 20, 21. RVFIN. apol. 2, 33 unam et -am vocem. hist. 3, 31, 4 -is vocibus [συνᾴδων] memorat. AVG. serm. 20, 1 voce -a, corde concordi. c. Iul. 2, 4, 7 -as catholicas voces. OROS. hist. 1, 6, 3 totius populi Romani -a voce parique iudicio. IORD. Rom. 372). APVL. met. 4, 34 ore -o (*i. unani-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

miter. HIER. epist. 69, 9 hom. Orig. in Luc. 2 p. 224^C Ps. AVG. serm. 65, 6). CYPR. GALL. exod. 1047 *monumenta dei* -a. num. 256 -a corda. 555 -a . . . cunctis lingua fuit. 559 -a respondit populi sententia vati. LACT. epit. 68 (73), 1 prophetarum omnium -a adnuntiatione praedicta. HIL. in psalm. instr. 19 in -um organi adstrictum obsequium (= PS. RVFIN. in psalm. argum. p. 643^A). SYMM. epist. 1, 89, 1 leporem -a laude celebrarunt (AMM. 15, 8, 21). AMM. 22, 2, 4 popularium -is plausibus. HIER. epist. 77, 8 -us inter omnes rumor. 100, 7 -a appetere et honorare ieiunia. in Is. 23, 17 -is Graecorum et Phoenicum litteris. RVFIN. Orig. in gen. 10, 5 novi et veteris testamenti -as formas. PAVL. NOL. epist. 18, 4 monasteriis plebe numerosis, pace -is. 21, 3 -a auctoritate confirmans. 44, 4 salvo . . . -ae mentis assensu. AVG. civ. 6, 7 non sane pars incongrua . . . sed omnino -a. MART. CAP. 2, 132 gesticulationes. COD. Theod. 12, 1, 75 (*a. 371*) si -a est civium fama. 12, 1, 192 (*a. 436*) -a relatione currente (COD. Iust. 10, 32 [31] 59 pr.). AVELL. p. 151, 20 -a fidelium voluntate. CANON. Migne 56, 710^C unam -amque sententiam (711^B). SIDON. epist. 3, 11, 1 -o praeconio. RVST. HELP. hist. testam. 22 -a diversas fundit precatio linguas. FAVST. REI. spir. 1, 7 p. 111, 21 -a veritate. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 22, 17 -ae plebis clamor. BOETH. cons. 3 carm. 9, 14 -a membra. INSCR. christ. Rossi II p. 442, 153 -a cuncta domus. **b** *cum dativo*: CYPR. GALL. exod. 718 -a iustae corda haereant legi. AVSON. 364, 15 schola -a disciplinis (*i. se accomodans*). AMM. 29, 1, 31 versus interrogationibus -os. RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 65^C -a divinae scripturae *vocabula*. symb. 39 concordi et -a substantiae ratione. 45 -um sit omnibus his quae memoravimus. hist. 5, 20, 4 haec dogmata non sunt -a ecclesiasticae fidei (ἀσύμφωνά ἐστιν τῇ ἐκκλησίᾳ). 5, 20, 6 omnia haec scripturis -a proferebat (σύμφωνα ταῖς γραφαῖς). Orig. in gen. 14, 3 p. 237^D philosophia neque in omnibus legi dei contraria est neque in omnibus -a. *al.* CLAVD. 22, 69 secreto -a regno ceu iuvenes doceas moles quid publica poscat. rapt. Pros. 2, 42 nulli sic -a telae fila. PAVL. NOL. carm. 21, 338 si pax nostra deo totis sit -a fibris. epist. 29, 14 -a linguae vita. *al.* AVG. c. Faust. 11, 5 p. 320, 9 non -um *veritati*. MACR. somn. 1, 18, 8 mundanae volubilitati -a accessione. SEDVL. carm. pasch. 5, 19 vox emissa suo respondit -a verbo. PAVL. PELL. 94 -a si nostris . . . votis . . . mansissent vota parentum. DRAC. laud. dei 2, 153 commercia mundo -a dissimili infundens sermone. EVANG. de nativ. Mar. 8, 1 nihil divinae voci -um. CARM. epigr. 1403, 14 quid te grammaticae iuvit tolerasse labores, -a rhetoricae verba legisse tubae, si . . . ? *nota*: OPT. PORF. carm. 2, 13 ut -a in omni sit nota prima sui (*i. littera prima est eadem*). AVG. c. Faust. 21, 8 p. 576 muneribus . . . ad unitatem -is. **c** *substantivi vice*: RVFIN. hist. 1, 9, 1 veritati -a scribit. 2, 6, 3 -a huic (συνᾴδει δ' αὐτῷ) scribens. **d** *de personis*: STAT. Theb. 2, 210 ducem praemissae -a nocti territat *Fama*. IVL. VAL. 3, 12 immortalitatem -i poposcere *gymnosophistae*. HIER. epist. 20, 2 -a inter se parvulorum turba. PAVL. NOL. carm. 18, 129 dat meritam Christo plebs -a laudem.

adv. **cōnsonē** *i. q. congruenter, consonanter*: APVL. met. 1, 10 quoad mutua hortatione -e clamitarent. NOVELL. Iust. 132 pr. -e (ὁμοφώνως) immaculatam christianorum confessionem praedicent. *Gudeman.*

cōnsōpio, -īvī, -ītum, -īre *a* con *et* sopire. *part. perf. pass. saepissime legitur, perf. act. raro* (*l. 62. 75. p. 486, 3*). GLOSS. -itus compressus et somno gravatus.

1 *proprie*: LVCR. 6, 792 nocturnumque recens extinctum lumen ubi acri[s] nidore offendit nares, -it ibidem. CIC. Tusc. 1, 92 a qua (*Luna*) -itus putatur Endymion. 1, 117 quid melius quam . . . ita coniventem somno -iri sempiterno. div. 2, 135 Alexander assidens somno est -itus (HIL. in Matth. 8, 1 ipse vero somno -itus [compositus *al.*]. HYG. astr. 2, 4 pastores . . . somno -iuntur. 2, 8. 12. HIER. in Is. 51, 20 p. 598 quo somno -vit eos rex Assyrius. AVG. gen. ad litt. 12, 21 p. 411, 11 cum autem sano corpore nec somno sensibus -itis . . . anima rapitur). SVET. Claud. 44. HIL. trin. 9, 65 virgines -itae et neglegentes. 10, 14 medicato potu -itur vigor animae. in Matth. 31, 11 -itos obiurgaverat. AMM. 29, 1, 16 leni quiete post meridiem -itus. AMBR. hex. 3, 17, 72 *Noe* obdormivit -itus a vino. HEGES. 1, 43, 5 -ita erat atque attonita mulier, quia ex alto deciderat loco. VVLG. Naum 2, 3 et agitatores *equorum* -iti sunt (*non habent* LXX; *cf.* HIER. psalt. sec. Hebr. 76, 7 -itus est et currus et equus [VVLG. psalm. 75, 7 dormitaverunt qui ascenderunt equos]). Hab. 2, 16 bibe tu quoque et -ire (σαλεύθητι καὶ σείσθητι). HIER. in Naum 2, 3 p. 553. 3, 8 p. 571 inebriaberis, *o Ninive*, et -ita iacens despicieris. 3, 8 p. 573 -eris calice meo (in Hab. 2, 5 p. 613 meraco calice -itus). 3, 18 p. 585. in Hab. 2, 5 p. 614 quos ante -ieras, quos inebriaveras. 2, 16 p. 623. AVG. gen. ad litt. 12, 20 p. 409, 17 dormientibus quippe in cerebro -itur via sentiendi.

2 *translate i. q. extinguere, tollere*: DECL. in Catil. 42 *flammae* velatae cineribus ac -itae (PS. VEN. FORT. vit. Leob. 8, 26 flammarum globos . . . -ire fecit. 9, 28. 19, 65. *cf.* AMM. 23, 4, 15 *malleolus ardens* superiacto pulvere -itur. 23, 6, 37). GELL. 16, 10, 8 omnisque illa XII tabularum antiquitas, nisi in legis actionibus centumviralium causarum lege Aebutia lata -ita sit. ARNOB. nat. 4, 13 puerilium disciplinarum recordatione -ita (CASSIAN. conl. 20, 7, 2). HIL. in Matth. 8, 1 quod Christus . . . somno nostro -iatur in nobis. 31, 6 fidem eorum -endam. SEV. MINOR. p. 734^A non extinxit, sed -vit contentionis incendium. AMM. 22, 5, 3 discordiis -itis (27, 5, 1 internarum dissensionum materia -ita). AVG. c. Iul. 2, 4, 8 utrumque (*malum et bonum*) in illo (*sc. parvulo*) -itum vacat. CASSIAN. inst. 5, 14, 2 aestus carnalis concupiscentiae penitus valeant -iri.

cōnsopōrātus qui gravi somno dormit GLOSS. V 447, 53. *a* con *et* soporatus.

cōnsoror, -is *f. a* con *et* soror. LEX Visig. 3, 1, 6 fratres vel proximi parentes dotem, quam susceperint, ipsi -i suae ad integrum restituant. *L.*

cōnsorōrīnus *v.* consobrinus.

*****cōnsors,** -sortis [*a* con *et* sors; *cf. c.* 1. consortio *et c.* exsors. *Th.*]. *cf.* VARRO ling. 6, 65. *abl.* consorti: LVCR. 3, 332 OV. met. 8, 444. consorte (*subst.*): OV. met. 1, 319. 6, 94. 10, 246. 11, 347 SEN. Thy. 235 STAT. Theb. 1, 187. 9, 82 SVET. Tib. 1 *al.* *genet. plur.* consortum: CASSIOD. hist. 2, 8. GLOSS. κοινόβιος, σύγκληρος. consentaneus, particeps, socius, sortionarius. V 660, 42 -s labor meat. PAVL. FEST. p. 72 'disertiones' divisiones patrimoniorum inter -es. p. 296 'sors' et patrimonium significat. unde -es dicimus. ISID. orig. 10, 37 -s dicitur, qui sortem iungit (GLOSS. V 184, 30). 10, 52 -s eo quod ad eum pertinet pars bonorum. nam sortem veteres pro parte ponebant. -s ergo, quod sit communi sorte, sicut dissors dissimili sorte. GLOSS. Bruxell. Mélanges Nicole p. 540 consor (*sic*) dicitur quod sit communi sorte. *in libris confunditur cum* concors. *inde a* VARRONE *et* CIC., *deest* CATVLL. CAES. SALL. PETRON. PLIN. nat. MART. IVV.

1 *proprie*: *habens communem sortem, coheredes patrimonio utentes non diviso, plerumque dicitur de fratribus*: CIC. Verr. 4, 57 cum ex agris tres fratres -es profugissent. LIV. 41, 27, 2 qui frater germanus et -s etiam censoris erat. VAL. MAX. 2, 7, 5. QVINT. decl. 320 p. 255, 22 -es enim potest facere casus (*sc. hereditas, opp.* socii). 321 p. 257, 24 fratres -es inimici esse coeperunt. PLIN. epist. 8, 18, 4 PAVL. dig. 27, 1, 31, 4. COD. Theod. 10, 14, 1 (*a. 315?*) non ad extraneam quamcumque personam, sed ad socium vel -em pervenire portionem. 3, 1, 6 (*a. 391*) proximis -busque concessum erat, ut extraneos ab emptione removerent. SIDON. epist. 3, 1, 3 sororiae hereditatis -es. LEX Visig. 10, 1, 6 tit. si vineam aut domum quis in -is terram construxerit (*opp.* in aliena terra, in qua sortem non habet). GREG. M. epist. app. p. 438, 3 -es aliarum octo unciarum (*fundi*). CORP. V 2844. *inde i. q. frater, soror*: TIB. 2, 5, 24 Romulus aeternae nondum formaverat urbis moenia -i non habitanda Remo. OV. epist. 13, 61 -s Ledaea gemellis (*i. Helena soror Castoris et Pollucis*). met. 11, 347 dum Lucifero genitus miracula narrat de -e suo. Pont. 3, 2, 48 -em Phoebi gens colit illa deam (*i. Dianam*). EPICED. Drusi 437 -esque deae centum. RVST. HELP. hist. testam. 49. ENNOD. opusc. 3, 77 qui erudiendam -em uteri committebat. *cf. l. 51. p. 487, 70.* *pro adiect.*: OV. met. 8, 444 calidumque priore (-is *N*, -i *M*[1]) caede recalfecit -i sanguine telum (DRAC. Romul. 8, 283 -em sanguinis *i. sororem*). 13, 663 victa metu pietas -ia pectora poenae dedidit.

2 *latiore sensu*: *i. q. particeps, communis, socius sim.*: **a** *de personis*: **α** *c. genet. rei*: CIC. Flacc. 35 fratres quidem -es sunt mendicitatis. Brut. 2 socium potius et -em gloriosi laboris (STAT. Theb. 9, 82 AVSON. 417, 22). OV. epist. 3, 47 vidi -es pariter generisque necisque tres cecidisse (SACR. Leon. p. 351 universos homines . . . tamquam -es nostri generis diligamus). fast. 1, 675 operis (VAL. MAX. 7, 3 ext. 2). 3, 492 culpae. 3, 873 amissa gemini -e pericli (SEN. Ag. 978 PLIN. paneg. 60, 5). Pont. 3, 2, 82 -es urbis comperit esse suae (*i. populares*). trist. 5, 3, 47 studii (SEN. epist. 7, 11). EPIST. Sapph. 29 Alcaeus -s patriaeque lyraeque. LIV. 38, 53, 3 gloriae. SEN. contr. 1, 1, 12 fortunae. VELL. 2, 74, 2 vitiorum fratris sui -s, sed virtutum . . . expers. VAL. MAX. 1, 8, 5 pavoris sui -es Veientes. 6, 9, 15 ne -bus quidem divinitatis suae parcit. SEN. Ag. 349 ades, o magni, soror et coniunx, -s sceptri. CVRT. 10, 7, 2 sacrorum caerimoniarumque -s modo, nunc solus heres. SIL. 2, 486 *Fides* Iustitiae -s (*cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 53 -es iustitiae, veritatis). STAT. Theb. 12, 428 mitisque supremi admittat cineris -em. PLIN. epist. 8, 14, 5 consilii publici spectatores ante quam -es erant. MIN. FEL. 31, 8 -es fidei, spei coheredes. NOVATIAN. trin. 10 p. 903^A *Christus* nostri -s corporis. PANEG. 12, 33 piaculi. TRACT. c. Arrian. p. 14, 25 naturae (VVLG. II Petr. 1, 4 ut per haec efficiamini divinae -es [κοινωνοί] naturae. PAVL. NOL. carm. 31, 511 -em naturae spernis egentem et facis exsortem partis avaritia). PACIAN. paraen. 8 p. 115 -es casuum vestrorum timere. AMM. 31, 12, 7 victoriae (HEGES. 3, 24 l. 59). AMBR. exhort. virg. 1, 2 -s et collega martyrii. exc. Sat. 1, 32 ut -em te fraterni discriminis exhiberes (*cf.* HEGES. prol. -em se perfidiae exhibuit). 1, 74 tam bonum -em quietis et individuum mihi comitem perdidistis. HIER. in Matth. 14, 9/10 p. 102 sceleris (DRAC. Orest. 760). RVFIN. hist. 5, 1, 41 agonis. CLAVD. carm. min. 25 praef. 4 nostrique per aulam ordinis hic -s emicat. COD. Theod. 11, 22, 2 (*a. 385*) habeat unaquaeque civitas -em munerum, quem habuit in professione collegam. PROSP. chron. I p. 462,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1187 erroris. DRAC. Romul. 10, 408 -em iuris amari *Proserpinam.* COD. Iust. 3, 40 tit. de -bus eiusdem litis (*cf.* COD. Theod. 2, 5, 2 [*a. 362*]). LEX Visig. 7, 1, 3 furti. PALLAD. hist. mon. I 7 p. 277^C Clemenem malorum -em suorum (συμπράκτην). CORP. VI 14093 Callistian⟨o⟩ -i actus et animi. XIII †7689 officii. *i. q. socius imperii, regni sim.*: VELL. 2, 129, 1 filii Cotyis -isque eiusdem imperii (TAC. hist. 3, 75 SVET. Otho 8 PANEG. 3, 6 TREB. Claud. 10, 6 *al.*). VAL. MAX. 6, 4, 2 cum haberet -em censurae Mummium. SEN. Ag. 978 regni mei (VVLG. Esth. 16, 13 -em regni nostri Esther. CASSIOD. var. 10, 4, 1 BENED. reg. praef. *al.*). dial. 12, 12, 5 ante illum -em patris quam successorem aspiciat (*cf.* SVET. Tit. 9 fratrem ... ut a primo imperii die -em successoremque testari perseveravit). LVCAN. 1, 93 nulla fides regni sociis, omnisque potestas inpatiens -is erit. SIL. 8, 335 e Tyrio -em accite senatu. STAT. Theb. 1, 187 saevior adsurgens dempto -e potestas. TAC. ann. 1, 3 collega imperii, -s tribuniciae potestatis adsumitur (PLIN. paneg. 8, 6). SVET. Tib. 1 auctore Tito Tatio -e Romuli. PANEG. 11, 3. 25. CAPITOL. Ver. 3, 8 *Marcus Verum* sibi -em fecit. AVG. civ. 3, 13 *al.* *i. q. coniux*: OV. met. 1, 319 Deucalion cum -e tori. 6, 94 Antigonen ausam contendere quondam cum magni -e Iovis (*i. Iunone*). 10, 246 sine coniuge caelebs vivebat thalamique diu -e carebat (SEN. Ag. 256 SIL. 3, 63). QVINT. decl. 376 p. 417, 8 socia tori, vitae -s. PAVL. NOL. epist. 13, 5 dignam casti cubilis flevere -em. DRAC. Romul. 10, 249 est -s matrona decens an caelibe vita degis? CORIPP. Iust. 1, 272 imperii gratum patrem inclita -s flebat et humanam sortem pietate dolebat. CORP. IX 2617 coniugi et -i. CARM. epigr. 713, 3 (*a. 558*) -s dulcissima vitae. *c. dat.* (*cf. infra l. 64*): VAL. FL. 3, 489 Pallada -em curis cursusque regentem. HERM. vulg. sim. 2 fiunt ambo (*pauper et dives*) -es operibus bonis (κοινωνοὶ τοῦ ἔργου. Pal. operis aequi). in *c. abl.*: CIC. Verr. 4, 155 *fraterculo* -i quidem in lucris atque furtis gemino. SEN. benef. 3, 33, 4 in quo -em habet, in quo spectavit legem. CHALC. transl. p. 20^E avi mei et -is in nomine Critiae. cum *c. abl.*: CIC. Mil. 102 tibi . . . -i mecum temporum illorum. AVG. serm. ed. Mai 168, 2 qui (*dominus*) secum -s consempiternus regnat in caelo. DRAC. laud. dei 2, 68 -s cum patre manens *Christus.* *absolute*: *i. q. socius, collega sim.*: VERG. Aen. 10, 904 me -em nati concede sepulchro (*sc. esse*). AVIEN. Arat. 1093 hunc *Arctophylaca* -em quattuor astris Oceanus recipit (*cf. Arat. 580*). QVEROL. p. 14, 20 -es mei nihil incommodi pertulerunt. SYMM. epist. 1, 2, 2 nec vito consortium, in quo talem non erubesco -em. AMM. 14, 2, 1 eorum *Isaurorum* capti quidam -es. 14, 9, 6 cum abiecto -e poenali est morte multatus. 14, 11, 15. 16, 12, 38. 25, 7, 3 *al.* VVLG. psalm. 44, 8 unxit deus . . . oleo laetitiae prae -bus tuis (μετόχους). PAVL. NOL. epist. 25, 1 ut te . . . sicut -em in Christo diligere futurum inciperem. DRAC. laud. dei 1, 359 *Adam* -e carens. 2, 557 -s genitoris amatus *Christus.* Romul. 10, 271. ENNOD. opusc. 7, 9 quem substantiae exilitas non permiserit habere -em, ipse concellaneus fiat alterius. CASSIOD. var. 2, 3, 1. CARM. epigr. 111, 27 (*a. 384*) teletis honoras taureis -s pius (CORP. V 6066, 2 -i pientissimo). *nota*: CORP. VII 924 dei Herc⟨ulis in⟩victi con⟨sor⟩tibus. XI 6308 Herculi Aug(usto) -i d(omini) n(ostri) Aureliani invicti Augus(ti). *pro adiect.*: HOR. carm. 3, 24, 60 cum periura patris fides -em socium fallat et hospites. CARM. epigr. 1359, 6 (*a. 475*) -is lector respice facta viri. ambo pari lucis clauserunt tempore metam. *de bestiis*: SERV. Aen. 8, 215 -es perdiderant (*de bubus*). VEG. mulom. 1, 56, 4. LEX Visig. 8, 5, 2 tit. de porcis inter -es ad glandem in communi fructu susceptis.

b *de rebus*: LVCR. 3, 332 inplexis ita principiis ab origine prima inter se fiunt -i praedita vita (*de anima et corpore*). *cf.* 3, 771. VERG. georg. 4, 153 -ia tecta urbis habent (*de apibus*). PROP. 1, 21, 1 -em properas evadere casum. MANIL. 2, 216 omnia dicuntur simili sub sorte diurna; cetera nec numero -ia nec vice sedis ... nocturna feruntur. 4, 330 Leo -is meminit sub lege trigoni. LVCAN. 4, 178 studiis -s puerilibus aetas. TERT. anim. 58 carnis . . . -is operarum atque mercedum (PETR. CHRYS. serm. 71 p. 401^C deus spiritus carnem -em divinitatis assumit). TER. MAVR. 1406 *dactylus anapaesto* adversus est, ordinis situ repugnans, temporum -s modo. CHALC. comm. 319 *silva* -s perpessionis putetur. AMBR. hex. 4, 1, 2 sol -s et particeps creaturae. 4, 7, 29 similia de lunae ratione conveniunt, quae de -e eius ac fratre (*i. sole*) memoravimus. HEGES. 4, 2 l. 16 nec unum consilium nec -s (*an* concors?) sententia est (PAVL. NOL. epist. 24, 15 omnium -s [concors *pars codd.*] ad unum bonum cursus est. *cf.* LACT. epit. 60, 4). AVG. serm. ed. Mai 75, 2 *gemmae* aemulo fulgore concordes . . . lumine -i ignescunt. MART. CAP. 3, 365 hoc autem observandum est in substantiis, inter -es suas id est ut primam primae compares, secundam secundae. SEDVL. carm. pasch. 1, 34 aequus honor, virtus eadem . . . gloria -s. ENNOD. carm. 1, 4, 23 huic *sponsae* niveis -s adridet flamma labellis. ARATOR act. 1, 215 corda ligant sine limite census affectu -e licet.

synonyma: affinis, coheres, collega, comes, communis, consanguineus, particeps, socius. *opposita*: expers, exsors.

cōnsortālis, -e *a* consors. LIB. col. I p. 211, 15 *milites* custodiunt lineas -es. NIPS. grom. p. 289, 19.

1. cōnsortio, -ōnis *f.* [*cf. c.* sors, sortiri, consors. *Th.*]. NON. p. 196 'consortium' neutri generis. 'consortionem' feminini. *cf. infra l. 35.* LVCIL. 819 redi in -em. CIC. off. 3, 26 dissolvetur omnis humana -o. LIV. 6, 40, 18 quaenam ista societas, quaenam -o est? 40, 8, 12 sociabilem -em inter binos Lacedaemoniorum reges. PLIN. nat. 9, 1 *animalia terrestria* hominum quadam -e degentia. AGOR. Carm. epigr. 111, 42 Paulina nostri pectoris -o. MART. CAP. 2, 216 ibi potius voluit ubi Musas conspexerat admota Palladis -e residere. CORP. XII 5864 propter singularem . . . inter se concordiam, quam (*leg.* qua) in -e iucundissuma annum LXXVII agunt. *c. genet. rei*: VELL. 2, 99, 1 tribuniciae potestatis (2, 103, 3). VAL. MAX. 4, 2, 2 imperii (LAMPR. Alex. 11, 3 nominis imperialis). 4, 6, 3 fati. 4, 7 pr. deliciarum et luxuriae. 4, 7, 5 huiusce laudis -em merito vindicat. AMBR. hex. 5, 14, 45 quoniam natandi communis quaedam videtur utrique generi esse -o. *de rebus*: CELS. 7, 27 cui *stomacho* cum vesica quaedam -o est. PAPIN. dig. 46, 3, 96, 3 cum debitor pretium pignoris -i subiecerit.

2. cōnsortio, -āvī, -āre *a* consors *vel* consortium. ITALA Esth. 16, 20 (Corb.) -ari eis (συνεπισχύειν, VVLG. esse adminiculo). LEX Sal. 40 add. 1 si servus cum ingenuum furtum fecerit servus in duplum si quod consorciavit reddat.

×cōnsortium, -ī *n.* [*cf. c.* consors, consortio. *Th.*]. GLOSS. κοινοβιότης, κοινωνία, ὁμοκληρία, συγκλήρωσις, συναφία. *inde a* LIV., *vocabulum christianis adamatum.*

I *proprie i. q. communio bonorum*: SVET. Claud. 28 si a duobus libertis in -um reciperetur. VLP. dig. 17, 2, 52, 8 si inter fratres voluntarium -um initum fuerit. GELL. 1, 9, 12 societas inseparabilis, tamquam illud fuit anticum -um, quod iure atque verbo Romano appellabatur 'ercto non cito'. AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 58 viduam hereditatis fraudare compendiis, minores -i iure detrudere. *nota*: TERT. apol. 39 omnia indiscreta sunt apud nos praeter uxores. in isto loco -um solvimus, in quo solo ceteri homines -um exercent (*syn.* rei communicatio).

II *latiore sensu*: *i. q. communicatio, coniunctio, societas sim.*: *cum genet.*: SEN. dial. 10, 14, 2 cum rerum natura in -um omnis aevi patiatur incedere. epist. 48, 2 -um rerum omnium inter nos facit amicitia (consortio — amicitiam *cod. p*). PS. SEN. mon. 30 cum fratre sic divide, ut animarum -um maneat. COLVM. 6 praef. 6 duo genera quadrupedum, quorum alterum paramus in -um operum. 9, 9, 1 *apes* -a dedignantur vetustiorum. PETRON. 101 studiorum. STAT. silv. 2, 1, 29 luctusque tui -a sensi. PS. QVINT. decl. 4, 10 receptus es in hoc pulcherrimum mundi rerumque -um. 5, 13 praeter eiusdem nominis par ac simile -um (TERT. virg. vel. 8 mulierem virginem omnem mulierė nominata contineri -o nominis. apol. 21 *al.*). 8, 3 non animae corporumque -o (APVL. Plat. 2, 21 animam corporis -o separare. CHALC. comm. 193 sensus nascitur ex -o corporis atque animae passionum. *al.*). 8, 6 circa maerores lacrimarumque -um. PLIN. paneg. 7 adsumptus es in laborum curarumque -um. STAT. Theb. 1, 84 generis -a (*de fratribus*) ferro dissiliant (*cf.* TERT. resurr. 5 ex -o generis). HERMOG. dig. 14, 2, 5 amissae navis damnum collationis -o non sarcitur. APVL. Plat. 2, 11 qui potest sponte se ad eorum *vitiorum* -um iungere? (HEGES. 1, 12, 2 flagitiorum). PS. APVL. Ascl. 23 de cognatione et -o hominum deorumque. TERT. nat. 2, 4 docete etiam qualitatis inter illos esse -um, ut iure consistat collegium nominis communione substantiae. resurr. 40 secundum collegia laborum -a etiam decurrant necesse est praemiorum. 49 de -o substantiae commercium nominis traxit. PANEG. 11, 19 a -o generis humani extorres *spadones.* IVL. VAL. 1, 42 deorum -um sibi vindicans *Dareus.* 2, 38 deorum numeris et -o congregere. ARNOB. nat. 4, 19 per humani generis iura atque ipsius mortalitatis -a. LACT. inst. 5, 19, 4 alios etiam in -um mali sui rapiunt. IVVENC. 4, 666 ut pariter poenae -a ferrent latrones. HIL. trin. 6, 50 vide in quod te . . . Iudaicae impietatis -um miscuisti. FILASTR. 124, 2 paganitatis. AMBR. Iac. 2, 4, 24. HIER. epist. 82, 7 assidua confabulatione et cotidiano Latinorum -o. VVLG. exod. 34, 29 ex -o sermonis domini. RVFIN. hist. 5, 1, 41. Basil. hom. 1, 4 absque -o et commixtione contrarii. 2, 7 *mens* tantum ex -o corporis invenitur in loco. ENNOD. epist. 3, 21, 1 sacri -o gaudere collegii. COD. Iust. 1, 1, 4, 3. ACT. Archel. 27, 10 quod societate eius deus et -o fuerit delectatus. 37, 5 ex -o sui. BENED. reg. 24 privati a mensae -o. CORP. VIII 827 religiosum -um caritatis. CARM. epigr. 666, 5 (*a. 375*) tumuli -a dulcis. FIRM. err. 26, 4 ex societatis -o. AMBR. paenit. 1, 13, 60 ut tolleretur a -o communionis. ZACCH. 2, 17. *imperii sim.*: LIV. 4, 5, 5 in -o, in societate reipublicae esse. POMP. TROG. Iust. 38, 4, 13 -um imperii civitatisque poscentem. TAC. ann. 4, 3 regni (TREB. trig. tyr. 30, 23 IVST. 21, 1, 7. 24, 2, 4. *cf.* HIL. myst. p. 14, 12 *fidelibus* in regni caelestis -um destinatis). 14, 11. FLOR. epit. 1, 26, 4 nanctus tribunatum honorum et magistratuum -um. AVR. VICT. Caes. 28, 1 sumpto in -um Philippo filio. 39, 16. HEGES. 1, 44, 7 -i regalis praerogativam acceperat. HYD. chron. II p. 14, 1 *al.* *de coniugio, concubinatu, sim.*: TAC. ann. 3, 34 male eripi maritis -a rerum secundarum adversarumque (*i. coniuges*). MOD. dig. 23, 2, 1 nuptiae sunt coniunctio maris et feminae et -um omnis vitae (OPT. PORF. carm. 2, 30 solis iura suis fidissima dextra maritis et sociale iugum praebet, -a vitae. DAMAS. epigr. 10, 13 *al.*). APVL. Plat. 2, 26 dites inferiores nuptias non recusent et locupletium -um inopes consequantur. CYPR. GALL. gen. 565 in-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

flexum *Abram* cogit *Sarra* -a servae noscere, quo saltim genitor sit pignore vili. 682. deut. 116 ne redeat *coniunx* spreti repetens -a lecti (iud. 754). iud. 134 nec solos sociant ritus, -a miscent *Iudaei cum gentibus*. ARNOB. nat. 2, 8 coniugalia copulatis -a (FIRM. err. 9, 2 cum Venere coniugale habuisse -um. 7, 1). FIRM. math. 4, 13, 3 ad -um tori genialis. HEGES. 1, 36, 1 HIER. epist. 22, 16 GENNAD. vir. ill. 33. PS. RVFIN. in Os. 1, 2—5 per maritale -um. PS. AVG. serm. 121, 4 COD. Theod. 3, 7, 3 (*a. 428*) EVSTATH. Bas. hex. 7, 5 p. 943^{A} COD. Iust. 5, 27, 5, 1. 6, 59, 11 pr. *al.* cum: SEN. epist. 73, 7 sapiens nihil iudicat suum magis quam cuius illi cum humano genere -um est. CHALC. comm. 131 natura daemonum ... habens cum divinitate -um. HIER. epist. 79, 2. VVLG. Is. 14, 20 non habebis -um neque cum eis in sepultura. PRVD. c. Symm. 2, 901 *al.* *consortium est inter res*: COLVM. 4, 16, 1 *semina* liberata sunt -o viviradicum. SIL. 14, 20 spatium, quod dissociat -a terrae. QVINT. inst. 12, 1, 4 in eodem pectore nullum est honestorum turpiumque -um. ROMAN. Char. gramm. I 132, 31 ut de -o casuum diximus. 190, 18 quaedam aliis partibus orationis adverbia esse communia et velut nominis iuncta -is, ut gratis, falso. SCAVR. gramm. VII 17, 11 c praecedens in -um syllabae assumit litteras l, m, ... aliarum -um respuit. APVL. met. 11, 22 divino quodam stellarum -o (*cf.* AVG. c. Faust. 2, 5 -um siderum. c. Pelag. 2, 6, 12 per stellarum temporale -um). TERT. adv. Marc. 5, 18 habet similitudo cum veritate honoris -um. PANEG. 10, 9 nulla est libido tam vecors quam non capiat, cum in -um venerit, temperantia. CHALC. transl. p. 45^{D}. comm. 15 harum solidarum formarum cognatio numerorum indicatur -o. 76. 260. 287 silva speciem cupit, potest enim eius florere -o. 319. 347. 352 *al.* AVIEN. Arat. 935 *zonae* mutua ... implexae sibimet -a mordent. BOETH. arithm. 2, 36 p. 133 pares *numeros* ob binarii numeri -um alteritatibus esse permixtos.

synonyma: coetus, cognatio, collegium, commercium, communicatio, communio, confabulatio, congregatio, coniugium, coniunctio, contubernium, nexus, societas.

cōnsortius, -ī *m.*; *cf. c.* consors, consortium. AVG. serm. ed. Mai 143, 2 ut nullus vestrum sit Iudae -us (*sic cod.*) in mensa. *Spelthahn.*

cōnspargo *etc. v.* conspergo.

?**cōnspatior**, -ārī *a* con *et* spatiari. PETRON. 7 video quosdam inter ... meretrices furtim -antes (*plerique codd.*, spatiantes *B*). *L.*

cōnspectābilis, -e *a* conspectare. PS. CYPR. or. 1, 1 domine pater omnipotens, qui soli filio conspectabilis es.

cōnspectio, -ōnis *f. a* conspicere. HIL. myst. p. 7, 7 dei -e non dignus est *Cain*. IVLIAN. epit. novell. 57, 1 quasi nullam iam maris -em habente vicino.

cōnspecto, -āre *a* conspicere. MART. CAP. 6, 586 collustrans divos -ansque censura. PS. FVLG. RVSP. serm. 1 pater Iacob ille sub scala -at dominum non scalae incubantem sed de terra nascentem.

cōnspector, -ōris *m. a* conspicere. GLOSS. II 113, 4 ἐφόπτης. *i. qui conspicit*: ITALA I reg. 16, 7 (Tert. cult. fem. 2, 13 orat. 17) deus -r cordis est (ὄψεται εἰς καρδίαν, VVLG. intuetur cor). TERT. nat. 2, 7 *deus* -r omnium. VVLG. Sirach 36, 19 tu es deus -r saeculorum. CORP. III 1840 Victori Flavi Secundi -i Epaphroditus eiusdem.

×**cōnspectus**, -ūs *m. a* conspicere. GLOSS. ἄποψις, πρόσοψις, ὄψις, θέα. *dat.* conspectui *passim*; conspectu (*cf. p. 490, 44*): AMM. 25, 10, 3 lucem ... mortali -u monstrare. *plural.*: AMBR. hex. 2, 4, 16 HEGES. 1, 38, 3. 1, 42, 5 HIER. in Is. 34, 8 *sqq.* p. 445. 65, 8 p. 778 RVFIN. hist. 5, 1, 35 AVG. civ. 11, 7. 22, 24 MART. CAP. 9, 891 COD. Theod. 6, 35, 8 SIDON. epist. 9, 8, 2 *al.* *inde ab* ENN. *et* PLAVTO, *persaepe legitur* VVLG. (*ca. 430^{ies}*), *deest* CATONI LVCIL. CATVLL. HOR. TIB. PROP. LVCAN. MART. *al.* [*ital.* cospetto. *M.-L.*]

I *conspectus oculorum: actio sive facultas conspiciendi*: A *de personis*: 1 *cum verbis*: TER. Haut. 434 tuom -um fugitat (CIC. leg. agr. 2, 56 -um fugere. dom. 146 CAES. Gall. 7, 30, 1 SALL. Iug. 86, 5. OV. met. 2, 594 -um lucemque fugit. FEST. p. 322 -um hostis evitavit. VAL. MAX. 5, 8, 4 -um degenerati patris vitaturum. QVINT. inst. 6, 3, 93 *al.*). VARRO ling. 6, 94 ut populus inliciatur ad magistratus -um. 7, 9 augurem conspicione, qua oculorum -um finiat (*cf.* LIV. 1, 18, 8 quoad longissime -um oculi ferebant. CVRT. 7, 11, 20 cum obscuritas -um oculorum ademisset. ITALA deut. 28, 66 [Hil. myst. p. 19, 10] videbitis vitam vestram pendentem in -u oculorum vestrorum [ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου, VVLG. ante te]. ARNOB. nat. 7, 45 *deus* non debuit oculorum negare se -ui. VVLG. II reg. 22, 25 psalm. 100, 7). CIC. Mur. 89 *quem* omnium suorum consuetudine -uque privat. Sull. 26 urbis, quam conservassem, -u ... frui (SEN. dial. 11, 15, 1. FRONTO p. 95, 11 N. vestro -u et adfatu. AVG. civ. 9, 16 PALLAD. hist. mon. I 49 p. 334^{B}). Sest. 49 vestro -u ... caruisse. Att. 1, 17, 2 ut omnia placarentur inter vos ... -u ipso congressuque vestro (LIV. 38, 45, 2 non congressum modo sed -um etiam eius vitasse. VAL. MAX. 2, 10, 2 -um et congressum tanti viri ... expetentes). Att. 4, 1, 2 -um aut potius complexum mihi tuum defuisse. 11, 14, 2. CAES. Gall. 7, 19, 4 quod -um suum hostes perferre possent (civ. 3, 51, 2. LIV. 30, 11, 11 ne -um quidem signorum ... tulerunt. SEN. dial. 7, 11, 1 quomodo -um mortis ... feret). BELL. Afr. 56, 2 -um amicorum propinquorumque efflagitabant. 75, 5 signorum -u perterritus (COLVM. 6, 29, 1 neque -u novae rei neque auditu terretur). VERG. Aen. 9, 260 revocate parentem, reddite -um (*cf.* APVL. met. 6, 9 *eam* dominae -ui reddunt. 9, 27 -ui profano redditus. 11, 2). LIV. 1, 16, 1 ut *nimbus* -um eius contioni abstulerit (SEN. contr. 7, 1, 3 lucis -um ... abstuli. PAVL. dig. 8, 2, 38 medius mons earum *aedium* -um auferat. IVST. 24, 1, 6 -um illis montes ... abstulerant. AMM. 20, 11, 19). LIV. 1, 27, 9 -um abeuntis Albani exercitus intersaepsit. 6, 9, 11 quae *nox* -um ademit (10, 32, 6 non prospectu modo extra vallum adempto sed ⟨ex⟩ propinquo etiam congredientium inter se -u. 29, 27, 10 *nebula* -um terrae ademit. AMM. 19, 1, 5). LIV. 6, 20, 11 unde -us in Capitolium non esset. 8, 38, 4 qui -um hostium frustrarentur. 22, 28, 9 primo statim -u (24, 5, 2. 28, 23, 3. QVEROL. p. 37, 23 primo -u videt). 28, 19, 14 accendebantur animi ... ipso inter se -u. 40, 55, 5 -um tortoris non sustinuit (CVRT. 3, 4, 5 ne -um quidem hostis sustinere). CELS. 6, 6, 36 ne -um quidem rerum praestet *oculus*. SEN. nat. 1 praef. 1 quod extra -um natura posuisset (epist. 58, 18. HIL. myst. p. 6, 34 extra -um est). 5, 3, 2 ut -um in vicino stantium eripiat (*cf.* HIL. myst. p. 10, 20 terra -ui eius eripitur. AMM. 25, 3, 11 Persae sagittarum volantium crebritate -um sui rapiebant). COLVM. 1, 6, 6 ut intrantium exeuntiumque -um habeat. SIL. 6, 571 ubi -u redeuntum visa propinquo corpora. PLIN. paneg. 26, 3 -u Romanae subolis inpleri. TERT. spect. 18 indigna -u tuo non negabis. anim. 57 -ui exhibere. ARNOB. nat. 5, 27 *hoc* obiectum lumini -uique divino (HYG. astr. 1, 5 species obiecta nostro -ui). HIL. ad Const. 1, 6 corpora publico exposita -ui (AVG. civ. 14, 18 devitat publicum . . . -um. CASSIOD. var. 9, 22, 5 publicis exhibere -bus). EPIST. Migne 13, 559^{A} ut -ui nostro . . . tuam praesentiam offeras. 13, 559^{B} ubi nostrum vidisses -um (HIER. in Is. 34, 8 *sqq.* p. 445 mutuos vidisse -us. VVLG. Sirach 49, 10 vidit -um gloriae). AVSON. 403, 4 -u iam potiere meo (EVSTATH. Bas. hex. 1, 1 p. 869^{B} in potiendis praesentibus dei -bus). VVLG. II par. 25, 21 mutuos sibi praebuere -us (AVG. civ. 3, 27 pater et filius in -u mutuo mactarentur. SIDON. epist. 9, 8, 2 -busque mutuis frui). AVG. civ. 2, 26 intuentes alternante -u hinc meretriciam pompam, illinc virginem deam. 14, 20 humano premente -u. SVLP. SEV. epist. 2, 4 cum exsatiari vultu illius -uque non possem. MART. CAP. 2, 99 inpraemeditata visione -us (PAPYR. Marini 74, 7, 4 sub meorum visione -uum). 9, 891 tuis -bus non poterit sine scelere viduari. EVCHER. instr. 1, 24 p. 74, 2 speciem, quae humanis poterat apparere -bus (*cf.* PS. FVLG. RVSP. serm. 45 cito tuis -bus apparebit). SEDVL. carm. pasch. 4, 197 sacerdotum -bus ora referte. GREG. TVR. glor. mart. 102 -ui vestro repraesentatur (FERRAND. epist. 11 divinis repraesentari -bus. PASS. Firm. 3. VITA Caes. Arel. 1, 55 flagravit ubique profectibus quo non est -bus praesentatus). ARATOR act. 2, 799 cuius -bus . . . adesse. *nota*: CIC. Att. 7, 10 ut ante quam luceret exirem, ne qui -us fieret aut sermo. COLVM. 9, 11, 4 facilis -u. PLIN. nat. 10, 8 rara -u.

2 *cum praepositionibus*: a *cum accus.*: ad conspectum: VERG. Aen. 6, 108 ire ad -um cari genitoris et ora (CHALC. comm. 184 negat iturum se ad -um amicae). LIV. 10, 4, 11 in patentem ad -um undique campum prolata signa. 22, 7, 13 ad primum -um redeuntis filii (24, 20, 11 SEN. epist. 57, 6 FRONTO p. 207, 3 N.). 25, 14, 8 ad -um transgredientium vallum mutato consilio. 38, 2, 6 ad quorum -um constitere prima signa. SEN. dial. 4, 2, 5. 11, 18, 4 ad cuius -um nulla potest durare tristitia. CVRT. 5, 3, 10. FRONTIN. strat. 2, 9, 5 ad cuius -um velut ostento consternati. 3, 12, 1. IVV. 10, 230 ad -um cenae diducere rictum suetus. PLIN. paneg. 22, 3 ad -um tui ... prorepere. FLOR. epit. 3, 10, 17 ad -um rei novae carpenta volitabant (MART. CAP. 1, 34 ad parentum quoque -um fecerat subvolare). APVL. met. 5, 4 ad parentum suorum -um adfatumque perrexerant. 11, 18 festinant ilico ad diurnum reducemque ab inferis -um. IVST. 15, 3, 8. EPIST. Migne 13, 569^{C} ad nostrum -um admittendi. VVLG. deut. 28, 32 videntibus oculis tuis et deficientibus ad -um eorum. 31, 6 nec paveatis ad -um eorum (ἀπὸ προσώπου). RVFIN. hist. mon. 1 p. 391^{B} nec ad -um quidem eius accessit.
ante conspectum: GLOSS. II 297, 28 ἐναντίον, τὸ ἀντικρύ. FEST. p. 205 *praepetes* ante -um volent nostrum. APVL. met. 10, 32 ante iudicis -um. 11, 24 provolutus ante -um deae. CHALC. comm. 123 quae velut ante -um suum geruntur. AMM. 20, 8, 9 progressus ante -um omnium steti. VVLG. lev. 18, 24 quas *gentes* ego eiciam ante -um vestrum (πρὸ προσώπου). I reg. 1, 22 ut appareat ante -um domini. III reg. 15, 11 fecit Asa rectum ante -um domini (ἐνώπιον). Is. 1, 12 cum veniretis ante -um meum. act. 6, 6 hos statuerunt ante -um apostolorum. apoc. 12, 10 accusabat illos ante -um dei. PASS. coron. 4 allata ante -um Diocletiani. ORIGEN. in Matth. 17, 30 ante -um seniorum excalceabit calceamentum eius. in conspectum: GLOSS. II 252, 7 αὐτοψία. 301, 8 ἐνώπιον. ENN. ann. 48 nec sese dedit in -um (frg. var. 74 Iunonem Saturno in -um dedere. TER. Phorm. 261 ipsum gestio dari mihi in -um. CIC. Verr. 6, 86 se in -um nautis paulisper dedit. BELL. Hisp. 4, 2. LIV. 3, 69, 9 insequens dies hostem in -um dedit. 30, 12, 8 *al.*). PLAVT. Amph. frg. 17 populi in -um ingredi. Bacch. 1007 prodire me ad te in -um (Men. 708 Most. 1154/55 TER. Phorm. 443 PHAEDR. 5, 7, 22 SVET. Nero 43). Most. 1125 in conspe⟨ctum sui patris pr⟩ocedere (LIV. 3, 67, 1). ACC. trag. 425 Oeneum aliquis cette (*cf.* NON. p. 85) in -um. RHET. Her. 4, 13, 19 in horum -um venire conaris (CIC. Verr. 2, 161 venisse in vestrum -um. fin. 1, 24 CAES. Gall. 4, 12, 2 HIRT. Gall. 8, 27, 3 *et per-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saepe. cf. VVLG. Ios. 17, 4 veneruntque in -u Eleazari. I par. 16, 29). CIC. Verr. 5, 26 in populi Romani quidem -um quo ore vos commisistis? (POMP. Cic. Att. 8, 12^c, 2 ne duae legiones ... in -um Caesaris committerentur). 6, 144 numquam te in horum -um rediturum ... esse duxisti (CAES. civ. 2, 42, 4 MANIL. 1, 449. SEN. benef. 4, 11, 3 in -um nostrum reversurus. HYG. fab. 178 p. 34, 15). Tusc. 1, 50 casurus ne in -um videatur animus. PLANC. Cic. epist. 10, 23, 2 copias prope in -um Lepidi Antoniique adduxi (HIRT. Gall. 8, 8, 5 LIV. 39, 49, 10. 40, 55, 7 FLOR. epit. 2, 6, 40 HYG. fab. 30 p. 65, 3 VVLG. num. 5, 30. Dan. 3, 13 in -u [HIST. Apoll. rec. A 50]. CIC. Verr. 2, 122 cum eum ... in -um populi Romani produxisset. CAES. civ. 1, 22, 2 in -um Caesaris deducatur [SVLP. SEV. chron. 1, 30, 5]. SVET. Tib. 65 qui se senem et solum in -um eorum ... perduceret). CAES. Gall. 7, 48, 3 liberos in -um proferre (VAL. MAX. 9, 2, 1 in -um suum afferri voluit). CIRIS 279 nisi te nobis ... in -um casusve deusve tulisset. SEN. nat. 7, 19, 2 in -um mortalium exire. SVET. Tib. 4 se in -um Sexti Pompei admissum (SVLP. SEV. chron. 2, 48, 4). HYG. fab. 181 p. 37, 4 *Actaeon* in -um deae incidit. SVLP. SEV. chron. 2, 38, 5 descendere in -um pugnae non ausus.

b *cum ablat.*: a conspectu: PLAVT. Trin. 279 neque latebrose me abs tuo -u occultabo. CIC. Verr. 4, 85 civitas tam procul a manibus tuis atque -u remota (FLOR. epit. 3, 6, 14. LIV. 25, 16, 14 locum ... a -u amotum. SEN. contr. 9, 2, 2 si exeunti tibi lictor a -u meretricem non summovisset [VAL. MAX. 5, 3 ext. 1]. SEN. nat. 1, 16, 7 quae a -u corporis nostri positio submovit. IVST. 38, 9, 8). Verr. 6, 23 a -u parentum ac liberum ... *esse* seclusum. 6, 118 matres ... ab extremo -u liberum exclusae (SVLP. SEV. dial. 1, 5, 4 *ecclesia* a -u nostro ... exclusa). de orat. 3, 145 in altum a -u paene omnium abstraxit (GREG. TVR. Franc. 4, 26 eum a suis -bus extrahi iussit). HIRT. Gall. 8, 15, 6 continens flamma copias omnes repente a -u texit Romanorum. NEP. Chabr. 3, 4 quantum a -u suorum recesserint (SEN. dial. 6, 24, 2. epist. 68, 5 a -u hominum secedere). LIV. 1 praef. 5 ut me a -u malorum ... avertam (28, 33, 13. 35, 28, 11 in valle a -u hostium aversa. CVRT. 6, 7, 30). 4, 41, 5 a -u suorum ablatum (VVLG. IV reg. 17, 18). 10, 14, 14 ascensu abdito a -u. SEN. benef. 4, 19, 2 divisumque a contactu et a -u mortalium. 4, 23, 4 longiusque a -u seducti di eunt (FRONTIN. strat. 2, 8, 13 equum suum abduci a -u iussit). PLIN. nat. 21, 62 quoniam anseres a primo -u eius expavescant. APVL. flor. 16 p. 62 multos dies a -u auditorii afuerim. AMM. 15, 2, 5 procul a -u militarium raptus. HIER. epist. 36, 2 eicior a -u tuo (VVLG. Ion. 2, 5 abiectus sum a -u oculorum tuorum). VVLG. Ier. 49, 5 dispergemini singuli a -u vestro. act. 3, 20 cum venerint tempora refrigerii a -u domini. 5, 41 ibant gaudentes a -u concilii (ἀπὸ προσώπου). apoc. 20, 11 a cuius -u fugit terra et caelum. SVLP. SEV. chron. 2, 13, 5 ut separata a -u regis Esther haberetur. ENNOD. opusc. 2, 13 p. 291, 18 vos ab universis dei -bus pulsi. GREG. TVR. dorm. 4 ut eos dominus ... a -bus iniquissimi imperatoris arceret.
de conspectu: PHAEDR. 1, 16, 6 de -u fugere (VVLG. exod. 2, 15). VVLG. exod. 10, 11 eiecti sunt de -u Pharaonis (ἀπὸ προσώπου. 23, 31). 10, 18 egressusque Moyses de -u Pharaonis (35, 20). 23, 30 expellam eos de -u tuo (ἀπὸ σοῦ). lev. 10, 4 tollite fratres vestros de -u sanctuarii (ἐκ προσώπου). III reg. 8, 54 surrexit de -u altaris domini. I Esdr. 8, 36 qui erant de -u regis. Ier. 32, 31 auferetur de -u meo. AVG. civ. 22, 8 de -u populi abire. SVLP. SEV. Mart. 6, 2 de -u eius inimicus evanuit. dial. 3, 12, 4 se de -u eius abripuit. EVGRAPH. Ter. Eun. 321 eam de -u amiserit. e conspectu: GLOSS. IV 441, 8 ex proviso. PLAVT. Amph. 518 abin e -u meo? (Men. 876. PORC. LIC. carm. frg. 4, 7 ex -u omnium abit. CAES. Gall. 6, 43, 4 SALL. Iug. 68, 1 LIV. 22, 12, 7. *cf.* CVRT. 8, 3, 5 abire -u). Capt. 434 meo e -u abscesseris (Persa 727 illuc abscede procul e -u. CIC. Att. 12, 16 ne decessissem quidem e -u tuo. PHAEDR. app. 10, 2 e -u cum patris recesserat). Capt. 749 e -u abducitis (Truc. 541. BELL. Hisp. 18, 6 ex adversariorum -u se deducerent. CAPITOL. Gord. 30, 8 clamantem e -u duci iussit). Pseud. 1106 ex -u eri si sui se abdiderunt. TER. Eun. 293 illam e -u amisi meo (VARRO frg. Serv. Aen. 1, 108). Hec. 182 fugere e -u (*cf.* LVCR. 3, 49 longeque fugati -u ex hominum). PACVV. trag. 184 non tu te e -u hinc amolire? ACC. trag. 32 caelum e -u abstulit (CIC. Phil. 2, 114 se ipsos ... e -u nostro abstulerunt. LIV. 29, 27, 6. VAL. MAX. 6, 8, 4 seque e -u hominum voluntaria morte abstulit. PHAEDR. app. 26, 10 FLOR. epit. 1, 1, 16). CIC. Verr. 6, 88 evolarat iam e -u fere fugiens quadriremis (AMM. 24, 6, 5). Sest. 53 cum ego me e complexu patriae -uque vestro eripuissem (LIV. 39, 13, 13 quos ... ex -u in abditos specus abripiant. AMM. 20, 3, 1 e mundi -u penitus lance [*i. sole*] abrepta). CAES. Gall. 1, 25, 1 omnium ex -u remotis equis. VERG. Aen. 11, 903 e -u exierat. LIV. 7, 26, 6 corvus ex -u elatus. SEN. dial. 5, 36, 3 cum sublatum e -u lumen est. TAC. Agr. 24 velut e -u libertas tolleretur. AVR. Fronto p. 16, 22 N. legata e -u ⟨cum⟩ avulserint venti (*legit Hauler*). APVL. met. 10, 30 e -u facessit. SPART. Hadr. 21, 3 e -u ambulare. AMM. 26, 6, 3 e medio se -u discrevit. in conspectu (*cf. l. 1 et 10*): GLOSS. IV 529, 33 sub oculis. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 2, 226 in civium esse -u (CIC. Verr. 6, 40 erat in omnium -u. epist. 1, 7, 5 CAES. civ. 2, 26, 2 LIV. 2, 7, 3. 5, 24, 9). *ibid.* 3, 4 in -u populi Romani (CIC. leg. agr. 1, 7. Sull. 18 in -u uxoris. Sest. 83 in deorum hominumque -u. Deiot. 15.

LIV. 1, 39, 1 multorum in -u *al. cf.* VVLG. Iudith 10, 12 ut invenirent misericordiam in -u vestro. Esth. 2, 9 invenit gratiam in -u illius *al.*). CIC. div. in Caec. 27 vitam alterius ... non modo in animis iudicum, sed etiam in oculis -uque omnium exponere. Verr. 6, 3 constituitque *Aquilium* in -u omnium (BELL. Afr. 41, 3 *exercitum* in -u patenti adversariorum constituit. SEN. contr. 1, 5, 2 constituatur in -u publico. VAL. MAX. 5, 4 ext. 7 QVINT. decl. 279 p. 138, 14 LACT. opif. 16, 9). Catil. 4, 3 qui ... astat in -u meo gener (CAES. Gall. 6, 18, 3 in -u patris adsistere. ANON. Vales. 12, 62 in -u suo sisti. VERG. Aen. 2, 67 -u in medio ... constitit. LIV. 40, 8, 1). Mil. 85 vestro in -u (BELL. Alex. 60, 1 in -u suo. LIV. 2, 55, 5. 2, 56, 9 VAL. MAX. 4, 6, 1 *al.*). fin. 5, 2 in -u meo ponere (LIV. 5, 28, 9 *castra* in -u erant posita. 40, 4, 13 VAL. MAX. 9, 12 ext. 6 LACT. ira 13, 17 VVLG. exod. 29, 23. deut. 11, 26 propono in -u vestro [ἐνώπιον]). VERS. inc. Cic. ac. 1, 14 quae cum dicta, in -u consedimus omnes (VVLG. iud. 21, 2 in -u eius [ἐνώπιον] sedentes. apoc. 11, 16). CAES. Gall. 7, 35, 1 in -u fereque e regione Caesaris. VERG. Aen. 1, 184 navem in -u nullam ... prospicit. 10, 260 in -u Teucros habet (LIV. 5, 49, 3. 10, 43, 10 SEN. dial. 4, 21, 8 IVST. 24, 7, 1 *al.*). 12, 213 -u in medio procerum. LIV. 3, 58, 8 donaque ea gerens in -u populi. 39, 49, 11 procul in -u eum statuerunt (VVLG. num. 8, 13). 42, 39, 4 in -u steterunt (VAL. MAX. 4, 7, 4. LACT. inst. 4, 14, 13 in -u dei et angelorum steterunt. VVLG. num. 3, 6. 5, 18). SEN. epist. 78, 24 non iacebit in -u aper. FRONTIN. strat. 2, 9, 9 quibusdam matronis ... in -u locatis. HYG. mun. castr. 12 ut portae castrorum in -u rigoris stellam efficiant. GELL. 1, 11, 9 hostem ... in -u longinquo procul distantem. DARES 10 in -u eius ambulare (VVLG. gen. 24, 40 in cuius *domini* -u [ἐναντίον] ambulo. III reg. 8, 25 *al.*). VVLG. I reg. 17, 31 *verba* annuntiata in -u Saul (ὀπίσω). III reg. 1, 23 cumque introisset in -u regis (κατὰ πρόσωπον. Ezech. 10, 2 ingressusque est in -u meo. Dan. 1, 18 introduxit eos ... in -u [ἐναντίον] Nabuchodonosor). Tob. 7, 13 quod deus preces et lacrimas meas in -u suo admiserit. Iudith 4, 15 permanebant in -u domini (psalm. 60, 8). act. 10, 33 omnes nos in -u tuo adsumus. *nota*: QVINT. inst. 10, 1, 6 debent esse non solum nota omnia sed in promptu atque, ut ita dicam, in -u.
liberius i. q. coram: LIV. 1, 31, 2 in -u ... crebri cecidere caelo lapides. VAL. MAX. 8, 2, 3 sumptus inter eos iudex in -u habita quaestione ... monuit. SEN. epist. 83, 1 sic certe vivendum est, tamquam in -u vivamus. PLIN. nat. 26, 118 e carbone in -u restincto *al.*
sub conspectu: Q. CIC. carm. frg. 17 squama sub aeterno -u torta Draconis eminet. SEN. benef. 7, 7, 3 sub caelo et -u siderum. 7, 9, 1 sub -u meo ponere. TERT. orat. 16 assidere sub -u contraque -um eius. AMM. 16, 12, 18 quid miles sub -u bellicosi ductoris ... efficiet. 20, 11, 12 decernentes sub imperatoris -u. 29, 1, 39 sub Graeciae -u totius escenso rogo. MART. CAP. 1, 11 consistebant aliae sub -u. 2, 217 sub -u omnium. COD. Theod. 6, 35, 8 (*a. 369*) post documenta fidelis obsequii sub nostris acta -bus. AVELL. p. 357, 13 COD. Iust. 4, 62, 4. CORP. VI 1770 sub -u publico.

B *de regionibus, locis sim.*: CIC. Verr. 6, 170 monumentum sceleris ... voluit esse in -u Italiae. leg. 2, 27 posita in fundi villaeque -u religio Larum. VARRO rust. 1, 7, 6 quae *quercus* est in oppidi -u (*cf.* BELL. Alex. 59, 2 in oppidi -u ... facit castra. BELL. Hisp. 7, 3 LIV. 5, 4, 12. 21, 53, 4. *cf.* CIC. dom. 100 in -u prope totius urbis domus est mea). CAES. Gall. 5, 6, 5 quos in -u Galliae interficere vereretur. civ. 3, 75, 2 ex -u castrorum discessit (HIRT. Gall. 8, 13, 1. TAC. hist. 4, 34 in -u castrorum constitui signa). VERG. Aen. 1, 34 e -u Siculae telluris in altum vela dabant. LIV. 2, 40, 7 cum in -u Roma fuit (6, 29, 3. 29, 27, 9 ut in -u terra fuit. 30, 24, 10 omnia in -u Carthaginis erant *al.*). 9, 28, 7 insulam sitam in -u litoris sui. 30, 24, 7 in -um ferme Africae prospero cursu evectum. 40, 21, 7. SEN. benef. 6, 15, 6 cum terra e -u recessit. epist. 91, 11 operta sunt fluctibus quae procul a -u maris stabant. PLIN. nat. 6, 204 in -u earum *insularum* esse Ninguariam. 31, 16 si *vinum* auferatur e -u templi. VVLG. num. 7, 3 obtuleruntque ea in -u tabernaculi. Ezech. 44, 4 in -u domus. apoc. 4, 6 in -u sedis (ἐνώπιον) tanquam mare vitreum. GREG. TVR. glor. conf. 79 quam *basilicam* ... fabricaverat ante -um muri Biturigi. *de aliis rebus*: CIC. Verr. 6, 170 in -u legum libertatisque moriatur. leg. agr. 2, 87 quae procul erant a -u imperii (VAL. MAX. 9, 12 ext. 1 inque -u summi imperii). SEN. nat. 1, 13, 1 cum plura specula disposita sunt ita, ut alteri sit -us alterius. 1, 16, 4 scelera -um sui reformidant. 7, 27, 1 cum *luna* -u solis excluditur (*cf.* PS. AMBR. laps. virg. 6, 26 in -u solis). HIL. in psalm. 67, 3 in -u ignis cera liquescit. VVLG. I Macc. 1, 3 siluit terra in -u eius (*sc. Alexandri*; ἐνώπιον. 11, 38). RVFIN. hist. mon. 22 p. 444^C cellulae tanto inter se spatio diremptae, ut neque in -u sibi invicem neque in vocis auditu sint positae.

II *accedit genet. obiecti, saepius i. q. species, visum, praesentia sim.*: CIC. Planc. 2 vester, iudices, -us et consessus iste reficit et recreat mentem meam (APVL. flor. 16 p. 62 quid igitur de repentino ab hoc splendidissimo -u vestro dissuluerim). LIV. 6, 8, 6 -u suo proelium restituit. 35, 35, 8 elephantorum aciem -u ipso debellaturam. VELL. 2, 104, 4 militum -u eius elicitae gaudio lacrimae. SEN. nat. 5, 8, 3 omnis illorum vis -u solis exstinguitur. COLVM. 6, 7, 1 anas ... equinum genus -u suo sanat. STAT. silv. 4, 2, 45 talem quoque barbarus hostis posset et ignotae -um agnoscere gentes.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

QVINT. inst. 2,15,9 *Phrynen* -u corporis ... putant periculo liberatam. Ps.QVINT. decl. 14,2 quod videtis tristem habitu dirumque -u (*cf.* RVFIN. hist. 5,1,35 -bus horridi). SVET. Cal. 9 *milites* ex (*codd.*, et *Roth*) -u suo flexit. CELS. dig. 41,2,18,1 in -u inumbratae quietis fuit constitutus. TERT. adv. Hermog. 25 *terram* nostram video et formam et -um et cultum a deo consecutam. ITALA lev. 13,12 (Tert. pudic. 20) a capite usque ad pedes per omnem -um (καθ' ὅλην τὴν ὅρασιν, VVLG. quidquid sub aspectum oculorum cadit). AMM. 20,11,26 accedebant arcus caelestis -us adsidui. *accedunt adiectiva*: TER. Hec. 788 scio pol eis fore meum -um invisum hodie. CIC. Manil. 1 mihi semper frequens -us vester multo iucundissimus ... est visus. epist. 16,21,7 mihi nunc ante oculos tuum iucundissimum -um propono. VAL. MAX. 1,6,13 exoptatum civium oculis -um tui offerres. CVRT. 6,9,2 -usque vestri venerabilis (APVL. met. 11,20 deae venerabilem -um adprecamur). PLIN. epist. 2,11,10 cuius *senatus* ipse -us augustissimus fuit. APVL. met. 7,13 tota civitas ad votivum -um effunditur. 10,4 se refert a noxio -u novercae. *ibid.* execrabilem frustratur eius -um. 11,19 me rursum ad deae gratissimum mihi refero -um (CASSIOD. var. 3,22). TERT. spect. 30 ad eos potius -um insatiabilem conferre. IVVENC. 1,59 -u mentem turbare verendo. IVST. 11,14,12 ne non ... detestandum sui -um reportarent. CLAVD. 18,300 quam pulcher -us erat. FAVST. REI. serm. 12 p. 268,9 *nos* in die iudicii purissimis angelorum -bus offerendi.

III *conspectus animi, contemplatio sim.*: CIC. de orat. 3,161 quae paene ponunt in -u animi, quae cernere et videre non possumus. leg. 1,61 in hoc -u et cognitione naturae. fin. 5,48 videamus animi partes, quarum est -us illustrior. 5,93 qui quamvis minimam animi praestantiam omnibus bonis corporis anteire dicamus, ut ea ne in -u quidem relinquantur (*i. nullo numero esse*). epist. 2,5,1 inlustri loco sita est laus tua in plurimorum et sociorum et civium -u. LIV. 10,25,12 quia bellum ei maius in -u erat (*cf.* STAT. Theb. 7,453 in -u belli). 26,29,2 expectatione sortis in consulum -u stantis. CELS. 4,2 his veluti in -um quendam, quatenus scire curanti necessarium est, adductis (SEN. epist. 94,8 cum illum in -um suae condicionis adduxeris). SEN. dial. 11,2,2 animum in omnium aerumnarum suarum -u conlocare (QVINT. inst. 7,1,4 cum haec in -u quodam modo collocaveram). benef. 3,2,2 qui beneficium tam longe proiecit, ut extra -um suum poneret (*cf.* QVINT. inst. 4,5,22 rebus velut ex turba extractis et in -u iudicum positis. VVLG. deut. 11,32 iudicia, quae ego hodie ponam in -u vestro [ἐνώπιον]. 30,15 considera quod hodie proposuerim in -u tuo [πρὸ προσώπου; *cf.* psalm. 53,5 non proposuerunt deum ante -um suum]). benef. 7,28,1 quaedam *beneficia* e -u nostro paulatim exierunt. epist. 26,1 in -u esse me senectutis. 30,3 in -u mortis hilarem ⟨esse⟩ (68,12. Ps.QVINT. decl. 12,18 nos in -u mortis stamus). 70,1 in -um adulescentiae meae reductus sum. 72,10 quam *sapientiam* ... in -u et, ut ita dicam, sub ictu habent. Ps.QVINT. decl. 5,10 in hunc te divinorum humanorumque -um de nostra protulimus anima. APVL. Plat. 1,13 machinamenta ... constituta esse in -u rationis. HIL. in Matth. 9,3 in -u mentis Christum continens (AVG. civ. 8,6 -u mentis intellegi). VVLG. I par. 17,17 hoc parum visum est in -u tuo. psalm. 15,8 providebam dominum in -u meo (act. 2,25). 18,15 meditatio cordis mei in -u tuo (*cf.* BENED. reg. praef. diabolum a -bus cordis sui respuens). 78,11 introeat in -u tuo gemitus compeditorum (*cf.* 87,3 intret in -u tuo oratio mea). AVG. civ. 8,5 hoc in -u talis cogitationis iam non est corpus.

IV *technice*: *in astronomia*: CENS. 8,4 -us circulus est, ut ferunt, signifer, quem Graeci vocant zodiacon. 8,6 sol ... locum illum conceptionis aut inbecillo videt -u aut etiam nec conspicit. *ibid.* -us κατὰ ἑξάγωνον. 8,8 -us κατὰ τετράγωνον *et similia*. 8,10 a septimo zodio ... plenissimus potentissimusque -us. 10,9. AVSON. 369,37 quia sexto aemulus octavi -us inutilis astri. *i. q.* σύνοψις: CIC. leg. 3,12 quam brevi in -u posita est a te omnium magistratuum discriptio. Brut. 15 ut explicatis ordinibus temporum uno in -u omnia viderem. GELL. 17,21,1 ut -um quendam aetatum antiquissimarum ... haberemus. [*Spelthahn.*

synonyma: aspectus, contemplatio, facies, prospectus, visus.

*cōnspergo (cōnspargo), -sī, -sum, -ere [*a* con *et* spargere. *Th.*].

forma conspargo *saepissime tradita, codicum consensu apud* CATON. LVCR. 3,661 (*bis* -e-) VITR. APVL. CHIRON. *aliosque recentiorum*; NOT. Tir. 64,92 conspargit. 64,95 consparsit. GLOSS. V 551,4 colligo, coniungo. *legitur inde a* PLAVTO (*bis*) *et* CATONE (7ies); *saepe habent* COLVM. SCRIB. LARG. PLIN. nat.; *praeterea singulis locis*: VITR. QVINT. inst. SVET. APVL., *ter*: VARRO, *quinquies*: CIC. *a poetis vitatur praeter* PLAVT. LVCR. (*ter*) PHAEDR. (*bis*) COLVM. LVCAN. (*singulis locis*) SER. SAMM. (*ter*).

I *fundendo, spargendo afficere*: A *proprie*: 1 *additur ablativus*: *liquoribus*: PLAVT. Curc. 80 ubi ⟨ego⟩ vino has -si fores. CATO agr. 91 amurca -argito *bene locum* sinitoque conbibat (92. 129 COLVM. 10,353). 109 sapa. 121 musto. VARRO rust. 3,16,14 eo. CIC. Planc. 99 cum *me* complexus sit -sitque lacrimis. LVCR. 3,661 terram -ere tabo. 4,1237 multo sanguine maesti -unt aras. PAVL. FEST. p. 118 farina ex tritico aqua -so. COLVM. 2,2,18 perexigua -itur aqua glaeba. 6,3,8. 6,5,2. 6,12,4 milium detritum -sumque aqua mulsa. 6,17,7 *al.* SCRIB. LARG. 59. 93 *al.* LVCAN. 6,582 pollutos cantu dirisque ... sucis -sos ... Philippos. PLIN. nat. 2,38 genitali rore. 17,261 cinerem aceto *al.* APVL. met. 11,9 geniali balsamo guttatim excusso -argebant plateas. ITALA Is. 14,20 (Tycon. 7 p. 71,2) vestimentum sanguine -arsum (πεφυρμένον, VVLG. *aliter*). CYPR. GALL. num. 102 niveos panes -at olivo. Ps. ORIGEN. tract. 2 p. 21,1 baptismi aqua -arsi. 5 p. 50,7 tunica eius sanguine -argitur. SER. SAMM. 1067 haec ... parco -sa Lyaeo. HIL. myst. p. 26,15 hoc sanguine ... testamenti liber -sus est (*in imagine*). AMM. 23,4,15. PELAGON. 171 polentam oleo et vino. CHIRON 954 vino. VVLG. exod. 29,2 crustulam ... quae -sa sit oleo *al.* lev. 7,10 sive oleo -sa sive arida fuerint (ἀναπεποιημένη ἐν ἐλαίῳ ἢ μὴ ἀναπ.) *al.* II reg. 20,12 -sus sanguine. Dan. 4,20 rore caeli. MARCELL. med. 1,22 lini semen melle. 1,35 *al.* *re solida*: COLVM. 6,14,7 lateritio trito colla. 12,7,2 sale (12,55,3). arb. 10,5 stercore vel palea -ito solum. TERT. ieiun. 16 annuo ritu saccis velati et cinere -si (VVLG. Ier. 6,26. thren. 2,10 cinere capita sua. Ezech. 27,30 RVFIN. hist. 5,28,12 SVLP. SEV. chron. 2,13,4 dial. 2,5,6). SER. SAMM. 877 exiguo piperis cerebrum -argito galli. VVLG. I reg. 4,12 scissa veste et -sus pulvere caput (γῆ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ. Mich. 1,10 pulvere vos -ite. SVLP. SEV. dial. 2,3,9 PASS. Petr. 4). II Macc. 14,15 -si terra (καταπασάμενοι γῆν). *pro ablat. ponitur praepositio*: ex: VARRO frg. Diom. gramm. I 486,9 satura est uva passa et polenta et nuclei pini ex mulso -arsi. SCRIB. LARG. 158 faba ... ex aceto cum melle diluto -sa. Ps. ORIGEN. tract. 2 p. 22,4 ex aqua baptismatis -argendi. CHIRON 912 pollinem siliginis ex vino. 913. 922. 944 MARCELL. med. 11,18. 20,26. 30,28. in: ITALA lev. 7,12 (Origen. in lev. 5,7) similaginem -sam in oleo (ἀναπεποιημένους ἐν ἐλαίῳ, VVLG. panes ... -sos oleo). num. 28,13 (Aug. loc. hept. 4,85) decimam similaginis -arsam in oleo (Lugd. -arsum oleo, VVLG. similae ex oleo). de: VEG. mulom. 4,3,8 quae omnia de calida fervente -is. cum: CHIRON 411 farina triticea cum lacte -arsa.

2 *non additur ablat.*: PLAVT. Stich. 354 humum -e ante aedis (PHAEDR. 2,5,15 alveolo coepit ligneo -ere humum aestuantem). VARRO rust. 1,57,2 ipsum triticum. VITR. 7,11,1. COLVM. 5,6,8 seminaria -i saepius quam rigari debent. 9,14,7 -sis vacuis partibus alvorum. SVET. Cal. 43 verri sibi vias et -i propter pulverem. CHIRON 137 ordei et tritici et aliorum -arsorum per potum dare. 735. *speciatim de farina conspersa ad panem coquendum* (*cf.* l. 76. p. 495,6): GLOSS. V 287,10 -arsit inter vertice⟨m⟩ ἐφύρασεν. CATO agr. 76,2 farinae l. II -argito condepsitoque. 89 polline vel farina hordeacia -arsa turundas faciat. PAVL. FEST. p. 40 *libamen* quod ex farina -sa faciebant. ITALA gen. 18,6 (Ambr. Abr. 1,5) -arge tres mensuras similaginis (φύρασον, VVLG. commisce. *cf.* Ps. ORIGEN. tract. 2 p. 18,7 ZENO 2,12,1). II reg. 13,8 (Legion.) farinam (ἐφύρασε, VVLG. commiscuit). VVLG. exod. 12,34. 39. Ier. 7,18 adipem (τρίβουσι σταῖς). VICT. VIT. 1,21 iste panis confringatur in frusta, madidetur aqua atque iterum -atur. ACT. Archel. 17,19 si quis -arserit, -argetur (φυράσας φυραθήσεται), aut si panem coxerit excoquetur. *cf.* CASSIOD. var. 6,18,6 Pan primus -arsas fruges coxisse perhibetur. *hinc de ipsius panis condicione*: PHAEDR. 4,18,4 furfuribus sibi -sum quod panem darent (*sc. canibus homines*). HIER. epist. 40,1 panem de omni semente -sum edere.

B *translate i. q. maculare, decorare*: CIC. de orat. 3,96 ut porro -sa sit quasi verborum sententiarumque floribus *oratio*. Flacc. 5 cum reliquum tempus aetatis turpitudinis maculis -seris. ac. 1,8 in illis veteribus nostris quae ... quadam hilaritate -simus. nat. deor. 2,111 *Tauri* caput stellis -sum est frequentibus. LVCR. 2,33 cum tempestas arridet et anni tempora -unt viridantis floribus herbas. QVINT. inst. 8,5,28 color ipse dicendi quamlibet clarus multis tamen ac variis velut maculis -itur. HIER. epist. 50,3 tantae in sermocinando elegantiae est, ut comico sale ac lepore -sus sit.

II *respergere, aspergere*: *liquores*: COLVM. 12,39,3 vinum vetus spargito, postea alterum supercalcato *tabulatum*, item vinum -ito. SER. SAMM. 952 saepius et sucos -argere pinguis olivi. CHIRON 48 feclam. 509. 607. 953 ANON. med. ed. Piechotta 139. *semina*: CYPR. GALL. exod. 318 quae -sa solo nondum deprompserat occa. *c. dat.*: LAMPR. Heliog. 21,5 albas *gemmas* invicem piperis piscibus et tuberibus -sit. HIER. in Gal. 5,9 p. 489 *fermentum* farinae -sum. AVG. civ. 22,19 (*in statua conflanda*) ita -ere universo atque miscere ut nec foedidatem faciat nec minuat quantitatem. *translate*: IREN. 3,16,6 unitus et -arsus suo plasmati secundum placitum patris.

III *dispergere*: AMM. 17,13,19 erat ... arduum sequi per diversa -sos. 23,3,6 *equus* dum ... volvitur, auro lapillisque ornamenta distincta -sit.

part. subst. n. **cōnsparsum**, -ī *cf. supra l. 39 sqq.* ITALA exod. 8,3 (Aug. loc. hept. 2,40 p. 548,11 *sq.*) intrabunt *ranae* in -is tuis (φυράμασι, VVLG. furnos) et in clibanis tuis. GAVDENT. serm. 7 p. 883C coxerunt ... -um quod extulerant de Aegypto.

cōnspersio, -ōnis *f. a* conspergere. *traditur plerisque locis* consparsio; *cf.* GRAMM. suppl. 181,32 dispersio quidem et respersio bene profertur per 'e', consparsio tamen satius per 'a' profertur. *non legitur ante* ITALAM.

1 *aspersio, respersio*: ITALA num. 19,9 (Lugd.) aqua -is

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(ῥαντισμοῦ, VVLG. aspersionis). 19, 20 (VVLG. lustrationis). IVNIL. 2, 19 -o sanguinis Christi plus potuit ad deum clamare. RVFIN. Clement. 3, 55 populum -e sanguinis consecrare. CASS. FEL. 45 p. 114 adiecto passo competenti velut -e in unum rediges. ISID. sent. 3, 5, 25 humoris. PALLAD. 12, 13, 3 salis crebra -o.

2 *farina conspersa, massa*: GLOSS. II 474, 2 -arsio φύραμα ἤτοι μάγμα. 522, 22 φύραμα. 575, 21 elevatio frumenti. ITALA num. 15, 21 (Lugd.) primitias -um vestrarum (φυράματος, VVLG. de pulmentis. AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 6 primitias confusionum vestrarum). Rom. 11, 16 (Iren. 1, 8, 3 Aug. epist. 186, 19 c. Faust. 9, 2) si autem delibatio sancta est, et -arsio (φύραμα, VVLG. massa. *cf.* AVG. epist. 186, 19 ista vero vel -o vel sicut in plerisque codicibus legitur massa). I Cor. 5, 6 (Tert. pudic. 13. 18) modicum fermentum totam desipiat -arsionem (φύραμα, VVLG. massam corrumpit. OP. imperf. in Matth. 12 p. 701 -em corrumpit). 5, 7 (codd. *et* VVLG.) ut sitis nova -arsio (φύραμα). TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 500, 1 oneribus -um offarcinatam *profectionem filiorum Israel.* adv. Val. 31 *semen* defarinatum in -is alutacia* absconderit. SIRIC. epist. 1, 2 ut expurgato fermento veteri nova incipiat esse -arsio. GAVDENT. serm. 7 p. 884[C] fermentum nequitiae confectum a diabolo de -e peccatorum (*in imagine*). HIER. in Matth. 16, 8 p. 120 *fermentum* ad saporem suum universam -em trahat. PAVL. NOL. epist. 11, 11 puram -em parare et sine fermento azymum Christo confici. AVG. loc. hept. 2, 40 p. 548. PETR. CHRYS. serm. 71 p. 402[C] *Christus* qui magnae pietatis fermentatus est sacramento, qui -is levis levamentum sustulit de sepulcro. *quaelibet massa, mixtura*: ITALA Rom. 9, 21 (Aug. epist. 186, 23) an non habet potestatem figulus luti ex eadem -e (φύραμα, VVLG. massa) facere aliud quidem vas *eqs.* IREN. 5, 14, 2 ex altera substantia pater operatus fuisset fieri -em eius (*carnis*). MAR. VICTORIN. in Gal. 5, 17 p. 1192[D] elementa ex quibus quasi quaedam -arsio est et caro facta est ex humidis. *translate*: AVG. gen. ad litt. 6, 9 p. 182, 3 quaestio est ... quid de peccato primorum parentum ... generis humani contraxerit universa -o. *cf.* corrept. 7, 12 non sunt ab illa -e discreti quam constat esse damnatam (*sequitur* illa perditionis massa). *nota de natura animi*: GREG. M. moral. 6, 57 quia valde inter se diversae sunt -es animorum. dial. 3, 6 cui quia ex -e semper facies rubere consueverat ... rex Totila non -is esse credidit, sed assiduae potationis.

cōnspersūra, -ae *f. a* conspergere. ITALA num. 15, 20 (Lugd.) primitias -arsurae vestrae (φυράματος, VVLG. de cibis vestris, AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 6 conspersionis).

cōnspersus, -ūs *m. a* conspergere. *i. q. conspersio sancta*: SACR. Gelas. p. 739 ad -arsum faciendum. *L.*

cōnspicābilis, -e *a* conspicari. IVL. VAL. 1, 43 e suggestu regiae turris promptius -s foret *Dareus.* HIL. in psalm. 91, 4 per hanc -ium operum magnitudinem (138, 34 ob egregia et -a fidei suae opera). 127, 11 vera et -i beatitudinis nostrae contemplatione. in Matth. 17, 2 quando Moyses -s astitisset. trin. 1, 4 creaturarum corporeas -esque formas (FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 3). 12, 45. RVFIN. Orig. princ. 4, 27 *substantia* mente sola -s. Basil. hom. 2, 6 naturam rerum -i rationis intellegentia contemplari. PRVD. perist. 10, 633 antiquitas coram refulsit ore -i. AVG. epist. 148, 10 -is materiae (PS. PHOEBAD. fid. 8). SVLP. SEV. Mart. 21, 1 diabolum ita -em et subiectum oculis habebat. MART. CAP. 6, 606 nobis ... septemtrio -is illos (*antipodes*) lateat. CLAVD. MAM. anim. p. 66, 8. SIDON. epist. 8, 4, 1 porticibus ac thermis -bus.

cōnspicābundus, -a, -um *a* conspicari. MART. CAP. 8, 803 nupturamque virginem saepius -a Pallas ... exquirit.

cōnspicientia, -ae *f. a* conspicere. CASSIOD. anim. 3 p. 1288[D] si ipsum in se lucidum non esset, rerum tantam -am non haberet.

cōnspicillum (conspicilium), -ī *n.* [*cf. c.* conspicere, speculari. *Th.*]. NON. p. 84 -m, unde conspicere possis. GLOSS. Plac. V 58, 13 -o ita ut conspici possint quod aiunt longis lineis. 15, 10. PLAVT. Cist. 91 -o consecutust clanculum me usque ad fores. Paras. med. frg. 1 in -o (conspicilio *codd.*) adservabam, pallium observabam.

×1. cōnspicio, -spēxī, -spectum, -ere [*a* con *et* specere. *Th.*]. GLOSS. θεωρῶ, κατανοῶ, ἀφορῶ, καθορῶ, συννορῶ, video. IV 37, 17 -xit: contra aspexit. 38, 20 -ret: inferret (?). VARRO ling. 6, 82 *v.* aspicio *vol. II p. 829, 66.* AGROEC. gramm. VII 122, 7 *ibid. p. 829, 62.* GRAMM. suppl. 279, 10 prope. ISID. diff. 1, 21 circumquaque (GLOSS. Plac. V 58, 14). DIFF. ed. Beck p. 47, 41 'conspicatus' aliquis est veluti agendi principium, 'conspectus' ab aliquo fit patiendo. *legitur inde ab* ENN. *et* PLAVTO.

I *sine obiecto*: PLAVT. Cist. 622 quid nunc supina susum in (susiam *codd., sed* susum iam *B*²) caelum -is? ACC. trag. 276 speciem amisi luminis (*i. oculorum aciem*) -endi (-ent *codd.*) insolentia. 637 -xit in (ut *L. Müller*) eam. VARRO ling. 7, 9 intra eas regiones qua oculi -ant, id est tueamur. VITR. 3, 3, 13 vastus et invenustus -entibus remittetur aspectus. CVRT. 5, 4, 25 continenti fronde tectae arbores -ere prohibebant. PETRON. 140, 14 quod nunquam neque in tabernam -erat nec ullius turbae frequentioris concilio oculos suos crediderat. ITALA psalm. 68, 17 (Hil. in psalm. 68, 16) secundum multitudinem misericordiae tuae -e in me (VVLG. respice). VVLG. psalm. 21, 20 ad defensionem meam -e (εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες). IV Esdr. 11, 36 -e contra te, et considera quod vides. MART. CAP. 2, 154 qui quidem omnes minus lucidae ... naturae quam illi caelestes sic ut -is approbantur (2, 156).

II *transitive*: **A** *proprie i. q. aspicere, contemplari, spectare sim.*: **1** *c. acc.*: ENN. ann. 70 indotuetur ibi lupus femina, -it omnis. PLAVT. Amph. 1114 angues. Asin. 479. Capt. 97 *aedes.* Curc. 363 ostium. Most. 835 cornicem ut -ere possies. PACVV. trag. 241 set quid -o? POMPON. Atell. 69 cuspidem. RHET. Her. 4, 13, 19 tu lucem -ere, tu in horum conspectum venire conaris? CIC. Sest. 126 is, cum cotidie gladiatores spectaret, numquam est -ctus. de orat. 3, 7 CATVLL. 64, 243. BELL. Afr. 12, 1 pulvis ingens -i coeptus est. VERG. Aen. 5, 611. 9, 235 locum insidiis -ximus ipsi. OV. am. 3, 2, 13 si mihi currenti fueris -cta (epist. 15, 215 mihi -ceris. met. 12, 526 EPICED. Drusi 412). epist. 19, 205 ut te -cta subito ... restiterim. fast. 5, 201 errabam, Zephyrus -xit (*sc. me*), abibam. LIV. 2, 10, 5 inter -cta cedentium pugnae terga. 22, 4, 6 agminaque hostium ex pluribus collibus ipsa inter se satis -cta (25, 19, 15. 33, 6, 5). CELS. 6, 8, 2. COLVM. arb. 17, 4 easdem caeli partes aspiciant, quas etiam in seminario -erant. STAT. Theb. 7, 153 haut umquam facie -ctus in illa. TAC. hist. 4, 1. APVL. met. 3, 2 obliquato tamen aspectu rem admirationis maximae -o (3, 7). VIB. SEQ. geogr. p. 152 ubi Narcissus se -xit. ARNOB. nat. 7, 45 nec in forma serpentis velle debuit -i. HIL. in Matth. 11, 4 ostendens non eum in Ioanne -i, qui et inanis et mobilis sit. PSALT. Rom. 21, 18 (*cf.* Aug. civ. 17, 17) dinumeraverunt omnia ossa mea; ipsi vero consideraverunt et -erunt me (ἐπεῖδον, VVLG. inspexerunt). 36, 32 (Lucif. Athan. 1, 24 p. 108, 26) -it (VVLG. considerat) peccator iustum et quaerit mortificare eum. AMM. 31, 11, 3 qui itineribus celeratis -ctus prope Hadrianopolim. VVLG. sap. 15, 19 nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest -ere. SVLP. SEV. chron. 2, 28, 2 quae vel in feminis non sine verecundia -untur. APRING. in apoc. 4, 2 *dominum* in spiritu intendit, non in carne -xit. *accedunt praepositiones*: in *c. abl.*: PLAVT. Capt. 809 eorum si quoiusquam scrofam in publico -xero (SEN. dial. 12, 19, 6). 821 in via petronem publica. CIC. Caecin. 54 quando te in iure -o (Mur. 26, *in formula iuridica*). rep. 6, 9 in meo regno et his tectis. CAES. Gall. 2, 26, 3 in summo colle. SALL. Catil. 40, 2 in foro (LIV. 3, 52, 7). OV. epist. 4, 146 in lecto -are meo. LIV. 5, 40, 10 in vehiculo. IVST. 21, 5, 4 -i in popinis. *et similia passim.* *abl. nudus*: OV. met. 4, 19 alto -eris caelo. MANIL. 1, 216 terris non omnibus omnia signa -imus. GERM. frg. 4, 94 *Venus* magni signo -cta Leonis. DECRET. decur. Castrimoen. (Corp. XIV 2466) 11 muneraque eius municipio -amus. ex: PLAVT. Men. 228 ex alto procul terram -unt (LIV. 44, 7, 10 ex alto -cta classis). CIC. Manil. 44 ex quibus *templis* hic locus -i potest. nat. deor. 2, 89 e monte. NEP. Milt. 7, 3 ex insula. LIV. 10, 43, 14 ex muris. 44, 3, 8 e propinquo. PLIN. epist. 6, 23, 3 in isdem iudiciis, ex isdem etiam partibus -i, audiri. PAVL. dig. 2, 4, 19 si aditum ad se praestet aut ex publico -atur. de: LVCAN. 3, 88 excelsa de rupe. ITALA deut. 26, 15 (Lugd.) -e ex domo sancta tua de caelo (κάτιδε, VVLG. respice). ab: OV. ars 3, 308 pars summa lacerti nuda sit, a laeva -enda manu. LIV. 30, 9, 12 qui *locus* et ab Carthagine -i et praebere ipse prospectum ... possit. ASSVMPT. Moys. 10, 10 -es a summo et videbis inimicos tuos. *cum adverbiis*: CIC. Caecin. 45 procul (BELL. Afr. 12, 3 LIV. 27, 26, 8 *al.*). LIV. 26, 18, 7 unde -i posset (28, 1, 9 necunde ab stationibus Punicis -retur. CVRT. 5, 2, 7 quae *pertica* undique -i posset). CALP. ecl. 7, 82 longius (VAL. FL. 6, 579 longe. AMM. 25, 6, 15). SIL. 3, 478 -ctae propius ... Alpes. SVLP. SEV. dial. 1, 4, 1 eminus. *accedunt abl.* oculis *sim.*: CIC. Catil. 1, 17 carere me aspectu civium quam infestis omnium oculis -i mallem. Balb. 47 ut -atis eum mentibus, quoniam oculis non potestis (PAVL. FEST. p. 82 illud animo aestimatur, istud oculis -itur. AVG. civ. 8, 7 quae mente -untur). CATVLL. 64, 86 hunc simulac cupido -xit lumine virgo regia. LVCAN. 9, 628 *arva* dominae voltu -ctis aspera saxis. AVSON. 118, 1 vultu quem -is. AVIAN. fab. apol. 31 torvo -bat oculo. PASS. Petr 12 mysterium crucis intento vultu.

2 *cum acc. duplici*: PLAVT. Asin. 878 si forte accubantem tuom virum -xeris cum corona amplexum amicam. Most. 839. ASELL. hist. 2[b] bubo ... sedens -ctus est. CIC. Mur. 88 imaginem clarissimi viri ... laureatam in sua gratulatione -xit. CINNA carm. frg. 8 te matutinus flentem -xit Eous. LVCR. 1, 316. CAES. Gall. 4, 26, 4 quos laborantes -erat, his subsidia submittebat. 5, 36, 1 civ. 2, 23, 5 NEP. Hann. 11, 6 VERG. Aen. 1, 487. HOR. epist. 1, 15, 46 quorum -itur nitidis fundata pecunia villis. LIV. 1, 47, 5 quid te ut regium iuvenum -i sinis? (39, 53, 2 Demetrium ut pacis auctorem ... -bant). 4, 60, 8 quos ... a militari aetate tamquam bonos cives -i vulgus hominum vidit. 45, 39, 8 *Paulum* omnium oculi -ere urbem curru ingredientem avent *et passim.*

3 *sequitur acc. c. inf.*: CATVLL. 64, 389 -xit terra centum procumbere tauros. LVCR. 6, 706 corpus ut exanimum siquod procul ipse iacere[t] -as hominis. CAES. Gall. 2, 24, 2 qui *calones* ab decumana porta ... nostros victores flumen transire -erant. civ. 1, 69, 3. OV. am. 3, 14, 34 collaque -o dentis habere notam. met. 8, 715 Baucida -xit senior frondere Philemon. PHAEDR. app. 19, 4 LVCAN. 2, 492 STAT. Theb. 4, 665 IVST. 11, 14, 5 AVIEN. Arat. 1481. 1791. AVG. civ. 11, 4 mundum esse -imus, deum esse credimus. SVLP. SEV. dial. 1, 15, 4 *al.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4 *cum admiratione (rarius cum vituperatione) aliquem vel aliquid aspicere*: PLAVT. Curc. 503 culpant eum, -itur vituperatur. NEP. Att. 13, 5 supellex modica, non multa, ut in neutram partem -i posset (Ov. trist. 2, 114). EPIST. imp. Aug. Suet. Claud. 4 ne quid faciat quod -i et derideri possit (*bis*). PLAVT. Merc. 407 quando incedat per vias, contemplent, -ant omnes. VARRO ling. 7, 37. RHET. Her. 3, 15, 26 in gestu nec venustatem -endam nec turpitudinem esse. CIC. Pis. 60 delectamenta paene puerorum, captare plausus . . . -i velle. SALL. Catil. 7, 6 -i, dum tale facinus faceret, properabat. CVLEX 266 femineum -cta (concepta *codd.*) decus. HOR. carm. 3, 7, 26 non alius flectere equum sciens aeque -itur. LIV. 4, 13, 3 quacumque incederet, -ctus elatusque supra modum hominis privati. 5, 23, 5 maxime -ctus ipse est curru equis albis iuncto urbem invectus. 21, 4, 8. 37, 57, 13 M. Cato ante alios testes -batur. VELL. 2, 91, 4. SEN. dial. 1, 4, 5 audivi te, cum alios consolareris: tunc -issem, si te ipse consolatus esses. 11, 2, 4 quanta *pietas* vel in filia -i potest. epist. 114, 21 volunt vel reprehendi, dum -i. SIDON. epist. 8, 6, 6 Nicetium circumspexere -cti. carm. 15, 155 per Tartesiacas -ctus splenduit urbes. *pro adiect.* conspectus, *i. q. conspicuus*: GLOSS. II 112, 57 περίοπτος. VERG. georg. 3, 17 Tyrio -ctus in ostro (Aen. 8, 588 HOR. ars 228). OV. met. 12, 553 -cta iuventus. EPICED. Drusi 122. 124. LIV. 27, 27, 3 in collem aperta undique et -cta ferebat via. 30, 29, 10 locus -ctus undique. 30, 45, 4. 32, 5, 13 in -cto maxime tumulo. 45, 7, 3 fama -ctum eum efficiebat. SEN. dial. 11, 16, 5. APVL. met. 10, 17 quo -ctum atque famigerabilem meis miris artibus effeceram dominum. *nota compar.*: OV. met. 4, 796 neque in tota -ctior ulla capillis pars fuit. 13, 794 platano -ctior alta. LIV. 2, 5, 5 sumptumque supplicium -ctius eo, quod *eqs.* 6, 15, 10. 7, 7, 6 quo -ctior virtus esset. 22, 40, 4. IVV. 8, 140 animi vitium tanto -ctius in se crimen habet. TAC. hist. 4, 11 ne in ipsa urbe -ctior mors foret. CYPR. GALL. gen. 1126. IVST. 11, 5, 3 reges stipendiarios -ctioris ingenii. AMM. 19, 7, 8 quia -ctior tegentium multitudine procul speculantibus visebatur. 24, 4, 4 -ctiorem habitu principem. CLAVD. 8, 567 COD. Theod. 6, 7, 2 (*a. 380*). conspiciendus: TIB. 1, 2, 70 totus et auro *contextus*, insideat celeri -endus equo. 2, 3, 52. 3, 12, 4 PRIAP. 39, 2 OV. am. 2, 4, 42 fast. 2, 310. 5, 118. 552 Pont. 4, 13, 16. LIV. 6, 4, 12 opus vel in hac magnificentia urbis -endum. LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 31. SEN. suas. 6, 23 civis non solum magnitudine virtutum sed multitudine quoque -endus. SEN. dial. 4, 5, 5 quasi magnificum quiddam -endumque fecisset. MART. 9, 49, 4. PLIN. epist. 2, 12, 3 in hac altissima specula -endum se monstrandumque praebere. CARM. epigr. 990, 10 carmina tristis haec dedit in tumulo -enda meo. *et passim.*

5 *res est pro subiecto*: CIC. Catil. 3, 20 si illud signum *Iovis*, quod videtis, solis ortum et forum curiamque -ret. HOR. epist. 1, 6, 26 cum bene notum porticus Agrippae et via te -erit Appi. GRATT. 502 patriae quem *equum* -xere Mycenae glaucum. MANIL. 1, 284 *axis* in binas Arctos magni per inania mundi perque ipsum terrae directus -it orbem. SEN. Herc. O. 531 hoc nulla lux -at. nat. 1, 13, 1 si nubes fors aliqua disposuit, ut inter se -ant. COLVM. 1, 5, 5 *villa* semper mare recte -it. PLIN. nat. 25, 107 ne luna aut sol -at (CENS. 8, 6 *sol* locum illum conceptionis aut inbecillo videt conspectu aut etiam nec -it. 8, 12. CLAVD. 21, 161 quot . . . -it occiduus sol). IVV. 2, 81 uvaque -cta livorem ducit ab uva. DRAC. laud. dei 2, 305 primordia mundi . . . -xere *Cain* perfusum sanguine fratris.

B *translate*: *mente inspicere, i. q. intellegere, cognoscere sim.*: ENN. ann. 95 -it inde sibi data Romulus esse priora. PLAVT. Pseud. 769 quantum ego nunc corde -o meo (*cf.* CASSIOD. inst. div. 5 p. 1116^B quando perspicuo corde -xit, quod corporeis oculis non valet intueri). OV. Pont. 2, 9, 15 -itur numquam meliore potentia causa, quam quotiens vanas non sinit esse preces. VELL. 2, 38, 1 ut quae partibus notavimus, facilius simul universa -i possint. VAL. MAX. 7, 5, 3 nullus error talis in L. Aemilio Paulo -ctus est. 8, 13 pr. 9, 3 pr. SEN. dial. 11, 13, 5 ad -endam veritatem excaecatus est. nat. 1, 14, 1 horum plura genera -untur. COLVM. 9, 2, 2 ne universitas incohati operis nostri . . . mutila -retur. 10 praef. 4. ARNOB. nat. 1, 13 non calumniari vos improbe in apertis -itis manifestisque mendaciis? HIL. in Matth. 14, 10 humanarum mentium interna -ens. OPTAT. 5, 3 p. 124, 4 futura -erat Christus. LVCIF. reg. apost. 6 p. 48, 23 -as has omnes instructiones . . . sospitatis tuae me bono ingerere. Athan. 1, 6 p. 74, 7. 2, 31 p. 203, 23 non conv. 15 p. 34, 6. PSALT. Rom. 65, 18 iniquitatem si -xi in corde meo (VVLG. aspexi). VVLG. Rom. 1, 20 invisibilia ipsius, a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta -untur (*cf.* AVG. civ. 12, 7 species intellegibiles mens quidem nostra intellegendo -it). AVG. civ. 8, 3 intellegentiae puritate -ret. 8, 4 ad -endas naturae causas. 9, 22 quia eorum principales causas in verbo dei -unt. 15, 9. MART. CAP. 6, 724. 9, 920. BOETH. elench. soph. 2, 7 omnium orationum aliae quidem sunt faciles -i, aliae autem difficiliores. APRING. in apoc. 1, 12 in domino sacramenta -untur, non facies contemplatur. COD. Iust. 3, 1, 13, 2 iudicem negotii acta apud se confecta -ere. *sequitur sententia relativa vel interrogativa*: PLAVT. Trin. 636 satis in rem quae sint meam ego -o mihi. LVCIF. reg. apost. 5 p. 46, 22 non -xit Hieroboas quid ei deus . . . fuisset repraesentaturus. non parc. 6 p. 221, 6 quanto magis nos digni te, -e, ex ecclesia pellere Christi. 21 p. 255, 6 -e quae tibi homicidae . . . possint mala repraesentari. *cf.* VERG. Aen. 9, 418 nec teli -it usquam auctorem nec quo se ardens inmittere possit. *nota*: AVIAN. fab. apol. 29 attente -ens quod manus gelu torpentes anhelitus flatu calefaceret.

synonyma: aspicio, cerno, conspicor, contemplor, conviso, specto, tueor (con-, in-), video.

2. cōnspicio, -ōnis *f. a* conspicere. VARRO ling. 7, 9 ideo dicere, cum conte⟨m⟩plum facit, augurem 'conspicione', qua oculorum conspectum finiat. 7, 8.

ˣcōnspicor, -ātus sum, -ārī [*cf. c.* conspicere *et c.* suspicari, auspicari, despicatus. *Th.*]. GLOSS. θεωρῶ. -atur aspicit, cernit. -antur, intendunt. VARRO ling. 7, 9 contempla et -are id⟨em⟩ esse apparet. *passive*: VARRO frg. Prisc. gramm. II 384, 2 paupertas enim haec tum non ita nutricata, ut nunc -atur (θεωρεῖται). SALL. Iug. 49, 4 cum interim Metellus . . . monte degrediens cum exercitu -atur (*sic* DON. Ter. Eun. 384, conspicitur *codd.*). PROP. 4, 4, 34 dum captiva mei -er esse (ora *Gronovius*) Tati. APVL. flor. 9 p. 32 gestamina quibus erat -atus. HIL. in Matth. 33, 7 in sanctorum ad praesens -atorum resurrectione. ZENO 2, 20 neque . . . a quoquam -ari potest *imago dei*. MART. CAP. 1, 27 Apolline -ato aeria temperies sudis tractibus renidebat. *cf.* GREG. TVR. Iul. 9 ut de multis milibus hominum . . . nullum similem conspicaret. glor. mart. 35 si forte enecatam prolem . . . quis -asset. *inde a* PLAVTO (*32^ies*), *deest* CIC. SALL. (*sed v. l. 16*) SEN. CVRT. COLVM. TAC. PLIN. iun. SVET. *al., sed* CAES. *20^ies*.

1 *cum acc.*: PLAVT. Amph. 1111 pueros. Bacch. 181. 279. Cist. 656 nec quemquam -or alium in via. Epid. 345 Merc. 194 Most. 353. 838 Poen. 605 Pseud. 981 *al.* TER. Eun. 1062 in his te -or regionibus. CAES. Gall. 5, 9, 2 hostium copias. 5, 49, 5. 6, 39, 4. 7, 84, 1 ex arce Alesiae suos -atus. 7, 88, 5. civ. 3, 79, 6 -ati in itinere exploratores Domitii. *al.* NEP. Eum. 9, 5 LIV. 25, 16, 23 PHAEDR. 2, 8, 25 PETRON. 24. CALP. ecl. 2, 88 quotiens me -or. PLIN. nat. 8, 90 FRONTIN. strat. 2, 5, 46 APVL. met. 1, 21. 2, 21. Plat. 1, 1 quem ubi aspexit ille ingeniumque intimum de exteriore -atus est facie. PANEG. 10, 11 IVST. 24, 1, 6 AVSON. Mos. 10. 394, 26 AMM. 17, 13, 17. 23, 5, 8 MART. CAP. 1, 69 SIDON. epist. 1, 11, 14 *al.* **2** *cum acc. duplici*: PLAVT. Aul. 388 apertas aedis nostras -or. Epid. 435 quem ⟨ego⟩ huc advenientem -or. Merc. 109 currentem servom a portu -or. Rud. 214. CAES. Gall. 6, 17, 4 harum rerum exstructos tumulos . . . -ari. 7, 45, 7 vacua castra hostium Caesar -atus. LIV. 2, 20, 1 QVINT. inst. 4, 2, 13 MART. CAP. 1, 16 *al.* **3** *sequitur acc. c. inf.*: PLAVT. Amph. 1070 illam geminos filios pueros peperisse -or. Bacch. 669 quid vos maestos tam tristesque esse -or? Curc. 595. TER. Haut. 68 quin te in fundo -er fodere. ARNOB. nat. 1, 54. HYG. astr. 2, 34 natantis Orionis longe caput solum videri -atus *Apollo*. SVLP. SEV. chron. 1, 13, 4 epist. 3, 7. *sequitur interrog. obliqua*: CAES. Gall. 2, 26, 4 ex loco superiore quae res in nostris castris gererentur -atus. **4** *res est pro subiecto*: CAES. civ. 2, 6, 4 -ataeque naves triremes duae navem Bruti. 2, 22, 3. VELL. 2, 27, 2 *res publica* Hannibalis . . . castra -ata.

cōnspicuitās, -ātis *f. a* conspicuus. CASSIOD. var. 6, 14, 2 iam erit de vestra conspicuitate (perspicuitate *codd. EF*) perlucidus.

cōnspicuo, -āre *a* conspicuus. PS. AVG. serm. 99, 4 fides ingenito splendore conspicuat.

ˣcōnspicuus, -a, -um [*cf. c.* conspicere. *Th.*]. GLOSS. περίβλεπτος, altus, eminens, pulcher, splendidissimus. -um ἐπίσημον, εὐπερίβλεπτον, καταφανές, quidquid inter ceteros denotatur. *inde a* MANCIA or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 *et* HOR. *singulis locis extat*: HOR. TIB. LIV. VELL. CELS. VAL. FL. SIL.

1 *quod conspici potest, oculis subiectum, visibile* (*opp. occultum*): HOR. carm. 3, 16, 19 late -um tollere verticem. OV. Pont. 3, 4, 22 impetus idem rebus ab auditis -isque venit. trist. 2, 54 per te praesentem -umque deum. 4, 10, 108 inter occultum stellae -umque polum. CELS. 7, 30, 3 ut omnia venarum quasi capitula -a sint. PHAEDR. 4, 6, 6 ut -um in proelio haberent signum (CVRT. 5, 2, 7). SEN. Thy. 126 Taygeti -as nives. nat. 7, 27, 5 quaedam eduxit a turba, ut singula et -a procederent. epist. 79, 10 excelsum cacumen et -um. CVRT. 9, 6, 1 undique -um tabernaculum. LVCAN. 4, 170 mutua -os habuerunt lumina voltus. 4, 492 in -a sociis hostique carina. PLIN. nat. 2, 42 *luna* in defectu -a. 2, 94 *sidus crinitum* omnibus e terris -um fuit. 2, 164. 6, 127 fonte -o in planitie (SOL. 37, 5). 11, 98 *pinnae* non ante matura pabula . . . -ae. 21, 178 imaginesque -as. 36, 76. FRONTIN. strat. 2, 1, 12 *ut* suis inlustrem et -um praeberet hostem. 2, 3, 14 ne fulgore earum *galearum* -i fierent. TAC. hist. 2, 42 noscentes inter se, ceteris -i . . . certabant. ann. 2, 20. 12, 37 Agrippinam haud procul alio suggestu -am. *al.* PLIN. epist. 6, 16, 12 nondum periculo appropinquante, -o tamen. APVL. met. 11, 4. PANEG. 5, 18 secura est . . . quamvis paene -is litoribus Hispania. AMM. 16, 12, 13 CLAVD. 5, 477 AVG. civ. 9, 21. c. Cresc. 2, 36, 45 ecclesia cunctis clara atque -a. SACR. Leon. p. 314 discipulis suis visu -us . . . apparuit.

2 *dignum quod conspiciatur, insigne, illustre sim.*: OV. epist. 15, 132 quidquid Lacedaemone tota ostendi dignum -umque

fuit. ars 3, 394 visite -is terna theatra locis. met. 8, 373 fratres ambo -i. fast. 1, 82 nova -um pondera sentit ebur. Pont. 3, 1, 56 nos quoque -os nostra ruina facit (LIV. 1, 34, 11 Romanis -um eum novitas divitiaeque faciebant. SEN. epist. 66, 8. SVET. Aug. 45 quod spectatorem ... demonstrasset digito -umque fecisset. CAPITOL. Maximin. 3, 6 hinc igitur factus -us inter milites clarus). trist. 5, 14, 24 -um virtus hic tua ponat opus. EPICED. Drusi 336 -umque decus. SEN. contr. 3 praef. 3 corporis magnitudo -a (PLIN. nat. 16, 234). VELL. 2, 35, 1 *virtutem* -am atque praenitentem. VAL. MAX. 2, 2, 3 -ae felicitatis. 4, 3, 4 fortitudinis. SEN. epist. 120, 5 species -i alicuius facti. COLVM. 3, 15, 1 purpura vel quolibet alio -o colore. 8, 2, 7 *gallinae* -ae propter insigne candoris (PLIN. nat. 15, 136). MART. epigr. 2, 5 -i venerabilis amphitheatri erigitur moles. IVV. 4, 54 quidquid -um pulchrumque est aequore toto. 4, 115 grande et -um nostro quoque tempore monstrum. 6, 374 -us longe cunctisque notabilis intrat balnea. 10, 125 -ae divina Philippica famae. TAC. dial. 36 -um et eminentem locum. hist. 1, 88 -a arma. 4, 4 pauci, quibus -a dignitas. 4, 42. FLOR. epit. 3, 2, 5. APVL. met. 11, 16 civitati notus ac -us (CAPITOL. Maximin. 3, 2 et notum se esse principi et inter multos -um). CYPR. GALL. gen. 58 -asque ... gemmas. 432 quia -o canderet corpore Sarra. TREB. Claud. 2, 2 quid enim in illo non mirabile? quid non -um? LACT. inst. 5, 15, 8 SYMM. epist. 1, 102. *nota*: ORIENT. comm. 2, 374 -us sed vix conspiciendus. *c. abl.*: MANCIA or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 vidi pari claritate -um Brutum. OV. am. 2, 11, 4 -am fulvo vellere vexit ovem. epist. 5, 139 fide -us Troiae munitor. medic. 20 -am gemmis vultis habere manum. met. 12, 467 Macedoniaque sarisa -us. Pont. 4, 7, 31 -us longe fulgentibus armis (CVRT. 4, 4, 11). trist. 3, 1, 34. MANIL. 4, 562 magnisque triumphis -um ... victorem. VAL. MAX. 2, 6, 7 caritate populi Romani praecipue -i. 3, 8 ext. 6 aquae liquore -us *Cydnus*. 5, 4, 2 duplici gloria -us. 5, 8, 3 severitate -a imago. 6, 9, 5 ext. 7, 1, 1 uxorem pudicitia et fecunditate -am. SEN. dial. 9, 1, 7 mensa non varietate macularum -a. 12, 11, 4 CVRT. 3, 3, 14. PLIN. nat. 3, 151 Diomedia *insula* -a monumento Diomedis. 8, 69 *camelopardalis* aspectu magis quam feritate -a. 9, 69 pisces ... squamis -i crebris. VAL. FL. 1, 253 -usque toris Tirynthius. SIL. 15, 433. STAT. Theb. 2, 407 ostro dives et auro -us. PS. QVINT. decl. 4, 16 modesta lenitate -us. TAC. hist. 2, 59 nullo principali paratu sed vetere egestate -us. 3, 17. 3, 29 -us manu ac voce. 4, 14 forma -i (APVL. met. 4, 28 filias forma -as. *al.*). ann. 14, 15. PLIN. epist. 3, 3, 1 inlustri laude -i. SVET. Aug. 72 *aedibus* neque laxitate neque cultu -is. APVL. met. 9, 22 lubrico genarum splendore -us. 10, 1. 30. CENS. 15, 4 honore sacerdotii ... -us. CAPITOL. Maximin. 2, 2 *al.* HIL. in Matth. 17, 2 AMM. 17, 9, 3. 27, 4, 8 *al.* CORP. IX 1596. X 4863. *pro substant.*: VAL. MAX. 5, 1, 8 proponatur in -o acies. 8, 15 pr. in -o posita quae cuique magnifica merito contigerint. 9, 5, 1. SEN. dial. 10, 20, 5 nemo in -o mortem habet. APVL. apol. 7 cuius *oris* in propatulo et -o usus homini creberrimus. PAVL. NOL. carm. 31, 246 muta fidem clamant, credite -is (*i. visis*).

synonyma: clarus, eminens, eximius, illustris, insignis, manifestus, notabilis, notus, perspicuus, praenitens, promptus, propatulus, pulcher, spectatus, sublimis, visibilis. *Spelthahn.*

cōnspīrātio, -ōnis *f. a* 2. conspirare. *legitur inde a* CIC.

1 *consensio, concordia, coniunctio, societas*; GLOSS. ὁμόνοια, συμπνοή, σύμπνοια, σύμπνευσις. consensio. CIC. Catil. 4, 22 *quae vis* ... tantam -em bonorum omnium confringere et labefactare possit. dom. 28 hanc nostram coniunctionem, hanc -em in republica bene gerenda, hanc ... societatem ... diremerunt. fin. 1, 65 quam magnos quantaque amoris -e consentientes tenuit amicorum greges. 5, 66 omnis haec quam dico -o consensusque virtutum. off. 2, 16 ut magnas utilitates adipiscimur -e hominum atque consensu. epist. 10, 10, 2 omnium gentium consensum et incredibilem -em. LENT. Cic. epist. 12, 15, 3 hanc concordiam et -em omnium ordinum. QVINT. inst. 12, 1, 14 quae mihi quasi -e quadam vulgi reclamari videntur. TAC. Agr. 27 quominus ... coetibus ac sacrificiis -em civitatum sanciret. SVET. Iul. 15 impar optimatium -i. FLOR. epit. 3, 16, 4 tum vero iam -e senatus, ipso quoque iam Mario consule ... adverso. TERT. spect. 25 ipsa consensio, ipsa in favoribus aut -o aut dissensio inter se de commercio scintillas libidinum conflabellant. adv. Marc. 2, 12 societas et -o bonitatis atque iustitiae. 4, 30 ad parabolae -em. IVL. VAL. 1, 25 si quidem multitudini nec facilis sui apud omnes singula dinoscentia atque etiam difficilis vel -o. 2, 30. LACT. inst. 6, 6, 15 improbi et numero et -e sunt potentiores quam boni. IVST. 34, 1, 1 soli ... Achaei nimis potentes tunc temporis Romanis videbantur ... propter -em universarum *civitatium*. NOVELL. Valent. 9, 1 nostrasque provincias ... fideli -e et iuncto umbone tueantur. AMM. 14, 1, 6 id observantes -e concordi. 24, 5, 11. 26, 9, 3 cui pertinaci -e multorum ... resistebatur. ZACCH. 1, 20 hanc elementorum -em. 1, 25 in hanc mundi formam mirabili -e sociata *elementa*. AVELL. p. 13, 19 pari virtute et simili -e. SALV. gub. 4, 6 tanto consensu omnes peccata sequimur, quasi summi consilii -e peccemus. BOETH. herm. pr. 1, 9 p. 104, 8. 10 Fabii contra Veientes privata -e progressi sunt. ENNOD. epist. 2, 9 p. 49, 5 his (*remis*) non eget, cui secundam navigationem fecit -o devota ventorum. GREG. TVR. Franc. 2, 1 insurgunt contra eum in una -e. NOVELL. Iust. 115, 3, 14 patriarchae una -e (συμπνοίᾳ) et concordia fidem rectissimam praedicare noscuntur. *nota i. q. concentus*: COLVM. 12, 2, 4 ubi certis numeris ac pedibus velut facta -e consensit atque concinuit *chorus canentium*. AMM. 16, 12, 34 fremitus ... auditus est unanimi -e vociferantium. *de verborum coniunctione*: DIOM. gramm. I 403, 22 adverbium dicitur ideo, quoniam ad verbi tendit in eadem sententia -em. *i. q. collectio*: ISID. ord. creat. 6, 2 pluviarum aut imbrium humidas -es. 9, 11 ex altissimarum nubium fluida -e.

synonyma et iuxta posita: *ad IA1a*: minuere, obsidere, opprimere; *ad b*: incendere, redigere in favillam, exurere; *ad c/d*: conficere, perimere, exhaurire; *ad 2*: detrectare. *passive*: *ad 1a*: intercidere, perire, sensim subsidere, pertransire (VVLG. Iob 7, 9), cadere, deficere; *ad b*: flammam concipere; *ad c/d*: interire. *ad BI1*: confringere, delere, perdere; deprimere, defigere, perfigere; adfligere, ferire (VVLG. num. 14, 12), interimere, occidere, frangere, enecare. *pass.* perire, vitam finire, consummari (PASS. Petr. Paul. long. 58). *ad 2*: gravari (DRAC. laud. dei 3, 598). *ad II*: absumere, desumere, exhaurire, exedere, atterere; conspissare (ORIBAS. syn. 1, 14). *ad III*: destruere, extenuare. *ad C*: imminuere, conficere, purgare, detrahere (HIL. in Matth. 12, 13). *pass.* diffusum perire, intercipi. *ad IIA2a*: in usum suum vertere, minuere; amovere, corrumpere, celare, intervertere, adimere, comedere, vendere (venire), donare, amovere. *ad b*: sumere, perdere, prodigere, dilapidare (EVGRAPH. Ter. Phorm. 898), abligurrire (*ibid.* Eun. 258), effundere; conterere. *ad 3*: devorare, comedere, mandare, vesci; interficere, arripere; divellere, comminuere, pasci, cenare. *ad B1*: exhaurire; *ad 2a*: detinere. *ad 4*: peragere. *pass.*: *ad B*: transire, ire. *ad IIIB1*: exigere, referre (CIC. ad Brut. 1, 18, 1). *ad 2*: sumere.

opposita: *ad IA1*: conservare, nutrire (PROB. Verg. ecl. 6, 31). *pass.*: regigni (LVCR. 5, 244), extare, permanere. *ad BI1*: exuere (SEN. epist. 24, 18), perficere, curare; in colonias distribuere (IVST. 12, 5, 8), victitare (AMM. 26, 10, 14). *pass. ad I1*: sententiam pati (VLP. dig. 38, 3, 6, 6). *ad 2*: extolli, cedere. *ad II*: profundere, rapere, minuere. *ad III*: dispergere, subicere, vincere. *ad IV*: dare. *ad C*: adsumere (AVG. civ. 11, 2); excitare (SEN. epist. 91, 13). *ad IIA2a*: augere, dare, extare; dissipare; retinere. *ad b*: mutuari, dare, accipere, conducere, adipisci, deminuere. *ad 3a*: vendere, superfieri. *ad B2a*: vacare (QVINT. inst. 9, 4, 113). *ad IIIA*: dare; *ad B*: inducere (RHET. Her. 2, 27, 43).

derivata: consumptibilis, consumptio, consumptor. *composita*: perconsumo, praeconsumo.

cōnsūmptibilis, -e *a* consumere, consumptus. *i. qui deleri potest*: CASSIOD. anim. 3 p. 1288ᴬ cuncta caelestia flammeo referunt vigore constare, non isto fumeo, -i et temporali, sed ex tranquillo, nutritore atque immortali. *i. qui delet*: IREN. 2, 12, 5 impossibile est autem Logo praesente Sigen esse, aut *contra*. haec enim consum⟨p⟩tibilia sunt invicem (*videtur subesse* ἀναλωτικά *male interpretatum*).

cōnsūmptio, -ōnis *f. a* consumere. *legitur inde a* RHET. Her. (*? cf. l. 54*) CIC.; *non apud poetas, frequentissime* ECCL. *pluralem numerum non legi.*

A *de actu adhibendi*: RHET. Her. 4, 22, 32 quod non haec *genera exornationum* videntur reperiri posse sine elaboratione et -e (*sic d*, sumptione *cet.*; *tot. loc. om. M*) operae. **B** *de actu exhauriendi*: CIC. Tim. 18 se ipse *mundus* -e et senio (PLATO p. 33ᶜ φθίσις) alebat sui. LEO M. serm. 28, 5 quae (*substantia*) utique finiri nisi aut -e aut separatione non posset. *cf. p. 614, 6.* **C** *de actu perdendi*: **1** *rerum incorporearum*: PRISC. gramm. II 58, 23 quae (*qualitas vel quantitas*) augeri vel minui sine substantiae -e possunt. VVLG. IV reg. 13, 19 percussisses Syriam usque ad -em (ἕως συντελείας). AVG. in euang. Ioh. 41, 12 quae est perfectio boni, nisi -o et finis mali? (*ibid. saepius*). FVLG. myth. 2, 11 invidia mundanae gloriae -o (φθαρσία). **2** *animalium, praesertim hominis*: **a** *generatim*: *hominis ipsius*: VVLG. II Esdr. 9, 31 non fecisti eos in -em (συντέλειαν). Iob 30, 24. AVG. in psalm. 36 serm. 1, 11 quid illic futurum sit eis, utrum omnino -o an dolor et cruciatus. quaest. hept. 4, 94 p. 312, 20 ut ad istam -em (*NTbd*, consummationem *al.*) illi pertineant, qui gladio cadent. *corporis, virium, vitae*: CHIRON 148 totius corporis coactio (calestio *cod.*) i. e. -o nascitur. CASS. FEL. 40 p. 90, 19 sequitur ... totius corporis defluxio vel cum nimia macie virium -o. AVG. civ. 13, 10 p. 568, 5 si enim non est in vita *homo*, quid est quod detrahitur, donec eius fiat perfecta -o? *qualitatum*: AVG. c. Iul. 6, 23, 70 ad victoriam usque ad -em eorundem hostium (*concupiscentiarum*) capessendam. **b** *speciatim de morte*: AVG. civ. 17, 12 p. 232 'exprobraverunt commutationem Christi tui' (*psalm. 88, 52*), non eam putantes commutationem esse, sed -em. 21, 9 p. 509 posse animalia etiam in ignibus vivere, in exustione sine -e, in dolore sine morte. **3** *rerum corporearum*: PS. RVFIN. in Ioel 1, 15—18 p. 1041ᴮ et ipsi perniciem depasti montes et -o viroris indicent. SEDVL. op. pasch. 2, 12 p. 212, 14 ignis metalla sordium -e clarificat. IVNIL. 2, 24 -o Hierusalem ac templi Iudaici. **4** *absolute*: VVLG. Sirach 31, 5 qui insequitur

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-em (*διαφθοράν*) replebitur ex ea. Is. 41, 12 erunt, quasi non sint, et veluti -o (כְאֶפֶס, *gr. aliter*). Ezech. 13, 13 erumpere faciam ... lapides grandes in ira in -em (*συντέλειαν*). AVG. in psalm. 4, 1 hic enim finis perfectionem significat, non -em. 54, 1 (*opp.* consummatio; *cf.* Ps. PRIMAS. in I Cor. 15 p. 548^B). 58 serm. 2, 6 illa ira -is est, non consummationis.

syn. et iuxta posita: senium, finis; coactio, defluxio; mors. *opp.* separatio; perfectio; dolor, cruciatus; commutatio; consummatio.

cōnsūmptor, -ōris *m. a* consumere. 1 *generatim*: *is qui delet*: CIC. nat. deor. 2, 41 hic noster ignis ... confector est et -r omnium. AMBR. hex. 2, 3, 14 ignis omnis -r umoris est. PAVL. NOL. carm. 31, 281 quia consumptus simul et -r in uno telluris gremio morte ferente cadunt. 2 *speciatim*: *is qui devorat vel dissipat*: GLOSS. V 551, 55 edulus -r, comestor, vorator (*cf.* 452, 49. 497, 57. 568, 4). PAVL. FEST. p. 120, 18 lurcones ... bonorum suorum -es. SEN. contr. exc. 3, 1. CHAR. gramm. I 156, 11 (= DIOM. gramm. I 322, 35) significat enim nepos ... rei avitae -em. *cf.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 538, 11 dicitur et -r nepos, qui avorum et parentum devorat terram. AVG. epist. 185, 15 -em apothecarum. DIFF. ed. Beck p. 74, 13 -es patrimoniorum prodigi dicuntur. *fem.* **cōnsūmptrīx,** -īcis: *ea quae devorat*: SERV. Aen. 6, 395 Cerberus terra est i. e. -x omnium corporum. MYTHOGR. 1, 57. 2, 149. EVGIPP. Sev. 12, 1 locustae frugum -es.

cōnsūmptōrius, -a, -um *a* consumptor. *is qui delet*: VEREC. in cant. 2, 22 *verbum deut. 32, 22* de -o igne potest intellegi, qui universa combusturus est elementa. CASSIOD. in psalm. 65, 10 iste ignis non -us, sed purgatorius est. *Elsperger.*

cōnsuo, -uī, -ūtum, -ere *a* con *et* suere. CHAR. gramm. I 244, 29 consuo, -is, -i. *formae vulgares in* GLOSS. *traditae*: cossuo, cumsuo, cumsuisti; cuso, cusit, cusire (*cf.* IV 323, 59 -ere cusire. 327, 8 cusire -ere. V 595, 3. *cf. l. 34 et 71*). ISID. diff. 1, 102 -ere vestium, suere codicum, assuere coriorum. GLOSS. *συρράπτω, περιράπτω, καταράπτω, ῥάπτω* (*cf.* DIOM. gramm. I 484, 14 *l. 47*). *legitur inde a* PLAVTO. [*rum.* coasere, *it.* cucire, *francog.* coudre, *hisp.* coser. *M.-L.*]

suendo conectere, proprie et in imagine: VVLG. eccles. 3, 7 tempus scindendi et tempus -endi (*ῥῆξαι — ῥάψαι*). *aliquid*: PLAVT. Amph. 368 (*v. l. 74*) tunicis -utis (VARRO ling. 9, 79 si quis tunicam in usu ita -it, ut alter plagula sit angustis clavis, altera latis. PAVL. FEST. p. 20 aclassis tunica ab humeris non -uta. HIER. epist. 22, 19 -ant tunicas, qui inconsutam desursum tunicam perdiderunt. VEN. FORT. vita Leob. 20, 66 cum tunicam ... causa -endi accepisset et de novo filo resarciens refecisset). VITR. 10, 14, 3 recentibus percrudibus coriis duplicibus -utis. SEN. epist. 47, 4 (= MACR. sat. 1, 11, 15) quorum *servorum* os non -batur (*in imagine, i. tacere iussi*). IVV. 3, 150 si -uto vulnere (*i. scissura calcei, cf. l. 56*) crassum atque recens linum ostendit non una cicatrix. DIOM. gramm. I 484, 14 *rhapsodia* dicta *παρὰ τὸ ῥάπτειν*, quod versus in unum volumen velut -antur et comprehendantur. VLP. dig. 32, 52, 5 membranae nondum -utae. HIER. epist. 64, 10 haec feminalia de bysso ... contexi et postquam incisa fuerint, acu -ui. 97, 2 quid maledictorum pannos hinc inde -uis? hom. Orig. in Ezech. 7 p. 945 qui scripturas lacerant et a verbis verba disrumpunt -entes ea et commenticia dogmata componentes. VVLG. gen. 3, 7 -erunt folia ficus (*ἔρραψαν*; *cf.* AVG. civ. 14, 17). Ios. 9, 4 utres vinarios scissos atque -utos (*ἀποδεδεμένους*; *cf.* CYPR. GALL. Ios. 302 -uti multo cum vulnere folles). 9, 5 calceamenta ... pittaciis -uta (*καταπεπελματωμένα*). Iob 16, 16 saccum. Ezech. 13, 18 vae, quae -unt (*ταῖς συρραπτούσαις*) pulvillos sub omni cubitu manus (HIER. in Ier. 23, 28 p. 1006 cervicalia. in Abd. 13 p. 376 in Gal. 1, 11 p. 386). 16, 16 fecisti tibi excelsa hinc inde -uta (*εἴδωλα ῥαπτά*. HIER. *ad l.* p. 161 significat diversos pannos hinc inde -utos et instar emplastri factum idolum quasi *πολύρραφον* vestimentum). CYPR. GALL. gen. 131 evulsas pecudum de frigore pelles. AVG. gen. ad litt. 11, 32 p. 366, 20 succinctoria -erunt *primi parentes*. serm. 51, 1 rumpunt ea quae -erunt. Ps. AVG. serm. 300, 4 dissuta -ere, conscissa sarcire. APIC. 6, 233. 7, 262. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 260^D sportellam -endo (*καταρράπτων*. 13 p. 290^A. II 5 p. 350^D). *apud medicos*: CAEL. AVR. acut. 3, 17, 165 dividendum etiam intestinum rectum atque detracto stercore -endum. CHIRON 542 iumento li(n)gua incisa fuerit, -ito li(n)gua(m) fibulis (cocito *cod.*; *cf. Heraeus, Archiv 14, 122. locis geminis* PELAGON. 66 -ito. VEG. mulom. 2, 31 cum fibulis -ito). 704 eum locum fibulis -ito.

iculariter: PLAVT. Amph. 367 ne tu istic hodie malo tuo compositis mendaciis advenisti ... -utis dolis. :: immo equidem tunicis -utis huc advenio, non dolis (Pseud. 540 quid si ... de compecto faciunt -utis dolis. *cf.* EVGRAPH. Ter. Andr. 912 p. 211, 34 eorum animos lactas: hoc est enim lactare quasi -uto nutrimento decipere). PLAVT. Pseud. 353 nempe *iuravisti* conceptis verbis? :: etiam -utis quoque.

c. dat.: VLP. dig. 34, 2, 19, 5 etsi non clavi *aurei* vestimentis -uti, tamen veste legata contineri. *c. praepos.* de: HIER. epist. 29, 6 pulvillus de caprarum pelle -utus. ex: HIER. epist. 51, 5 ut conficeret pelles animalium et -ret ex eis tunicas pelliceas Adam et Evae. *nota c. abl.*: PLIN. nat. 35, 4 inter haec (*i. dum imaginum picturam neglegunt*) pinacothecas veteribus tabulis -unt.

subst. n. **cōnsūtum,** -ī: GLOSS. *συνερραμμένον, ῥεραμμένον*. GAIVS inst. 3, 193 *licium* -i genus esse quo necessariae partes tegerentur. PALLAD. hist. mon. II 8 p. 353^A indumentum habens quasi militis -um (*gr. p. 41, 3 Butl. σχῆμα ἔχων στρατιώτου ῥακοδυτοῦντος*).

oppos.: dissuere, dividere, rumpere, disrumpere; scindere.

derivata: consutilis, consutio, consutor. *compos.*: inconsutus.

cōnsupplicātrīx, -īcis *f.* [*a* con *et* supplicare; *cf. c.* supplicator. *Th.*]. CORP. I 1155 (= X 6518) Paul(la) Toutia M. f. et consuplicatrices. VARRO ling. 7, 66 Claudius scribit axitiosas demonstrari -es, ab agendo axitiosas. *cf.* GLOSS. V 440, 27 (561, 19) axitiosae consolatrices (conciliatrices *Löwe*, consupplicatrices *vel* conspiratrices *Ott*).

cōnsūra *v.* censura.

×cōnsurgo, -surrēxī, -surrēctum, -ere *a* con *et* surgere. GLOSS. *συνεγείρομαι*. HIER. in Nah. 1, 8 p. 542 Aquila, *ἀπὸ ἀνισταμένων*, inquit, id est a -entibus. DIFF. gramm. suppl. 289, 15 surgo ⟨...⟩, exsurgo de lecto, resurgo a morte, -o cum aliis, insurgo in alios. *legitur inde a* VARRONE *et* CIC., *deest* SALL. NEP. HOR. TIB. VELL. MART. FRONTONI.

I *proprie*: *assurgere, se erigere a sedendo, iacendo*: **A** *de personis*: **1** *generatim*: VARRO rust. 1, 69, 2 omnes -imus. 3, 17, 1. CIC. Verr. 3, 208 cur non in media oratione mea -itis atque disceditis? ad Q. fr. 3, 22 hic ... -xit senatus cum clamore. epist. 4, 4, 3. CATVLL. 62, 1 iuvenes, -ite. 62, 7 -ite contra, *innuptae*. LVCR. 3, 504 tum quasi vaccillans -it. CAES. Gall. 5, 31, 1. 6, 23, 7. civ. 3, 98, 2 consolatus -ere iussit *proiectos ad terram*. VERG. Aen. 5, 207 -unt nautae. 5, 450 -unt studiis Teucri et Trinacria pubes. 8, 457. 12, 928. Ov. epist. 20, 167 pudet in tristi laetum -ere turba. met. 7, 570 LIV. 2, 50, 6. 3, 71, 3. 8, 8, 12 triarii (8, 9, 14. 8, 10, 2 an -endi iam triariis tempus esset. 8, 10, 4 *al.*). 26, 15, 11 (*opp.* residere). 28, 2, 6 subsidunt Hispani ..., inde ad mittenda ipsi -unt. 32, 22, 9 *al.* SEN. suas. 6, 27. VAL. MAX. 2, 10 ext. 2 universi iudices -erunt. CELS. 3, 18 p. 98 alii *phrenetici* -unt et violenter quaedam manu faciunt. 3, 23 p. 113 per se ipse -it. 5, 26, 9 sine ratione. SEN. nat. 7, 1, 1 nemo usque eo ... demissus in terram est, ut ad divina non erigatur ac tota mente -at. VAL. FL. 1, 387 Herculeo -it ab ordine Tydeus. SIL. 9, 450. STAT. Theb. 3, 605 *Capaneus* inter et Aetnaeos aequus -ere fratres (*i. dignus qui cum Cyclopibus vivat*). QVINT. inst. 11, 3, 156 leniter -endum (*de oratore, cf.* TAC. dial. 6 SVET. rhet. 30). FRONTIN. strat. 2, 3, 14 *al.* APVL. met. 2, 24 (*? cf. Leo, Archiv 12, 96*). *nota* CLAVD. 28, 544 quantum licuit -ere tectis (*i. alte stare in tectis*), una replet turbae facies. **2** *speciatim*: *de cenantibus*: VARRO Men. 144 saturis auribus scolica dape ... -imus ieiunis oculis. VERG. Aen. 8, 110 cunctique relictis -unt mensis. Ov. epist. 12, 51 maesti -itis omnes. LIV. 38, 57, 5 senatum ... in Capitolio cenantem -isse. VAL. MAX. 2, 1, 9 CVRT. 8, 1, 44. PETRON. 60 -ximus altius. 72 nudisque -xit pedibus. STAT. silv. 4, 2, 6 domina (*i. Caesaris*) ... -ere mensa. TAC. ann. 13, 46. *ad reverentiam*: CIC. Verr. 5, 138 honorifice sane -itur. Cato 63 -isse omnes illi (*Lacedaemonii*) dicuntur et senem sessum recepisse. VVLG. lev. 19, 32 coram cano capite -e et honora personam senis. *de dormientibus*: Ov. epist. 15, 47 territa -it *mater* (fast. 1, 435 territa -it nymphe). fast. 3, 25 PETRON. 86. 131. PELAG. in Rom. 13 p. 706^A de somno inertiae ... -amus (*syn.* surgere). VVLG. gen. 19, 27 -ens mane. 20, 8 de nocte *al.* *de morbidis*: HIER. in Is. 38, 9 p. 470 *Ezechias* de infirmitate -ens (*ἀνέστη ἐκ*, VVLG. cum ... convaluisset de i. sua). *adde in prosopopoeia de membro languido*: Ov. am. 3, 7, 75 nullas -ere posse per artes *membrum*. *de mortuis i. q. una resurgere*: ITALA Col. 3, 1 (Cypr. testim. 3, 11 zel. 14) si -istis Christo (*συνηγέρθητε*, VVLG. cum Christo; *Cypr. codd. A B. Amiat. et Fuld.* conresurrexistis Chr.). HIER. epist. 22, 39 qui commortuus est domino suo et -xit. 64, 7 si -ximus cum Christo. IVVENC. 4, 322 carum iuvenem (*Lazarum*) faciam -ere rursus. *cf.* LVCAN. 1, 580 e medio visi -ere campo ... Sullani ... manes (*i. Sullae*). *iuncturae*: *seq.* in *c. acc.* (*cf. p. 621, 8*): CIC. Cluent. 75 -itur in consilium. VERG. Aen. 9, 746 sublatum alte -it in ensem *Turnus* (12, 729. *cf.* LIV. 8, 7, 10 cum prior ad iterandum ictum Manlius -isset. SIL. 16, 585). PHAEDR. 5, 7, 28 in plausus -ctum est. VAL. FL. 1, 362 hic et Naubolides tortas -it in undas Iphitus. SIL. 2, 193 in ipsos adversus -it equos. HOMER. 610 acrius in pugnam, rursus -it in hostem Priamides. 912. PLIN. paneg. 54 in venerationem tui theatra ipsa -ent. AMM. 27, 6, 15 -ctum est post haec ⟨in⟩ laudes maioris principis et novelli. *seq.* ad (*cf. p. 621, 5 sq.*): SEN. dial. 5, 42, 3 quid ... ad frangendum fragiles -imus. epist. 115, 15 totus populus ad eiciendum actorem ... -xit. CVRT. 6, 11, 11. IVV. 6, 507 levis erecta -it ad oscula planta *parva mulier* (= CYPR. GALL. iud. 445). PLIN. epist. 4, 9, 18 ad censendum. *seq.* ex (*cf. supra l. 62 p. 621, 7*): CAES. Gall. 5, 31, 1 -itur ex consilio. civ. 3, 37, 5 subito illi *equites* ex insidiis -erunt (LIV. 2, 50, 6 [2, 11, 8 concurrit *cod.*]. VVLG. Ios. 8, 7 -etis de insidiis). LIV. 10, 4, 11 -ctum repente ex latebris est. de: VVLG. Ier. 37, 9 de tentorio. ab: LIV. 27, 27, 4 quibus obviis ab iugo ipso -endum erat. LVCAN. 10, 287 medio -is ab axe, *Nile*, ausus in ardentem ripas attollere Cancrum. 10, 298. VAL. FL. 5, 91 ab aequorei -ens aggere busti *Sthenelus*. STAT. Theb. 6, 753 quantus Tityos Stygiis -at ab arvis. *seq. ablativus*: VERG. Aen. 10, 298 socii -ere tonsis. PANEG. in Mess. 74 si sublimis fluctu -ret imo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Vlixes (STAT. silv. 1, 2, 117 fluctibus). OV. met. 7, 344 toro (LVCAN. 5, 520). LVCAN. 2, 481 ut procul immensam campo -ere nubem (*sc. exercitum hostium*) . . . conspexit. VAL. FL. 2, 478 ponto. SIL. 13, 421 stratis.

B *de bestiis*: SEN. dial. 4, 14, 1 tarde -entes ad cursum equos . . . excitamus. PLIN. nat. 8, 43 totaque vi -it *leo* ad poenam. FRONTIN. strat. 1, 2, 7 avium multitudinem . . . ex silva -isse. SOL. 27, 29 amphisbaena *serpens* -it in caput geminum. HIER. in Ion. 4, 6 p. 427 *locusta* animal parvum infirmas habens alas, de terra quidem -ens, sed altius non valens avolare.

C *de rebus corporeis*: LVCR. 2, 1111 unde . . . -ret aer. 4, 928 ut ex igni caeco -ere flamma. 6, 474 ad nubes augendas multa videntur posse quoque e salso -ere momine ponti. 6, 498. 885. 1021 nec ipsa *corpora* sponte sua sursum possunt -ere in auras. VERG. Aen. 5, 20 vespere ab atro -unt venti (AETNA 307 principiis aliis credas -ere ventos. PLIN. nat. 2, 114 alios *ventos* e terra -ere. VAL. FL. 1, 625. HIER. epist. 98, 19 ex omni parte ventorum flabra -entia). VERG. Aen. 5, 120 terno -unt ordine remi. 7, 530 paulatim sese tollit mare, et altius undas erigit, inde imo -it ad aethera fundo (CVLEX 350 iam maris unda sideribus [*i. ad sidera*] certat -ere. ALBINOV. carm. frg. v. 7 nunc . . . oceanum . . . ratibus -ere prensis. SEN. Herc. f. 551 -unt tumidis fluctibus aequora. Phaedr. 1015 -it ingens pontus in vastum aggerem. PETRON. 89, 30 tumida -unt freta. QVINT. decl. 388 p. 436, 28. PANEG. 5, 6 oceanus tanta mole -ens. AVIEN. orb. terr. 191 non aliud tanta -it mole profundum *quanta mare Aegeum*. AMM. 26, 10, 17 marini fremitus . . . -unt). SEN. nat. 7, 6, 2 potest enim spiritus . . . iterum proximo die ac sequentibus -ere (*opp.* remitti). AVIEN. Arat. 1422 si maior protinus umor -xit humo. 1856 crasso -ere nubila caelo. HIER. tract. in psalm. I p. 139, 10 statim tempestas, statim hiemps, statim pluvia -it. VVLG. cant. 6, 9 quasi aurora -ens. Ezech. 8, 11 vapor nebulae de ture -bat CLAVD. 8, 216 si . . . barbarus Arsacio -ret ore tiaras. 28, 197 inque novem -ens ora Timavus. carm. min. 30, 3 solitam -ere gemmis . . . comam. *de montibus, urbibus, aedificiis, sim.*: PROP. 4, 1, 125 qua . . . scandentisque Asis⟨i⟩ -it vertice murus. OV. met. 15, 431 nunc quoque Dardaniam fama est -ere Romam. MANIL. 2, 782 tunc demum -it opus. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 praevalidis manibus exhausta moenia pulchrioribus manibus -unt. MELA 2, 89 ut gradus subinde -unt *cautes*. 3, 101 mons Atlas, de se -ens. LVCAN. 9, 339 terraque saepit *naves* obvia -ens (*i. harena*). PLIN. nat. 3, 60 dein -unt Massici . . . montes. VAL. FL. 5, 155 in gelidas -ens Caucasus arctos. SIL. 2, 446 eminet excelso -ens colle Saguntos. 6, 684 geminas medio -ere fluctu Aegates. 10, 526 armorumque iubet -ere acervos. 13, 277. TAC. ann. 14, 21 cum immenso sumptu singulos per annos -ret ac destrueretur *theatrum*. SOL. 44, 1 Paphlagonia . . . -it Cytoro monte. PANEG. 4, 15. 5, 21 civitas Aeduorum . . . extructione veterum domorum et refectione operum publicorum . . . -it. 7, 22. IVL. VAL. 1, 28 sepulchrum draconi -it. NON. p. 92 quibus *lapidibus* aedificia -unt. AVIEN. orb. terr. 111 dorso -it Hiberica Calpe. 251 hinc ardua Taurus in iuga -it. 288 moenia -unt Tyriae Carthaginis *al.* AMM. 16, 10, 14. 16, 11, 14. 20, 11, 12 aggerum moles incrementis celeribus -bant. 21, 10, 3 mons. 22, 8, 46 Pontus . . . -it in brevia dorsuosa. 29, 6, 3. HIER. epist. 46, 2 ecclesiam Christi non in Israel, sed in gentibus -entem (*in imagine*). PELAG. in I Cor. 3 p. 725[B] quam fortia et recta parietum latera -ant. VVLG. Iob 8, 15 fulciet eam *domum* et non -et. RVFIN. Orig. in gen. 2 p. 162[B] *arcam* quattuor angulis ex imo -entem. Orig. in cant. 4 p. 197[A] -ere muros euangelii (*in imagine*). AVG. civ. 15, 26 ut ab imo sursum versus tertia -ret habitatio. 18, 23 ut ex lato in altum figura -at. *de situ*: LVCAN. 3, 379 proxima pars urbis celsam -it in arcem par tumulo. PLIN. epist. 5, 6, 14 *villa* ita leniter et sensim clivo fallente -it, ut, cum ascendere te non putes, sentias ascendisse. *accedit indicatio altitudinis*: GRATT. 32 bis vicenos spatium praetendere passus rete velim plenisque decem -ere nodis. COLVM. 7, 9, 13 ut limen earum (*hararum*) in tantam altitudinem -at. 11, 3, 10 ut in quattuor *pedes* -at regestum. SOL. 38, 12 ubi in excelsissimam -it altitudinem *Taurus*, Caucasus *nominatur*. 32, 15 maximos eius (*Nili*) exitus cubitis duodeviginti -ere. AMM. 17, 4, 7 obeliscus ad proceritatem -ens excelsam. 24, 2, 12 cuius *arcis* medietas in sublime -ens. *de flexione orbis*: VERG. georg. 1, 241 mundus ut ad Scythiam . . . arduus -it, premitur Libyae devexus in austros. MANIL. 1, 275 qui fulgentis caelo -it ad arctos . . . axis. *lineae*: CELS. 8, 1 p. 327 radius in caput cartilaginosum -ens in vertice sinuatur. *de arboribus, sim.*: VERG. Aen. 9, 678 quales aeriae . . . -unt geminae quercus. OV. met. 7, 129 ubi visceribus gravidae telluris imago effecta est hominis, feto -it in arvo (*vir e dentibus draconis*). COLVM. 3, 11, 5 haec *genera* solent fortia et laeta et gravida fructu -ere. 3, 13, 4 vitis. 4, 1, 5 *al.* LVCAN. 3, 419. AVIEN. orb. terr. 1080 altae pinus. HIER. in Ion. 4, 6 p. 426. VVLG. num. 24, 17 -et virga de Israel. PS. RVFIN. in Am. 7, 1—3 in culmos spicasque -rent *semina*. CYPR. GALL. gen. 13 florea ventosis -unt germina campis. *adde* SEN. Oed. 360 en capita paribus bina -unt toris *iecoris*. *de sideribus, i. q. oriri*: MANIL. 1, 310 mixta ex diversis -unt viribus astra. 1, 495 dispositis vicibus -ere signa. 1, 634. 3, 293. 306. 320. 342. 4, 415 omnia mixtis viribus et vario -unt sidera textu. 5, 38 *al.* GERM. frg. 4, 130. SEN. epist. 107, 8 pars caeli -it, pars mergitur. PLIN. nat. 2, 81 APVL. mund. 29. AVIEN. Arat. 272. 548 *piscium* alius rigida -it in aera forma celsior *al.*

II ***translate*:** **A** *de personis rebusve personatis*: *animo erigi, augeri, ascendere*: OV. Pont. 3, 3, 31 nec me Maeonio -ere carmine . . . passus es (*i. poetam fieri epicum*). SEN. Ag. 868 anime, -e et cape pretium furoris. dial. 6, 2, 4 non ausa -ere, sed allevari recusans *Octavia maesta* (*cf.* PANEG. 8, 11 sicut aegra corpora . . . sanantur, ita nos nimia mole depressi levato onere -imus). 11, 1, 1 plus habiturum me auctoritatis . . . ad excitandam te, si prior ipse -issem. PS. QVINT. decl. 18, 9 in matris aspectu coalescit infantia, pueritia -it, iuventa surrepit. COMM. instr. 2, 1, 12 seu certe sanctorum chorus prophetarum ad illam -re⟨t⟩ plebem. VVLG. Dan. 8, 22 quattuor reges de gente eius -ent. Am. 7, 9 -am super domum Ieroboam in gladio. *seq.* ad: LIV. 10, 13, 7 ad suam gloriam -entes alios. VAL. MAX. 3, 3 ext. 7 ut et humili loco nati ad summam dignitatem -ant. 6, 4, 1 Italiam ad ius civitatis nobiscum exaequandum -ere passae non sunt *Torquati minae*. STAT. silv. 1, 2, 262 nitidum -at ad aethera tellus Eubois (*i. Neapolis*) et pulchra tumeat Sebethus alumna. AMM. 16, 4, 5 sublato animo ad exequenda plurima -bat. 20, 11, 5 ad eius exitium. 27, 9, 4. HIER. epist. 120, 12 in tropologia de littera ad maiora -imus. VVLG. Dan. 11, 15 et -ent electi eius ad resistendum. *seq.* in *c. acc.*: VERG. Aen. 10, 90 -ere in arma (AMM. 17, 12, 12). OV. trist. 4, 3, 71 magis in curam nostri -e tuendi. VAL. FL. 1, 673 truces -ere in iras (*cf* COMM. apol. 849 incenduntque *Iudaei* prius senatum -ere in ira). PS. QVINT. decl. 4, 16 in populi -et imperium. IVST. 12, 15, 11 omnes in aemulationem -unt. AMM. 14, 2, 17 in certamen alacriter. 17, 13, 13 in perniciem illorum. 24, 1, 12 in favores principis. *speciatim hostili animo insurgere*: LIV. 10, 13, 4 suis sociorumque viribus -ere hostes ad bellum (33, 19, 7 Hispania . . . magno tumultu ad bellum -xit. LACT. epit. 56, 4 inde [*ex ira*] ad immania facinora prosilitur, inde ad caedes, inde ad bella -itur. *cf.* 58, 8 non modo in convicia, sed etiam in rixas et proelia et contentiones). LIV. 33, 21, 8 oppida . . . ad finitimorum motus -ura. SEN. Herc. O. 318 Graiorum in istos terra -et lares. clem. 1, 26, 1 aliquando sua praesidia in ipsos -erunt. epist. 91, 9 -amus itaque adversus fortuita. LVCAN. 1, 692. QVINT. decl. 348 p. 371, 13 quanta vi adversus me inimici -issent. 355 p. 386, 17. FRONTIN. strat. 1, 9, 4 ut in perniciem quoque ducis viderentur -urae *legiones*. TAC. hist. 3, 1. SVET. Iul. 9 ut simul foris ille, ipse Romae ad res novas -rent (AMM. 17, 14, 3. 28, 3, 4). FLOR. epit. 1, 18, 6 cum tot simul populi pro Tarentinis -rent. 2, 17, 3. 3, 18, 5. 3, 20, 12. ITALA exod. 32, 1 (Lugd.) -xit populus in Aron (συνέστη, VVLG. congregatus). ARNOB. nat. 1, 20 ut . . . concitati in ultionem -atis illorum. IVST. 38, 4, 13 universam Italiam bello Marsico -isse. ANON. Vales. 14, 81 -entes ad synagogas mox eas incenderunt. HIER. epist. 54, 2 -ent proceres adversus epistulam meam. VVLG. gen. 4, 8 -xit Cain adversus fratrem suum. num. 14, 35 *al.* *in prosopopoeia*: AMM. 26, 7, 16 pro ignotis tot suorum -isse mucrones. *nota*: in *aliquem i. q. animadvertere*: COD. Theod. 8, 5, 1 (*a. 315*) si eius fuerit dignitatis ut nequaquam in eum deceat tali vigore -ere. 9, 40, 14 (*a. 385*) etiam in absentes pro competenti ultione debere -i. AMM. 25, 4, 9 eum in . . . insidiatores ita -isse mitissime.

B *de rebus*: *i. q. exoriri, crescere*: VERG. [georg. 1, 318 omnia ventorum -ere (*R*, concurrere *cett.*) proelia vidi.] Aen. 8, 637 subitoque novum -ere bellum (OV. epist. 15, 351. OBSEQ. 54 bellum Italicum. SEN. epist. 91, 5 bellum in media pace -it. AMM. 28, 1, 1 bella rediviva -unt. HIER. in Ier. 4, 5 p. 865 epist. 72, 4. 124, 4, 11 VVLG. exod. 13, 17 *al.* *cf.* IVST. 29, 3, 1 videre se . . . -entem in Italia nubem illam trucis et cruenti belli). SEN. epist. 87, 16 istae artes . . . non -unt in altum nec fortuita fastidiunt. VAL. FL. 1, 75 si qua operis tanti domito -ere ponto fama queat. 1, 499. QVINT. inst. 1, 11, 12 qua concitatione -at ira. FLOR. epit. 3, 18, 13 magna populi R. fortuna . . . totis denuo viribus -xit (insurrexit *NL*). ARNOB. nat. 4, 33 ut animosius -at audacia. IVST. 29, 2, 9 -entibus ab occidente novis Poenorum ac Romanorum imperiis (*cf.* VVLG. I reg. 13, 14 nequaquam regnum tuum ultra -et. Dan. 2, 39 et post te -et regnum aliud minus te. 7, 17. RVFIN. hist. 1, 2, 23 regnum nobilius latiusque -ere). AMM. 25, 4, 3 pudicitia celsius -entem vitam exornat. HIER. vir. ill. 54 *persecutio* adversum christianos sub Decio -xit. *cf.* epist. 121, 11 iusta causa persecutionis in orientem tunc ecclesiam -ere videbatur. VVLG. Os. 10, 14 -et tumultus in populo tuo. Nah. 1, 9 duplex tribulatio. CYPR. GALL. num. 435 exim causa mali vetiti -it ab actu. COD. Theod. 4, 18, 2 (*a. 423*) litem alteram -ere ex litis primae materia.
i. q. incipere: CENS. 20, 11 *anni Iuliani* -unt ex quarto Caesaris consulatu. 21, 9 a primo imperii eius anno. SOL. 2, 19 Italia . . . universa -it a iugis Alpium. 20, 1 a quibus primis post Scythas nomen Germanicum -it.

syn.: erigi, se tollere. *opp.*: insidere, residere, subsidere, remitti. mergi.

cōnsurrēctio, -ōnis *f. a* consurgere. *actio consurgendi*: CIC. har. resp. 2 cepi equidem fructum maximum et ex -e omnium vestrum et ex comitatu publicanorum. Att. 1, 16, 4 quae -o iudicum facta sit. HIER. nom. hebr. p. 31, 10 Arrad -o descensionis vel testimonium descendens. p. 80, 11 Armageddon -o tecti sive -o in priora.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cōnsusurro, -āre *a* con *et* susurrare. TER. Haut. 473 Syrus cum illo vestro -ant, conferunt consilia ad adulescentes.

cōnsuscipio, -ēpī, -ere *a* con *et* suscipere. AVELL. p. 620, 11 consuscepit a nobis libellum.

cōnsuscito, -āvī, -āre *a* con *et* suscitare. ITALA Eph. 2, 6 (cod. g) et con- vel simul suscitavit (συνήγειρεν, VVLG. conresuscitavit). AVG. serm. 223, 2 possunt rursus grana de paleis -ari.

cōnsūtilis, -e *a* consuere. *i. q. consutus*: ITALA exod. 37, 21 (Lugd. Aug. loc. hept. 3, 158 p. 570, 7) qui omni arte fecit opus, textilia et -ia (ῥαφιδευτά) et varia (VVLG. exod. 38, 23 polymitarius atque plumarius). Ioh. 19, 23 (codd. c. ff^{2}. q. Cypr. unit. eccl. 7 [cossutilis *R*]) tunica ... non -is (ἄραφος, cod. r non consuta; VVLG. inconsutilis). *cf.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 3 p. 907 tunica domini ... nihil in se habeat -e. in Eph. 4, 28 p. 631 tunica ecclesiae ... nulla ex parte -is. AVG. serm. 265, 7 tunicam ... nusquam -em. CASSIOD. var. 5, 42, 8 iste -i crate praecinctus munitior redditur. ORIG. in Matth. 15, 20 quaedam quae fiunt in lege artificio -i.
comp. inconsutilis.

cōnsūtio, -ōnis *f. a* consuere. PS. SORAN. quaest. med. 233 -o iuncturam corporum et conglutinationem futuram pollicetur. p. 365, 25 quid est c o s s u t i o? capitis ossa tamquam in serrarum modum vel formam facta atque in se commissa sunt. p. 365, 27 quot -es habet hominis testa? quinque. *translate*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 3 p. 908 disrumpit ergo ... -es nequissimas.

sarcinator **cōnsūtor** GLOSS. II 591, 56. *a* consuere.

contābēfacio, -ere *a* con *et* tabefacere, *cf.* contabescere. PLAVT. Pseud. 21 quae me miseria et cura contabefacit.

? **contabernāria**. CORP. V 4676 sibi et Optatae Mulviae contab. *videtur errore scriptum pro* contub(ernali).

contābēsco, -uī, -ere *a* con *et* tabescere. GLOSS. -it exsiccat. *i. q. evanescere, dissolvi, proprie et translate*: PLAVT. Merc. 205 cor miserum meum, quod guttatim -it, quasi in aquam indideris salem (VVLG. Is. 13, 7 omnes manus dissolventur et omne cor hominis -et et conteretur). RHET. Her. 4, 15, 22 perfidiosae Fregellae, quam facile scelere vestro -istis. CIC. Tusc. 3, 75 eodem *luctu* etiam confecta -uit *Artemisia* (*cf.* VVLG. II reg. 13, 20 mansit itaque Thamar -ens in domo Absalom. AVG. gen. ad litt. 11, 42 p. 378, 3 *Adam* noluit eam *mulierem* contristare quam credebat posse sine suo solacio -ere. EVG. TOLET. epist. 1, 1). VAL. MAX. 4, 7 pr. illorum amicitia in consortione deliciarum et luxuriae -uit (*opp.* enituit). GELL. 7 (6), 4, 1 ut ... grassante sensim veneno -ret *Regulus*. ITALA Ezech. 33, 10 (Ps. Cypr. ad Novat. 10) erroribus nostris -imus (VVLG. tabescimus). HIL. myst. p. 20, 19 *manna* sole incalescente -uit. AMM. 29, 6, 18 ne multi i n e d i a -rent (HIER. epist. 123, 18 familiolam ... morbo et fame ... -ere. AVG. civ. 3, 20 primo fame -uit *Saguntum*. POSSID. vita Aug. 28). HIER. hom. Orig. in Ier. 2 p. 764 quando vero insanabiles plagae sunt, ut et emortua carne putredo -erit. hom. Orig. in Ezech. 12 p. 992 lignum ... est populus qui ... nunc siccitate -uit. adv. Pelag. 3, 9 rami et flagella vitium -unt a matrice praecisa. VVLG. Is. 46, 2 -erunt et contrita sunt simul *simulacra*. Ezech. 4, 17 -ant in iniquitatibus suis. Zach. 14, 12 tabescet caro uniuscuiusque ..., et oculi eius -ent in foraminibus suis et lingua eorum -et in ore suo. AVG. gen. ad litt. 11, 13 p. 346, 3 ut rationalis creaturae spiritus ... tumesceret superbiā ... et invidentiā -ret. quant. anim. 33, 70 *corpus* diffluere atque -ere non sinit *anima*. in psalm. 85, 6 ne in amaritudine -ret *anima*. MAR. MERC. Nest. adv. Pel. 1, 7 naturam ... -ere ipsis saepe fetibus. AVELL. p. 129, 5 in virulentiae suae congrua solitudine -ant. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 217 in illis etiam, quae occulta diaphoresi -unt. VEREC. in cant. 1, 11 resolventur atque in suis caloribus -unt (*peccatores tamquam plumbum igne*). PETR. CHRYS. serm. 33 p. 293^{A} illa deficit corpore, hic mente et a n i m o -it (BOETH. cons. 2, 2, 43 ne animo -as). MONTAN. epist. 2, 1 Priscillianistarum detestabilis ac pudibunda secta -uit. INSCR. christ. Rossi II p. 292 hinc mea -uit species in corpore fesso. NOT. Tir. 112, $23^{a.b}$.

contabulātio, -ōnis *f. a* contabulare. *i. q. contignatio*: CAES. civ. 2, 9, 1 ubi turris altitudo perducta est ad (ut *codd.*) -em, eam (-is causa *codd.*) in parietes instruxerunt ita, ut 2, 9, 4 eamque -em summam lateribus lutoque constraverunt. 2, 9, 8 ubi tempus alterius -is videbatur, tigna ... instruebant exque ea contignatione rursus summam -em storiasque elevabant. VITR. 10, 15, 3 insuper -o circumdata contegebat inferiora. 10, 15, 4. APVL. flor. 18 p. 83 non pavimenti marmoratio nec proscaenii -o nec scaenae columnatio. *translate de vestis plicatura*: APVL. met. 11, 3 palla ... multiplici -e dependula.

contabulo, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* tabula *ductum; cf.* tabulatus. *Th.*]. *i. q. contignare, tabulatis instruere*: CAES. Gall. 5, 40, 6 t u r r e s -antur (LIV. 24, 34, 7 turres -atas). 7, 22, 3 totum autem murum ex omni parte turribus -verat. PLIN. nat. 15, 59 pomaria in loco frigido ac sicco -ari. 36, 187 *pavimentum* quernis axibus -ari, quia torquentur, inutile putant. AMM. 24, 7, 8 nec -andi p o n t i s erat facultas (27, 5, 2 ponte -ato. 30, 5, 13). *i. q. consternere, contegere*: CVRT. 5, 7, 8 -ato mari molibus a *Xerxe* (SVET. Cal. 19 *Xerxes* Hellespontum -verit. AMPEL. 13, 4. SCHOL. Iuv. 10, 174 pontum -asse navibus). FRONTIN. strat. 3, 9, 8 binas naves ... -vit superstruxitque eis turres. SOL. 56, 8 bubulis utribus -atas crates superponunt (*ex* PLIN. nat. 6, 176 bubulos utres binos insternentes ponte).

contābundus *v.* cunctabundus.

contāctus, -ūs *m. a* 1. contingere. *non inveniuntur genet. dat. sing., genet. plur.; longe frequentissime abl. sing. legitur inde a* SALL. *et* VERG.

1 *g e n e r a t i m*: *tactio, tractatio*: VERG. Aen. 3, 227 -uque omnia foedant immundo *harpyiae* (PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 173, 5 immundis -bus). OV. met. 11, 111 contigit et glaebam *Midas*: -u glaeba potenti massa fit. MANIL. 4, 464 tu quoque -u primo, Nemeaee *leo*, timendus. CELS. 1 praef. p. 5, 3 considerarintque ... ea quae natura ante clausisset, eorumque positum, ... mollitiem, levorem, -um. VAL. MAX. 1, 5, 1 ominum etiam observatio aliquo -u religioni innexa est. COLVM. 6, 27, 11 laeditur etiam levissimo -u *pullus*. PLIN. nat. 7, 13 serpentium ictūs -u levare solitos et imposita manu venena extrahere corpori. 7, 65 ad omnem -um adhaerens *bitumen*. 10, 163 pullis *anserum* urtica -u mortifera. 11, 104. 28, 79. 30, 24. 47. PS. QVINT. decl. 3, 3 ab omni -u recesserat. 18, 10 timeat oscula pater horreatque -um (*filiae virginis*). PLIN. epist. 4, 11, 9 foedumque -um qua si plane a casto puroque corpore ... reiecit. TERT. anim. 6 ARNOB. nat. 1, 50. 2, 58. 5, 41. 7, 28 ut quod qualitate diversum est, unum sentiat accipiatque -um. AMM. 25, 2, 6 radiorum flammas iniectas nubibus densis acri scintillare -u. AVG. civ. 9, 16 etiamsi esset necessarius in subveniendo -us. PROSP. epigr. 102, 11 auditus, visus, gustus, -us odorque. PETR. CHRYS. serm. 35 p. 299^{C} *deus* non potest ullis -bus inquinari. *in geometria*: PS. BOETH. geom. p. 387, 18 si circulum linea recta contingat, a -u vero ... linea recta ducatur (p. 388, 16). *accedit genet. s u b i.*: OV. am. 3, 2, 22 -u lateris laeditur ista *puella* tui. met. 4, 52 ut nunc nigra *poma* ferat -u sanguinis arbor. CELS. 2, 17 p. 63 num sub primo -u a q u a e calidae summa cutis inhorrescat (PLIN. nat. 7, 15 ferventis aquae -um fugere. APVL. met. 9, 3 si visum -umque laticis vitarem ac perhorrescerem). SEN. benef. 4, 19, 2 *deum* divisum a -u et a conspectu mortalium. COLVM. 11, 3, 50 fere -u eius (*mulieris*) languescunt incrementa virentium *cucumerum*. LVCAN. 5, 91 -umque ferens hominis magnusque potensque *Apollo*. PLIN. nat. 2, 59 radiorum eius (*solis*) -u reguntur *stellae*. 8, 40. 106 umbrae eius *hyaenae* -u canes obmutescere. 11, 45 mella vel minimo -u roris acescentia. 16, 42 solis. 25, 14 cuius *herbae* -u inlatae ab alite ... exiliret cuneus. 33, 122 inlito *minio* solis atque lunae -us inimicus. *cf.* 2, 223 *luna* somno sopitis torporem contractum (contactu *pars codd.*) in caput revocet. QVINT. decl. 299 p. 182, 4 -um illius fugio. GARG MART. med. 41 tres numero additi *cytini* sine -u dentium transvorentur. HIER. epist. 130, 10 omnem v i r o r u m horrere -um (in Ezech. 44, 25 p. 554 cuiuslibet viri -us. AVG. civ. 1, 28 quod turpem nullius esset perpessa -um). AVG. serm. 88, 23 immundum ne tetigeritis; sed -u cordis, non corporis. epist. 140, 25 carnem suam ... discipulorum aspectibus et -bus reddidit *Christus*. SVLP. SEV. Mart. 16, 8. CAEL. AVR. acut. 3, 18, 177 lippientes manuum -um affectare frequentant quod Graeci χειραψίαν vocaverunt. CORIPP. Ioh. 4, 578 sonat -u fistula venti. *accedit a d i e c t.*: OV. met. 7, 240 refugitque viriles -us. SEN. Herc. f. 1318 dextra -us pios scelerata refugit. Thy. 104 *domus* nefando tota -u horruit. PANEG. 12, 29 pollutas poenali -u (*sc. in tormentis, supplicio*) manus. ARNOB. nat. 6, 22 -us impios. SACR. Leon. p. 447 inlicitos. *nota*: SER. SAMM. 442 humanos quoque -us (*i. inter homines, de concubitu*) mala tanta sequuntur. *accedit genet. o b i.*: LIV. 27, 37, 6 extorrem agro Romano, procul terrae -u, alto mergendum (LABEO Macr. sat. 1, 12, 20 vox nascenti homini terrae -u datur). SEN. dial. 2, 4, 1 maiore enim intervallo a -u inferiorum abductus est *sapiens* quam ut. 4, 21, 6 procul a -u deliciarum retinebimus. epist. 118, 10 cuius (*boni*) -u alia quoque bona fiunt. PLIN. nat. 26, 99 herbae. PS. QVINT. decl. 2, 23 ignium. FRONTO p. 134, 24 N. corporis mei (TERT. pudic. 11 corporis sui -um permittit). SER. SAMM. 86 quarum (*cochlearum*) -u perimetur acerba libido (*i. prurigo*). AVG. civ. 10, 11 cadaveris. c. Secundin. 23 quem (*filium dei*) nullus -us carnis mutare potuisset. SALV. gub. 7, 89 concubitus -usque meretricum. ACTA Achat. 4 absit ut tu maiestati divinae -um puellae mortalis affirmes.

2 *s p e c i a t i m de morbo*: *proprie*: SALL. or. Phil. 9 neu patiamini licentiam scelerum, quasi rabiem, ad integros -u procedere. LIV. 4, 30, 8 volgatique -u in homines morbi. 25, 26, 8 curatio ipsa et -us aegrorum volgabat morbos. TAC. ann. 4, 49 pollui cuncta sanie odore -u. 6, 7 plures infecti quasi valitudine et -u (*sc. accusandi cupidine*). PLIN. med. 1, 18 eos (*lichenosos*) osculari non oportet, quoniam -us perniciosus est. VEG. mulom. 3 prol. 5 -u crescens pestilentia. *nota*: ITALA lev. 13, 3 (Monac.) videbit sacerdos -um *leprae* (-tractum cod.). 13, 5. 14, 35 *sq.* (ἁφή, Lugd. *fere ubique* tactus; VVLG. plaga). *t r a n s l a t e de malis moribus, sim.* (*cf. l.* 69 *et* 72): SEN. contr. 1, 3, 4 quidquid secundum deos sanctissimum est, -u suo polluit. 2, 1, 21 -u ipso nocent transeunti. SEN. dial. 9, 7, 3 *vitia* -u nocent. TAC. Agr. 30 oculos quoque a -u dominationis inviolatos habebamus. hist. 1, 11 ut cuique exercitui vicinae *provinciae*, ita in favorem aut odium -u agebantur. 2, 60 ceterae legiones -u ... bellum meditabantur. ann. 1, 43 discedite a -u ac dividite turbidos. PRVD. apoth. 935 non vitiorum naturam expositam -bus induit Iesus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SALV. gub. 6, 4 unum de ecclesia malum expulit, ne -u suo plurimos inquinaret.

contāg(ēs), -is *f.* [*cf. c.* 1. contingere, 1. contagio. *Th.*]. CHAR. gramm. I 40, 1 (*cf.* p. 607) contag⟨es⟩ *in -is facit genetivum.* *i. q. contagio*: LVCR. 3, 734 mala multa animus -ē (-bus *Lachm.*) fungitur eius (*corporis*). 4, 311 quae -ĕ sua palloribus omnia pingunt. 6, 280 duplici ratione accenditur, ipse sua cum mobilitate calescit et e -bus ignis. LVCR. 6, 1242 -bus ibant (*sc. moriebantur*) atque labore. ARNOB. nat. 7, 40 continua populum -e conficiens.

contāgiēs contactus in culturis GLOSS. [*cf. c.* 1. contagio, contagium. *Th.*]

1. contāgio, -ōnis *f.* [*cf. c.* 1. contingere. *Th.*]. *pluralis legitur*: CIC. off. 2, 80 APVL. mund. 33 ARNOB. nat. 2, 7 SERV. Aen. 6, 724 AMBR. Abr. 1, 6, 50 bon. mort. 3, 9 AVG. serm. ed. Mai 91, 2 *al.* PAVL. FEST. p. 59 -em esse dicendum, non contagium. CHAR. gramm. I 71, 12 contagium veteres magis usurpaverunt, sed Sallustius (*Catil. 10, 6*) -em maluit dicere. *rectius* MAR. VICTORIN. gramm. VI 25, 10 -o apud omnes fere veteres scriptum est . . ., sed poetarum licentia primo fecit contagia. NON. p. 199 -o feminino genere appellatur (*Sall. Catil. 10, 6*). contagia neutro Lucretius (*3, 471*). Vergilius (*ecl. 1, 50*). *cf.* BEDA gramm. VII 268, 9. *legitur inde ab* ENN. PLAVTO CATONE; *apud poetas deest praeter* ENN. PLAVTI IVV. *singulos locos.*

i. q. contactus, tactio: **1** *generatim*: PLAVT. Amph. 31 -e mei patris metuo malum. CATO agr. 132 Iovi caste profanato sua -e. CIC. dom. 108 qui aliqua se -e praedae . . . contaminaverunt. div. 1, 63 cum . . . est somno sevocatus animus a societate et a -e corporis (APVL. Socr. 3 p. 123 deos Plato existimat naturas . . . corporis -e suapte natura remotas. LACT. inst. 6, 23, 16 AMBR. bon. mort. 3, 9 MACR. somn. 1, 11, 11 CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 126, 28. p. 128, 18. *cf.* SERV. Aen. 6, 724 animus quamdiu est in corpore, patitur eius -es). CIC. nat. deor. 2, 138 quae spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primum ipso ab spiritu, deinde -e pulmonum. APVL. mund. 33 neque infimus est ⟨in⟩ terrae -bus *deus* (LACT. inst. 2, 14, 1 terrae -e maculati *angeli*). SOL. 1, 56. ARNOB. nat. 2, 7 utrum sapor in rebus sit an palati -bus fiat. LACT. inst. 7, 20, 9 carnis. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 12 suos actus naturae continentis -e discurrunt. SYMM. epist. 5, 54, 5 aedium emptor Ampelius procul abest a -e mobilium. MACR. somn. 1, 6, 9 anima aliena a silvestris -e materiae. SALV. gub. 7, 94 -es etiam horruere meretricum. CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 34, 4 substantiae humanae. PASS. Petr. 13 homo sine -e hominis fieri dignatus. *nota*: CAES. Gall. 6, 13, 7 aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex -e (*β*, cogitatione *α*) incommodi accipiant. LIV. 40, 20, 6 ab omni mentione et -e Romanorum abstinebat. *cum praepos.* cum: CIC. Tusc. 1, 72 quibus (*animis*) fuisset minima cum corporibus -o seseque ab iis semper sevocavissent. *c. adiect.*: APVL. Socr. 3 p. 123 deos . . . ab humana -e procul discretos (AVG. civ. 8, 14). PANEG. 10, 16 mens tua ⟨a⟩ mortali -e secreta. AVG. civ. 21, 13 terrena -e (epist. 131). MART. CAP. 2, 149 nihil -is corporeae. GREG. TVR. Iul. 5 nostri (*pro* -ae) -is medellam. *i. q. coniunctio, conexio*: CIC. div. 2, 33 ut enim iam sit aliqua in natura rerum -o (*ibid.* cognatio, coniunctum). *cf.* fat. 7 de ipsa -e rerum. div. 2, 92 quae potest igitur -o ex infinito paene intervallo pertinere ad lunam vel potius ad terram? fat. 5 naturae -o.

2 *speciatim*: *infectio, maculatio*: GLOSS. μόλυσμα. coinquinatio. **a** *latiore sensu de qualibet corruptione*: ENN. scaen. 350 nolite, hospites, ad me adire . . . ne -o mea bonis umbrave obsit. CIC. Verr. 6, 183 non modo eos persequi, ad quos maxime culpa corrupti iudicii sed etiam illos ad quos conscientiae -o pertinebit. Cluent. 193 nemo . . . inventus est qui non -em aspectus fugeret. Rab. perd. 11 qui funestari contionem -e carnificis veto. Att. 1, 16, 3 -e turpitudinis vehementer commovebantur. VAL. MAX. 9, 15, 2 ut . . . penates et veri sanguinis memoria spoliarentur et falsi sordida -e inquinarentur (*sc. subiecto filio non genuino*). LAMPR. Heliog. 6, 7 pollutus ipse omni -e morium (*conicitur* malorum, membrorum, morborum). FIRM. err. 7, 1 hanc sacri -em. AVIEN. Arat. 262 antiqui criminis. HEGES. 5, 53, 1 l. 107 purificationes sine ulla servare -e. HIER. epist. 7, 3 nos pristina -e sordentes. 98, 3 animas nostras ab omni -e purgantes. VVLG. num. 19, 18 homines huiuscemodi -e pollutos. RVFIN. symb. 12 nulla fuerit ex viri commixtione -o. hist. 2, 6, 2 templum . . . quod solum manebat totius profanae -is intactum (PS. RVFIN. in Os. 4, 17 -em profanitatis effugere). VINCENT. LER. 3, 4 si novella aliqua -o . . . ecclesiam commaculare conetur. AVG. civ. 10, 30 nec aliquando iam talium polluta -e teneretur *anima*. serm. ed. Mai 91, 2 innumeris flagitiorum -bus violamur. BACCHIAR. repar. laps. 5 peccati -e maculamur (*opp.* expulsio. SACR. Leon. p. 355. *cf.* AVG. gen. ad litt. 10, 15 p. 314, 14). ZACCH. 1, 21 Aegyptiorum -e polluitur *Iudaeorum* populus. PS. PHOEBAD. fid. 3 p. 39[B] -e vitii adhaerentis. MACR. sat. 5, 19, 20 ab omni -e mundi (*i. puri*). somn. 1, 12, 17 -e vitiorum penitus elimata. MART. CAP. 7, 738 naturae opera sine feturarum -e conformas (*heptas*). COD. Theod. 9, 40, 17 (*a. 399*) divinum praemium consulatus lutulentum prodigium (*i. Eutropius*) -e foedavit. PALLAD. hist. mon. I 3 p. 264[A] nulla rerum malarum -e. *nota*: FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 13, 5 ab originali immunem . . . -e (*i. peccato*). SEDVL. op. pasch. 2, 12. *de colore*: CIC. div. 2, 58 decoloratio quaedam ex aliqua -e terrena maxime potest sanguini similis esse. **b** *de morbo*: *proprie*: GLOSS. IV 222, 7 -o morbum. 499, 20 -e consentit dolorem. LIV. 3, 6, 3 ministeriaque invicem ac -o ipsa volgabant morbos. COLVM. 6, 5, 1 -e ceteros labefaciat. 7, 5, 6. 16 universam gregem -e prosternit *morbus*. PLIN. nat. 14, 134 doliis etiam intervalla dari, ne inter sese vitia serpant, -e vini semper ocissima (*cf.* MACR. sat. 7, 12, 15 agricolae dolia defodiunt removentes a vino aeris -em). 26, 3 quaestorio scribā . . . inde -em eius *mentagrae* importante. APVL. mund. 17. 23 pestifera (HIER. epist. 90 AVG. civ. 22, 22). VLP. dig. 19, 1, 13 pr. pecora -e morbosi pecoris perierunt. ARNOB. nat. 4, 37 *deos* -e pestilentiae corrupisse auras zephyrorum. IVST. 36, 2, 15. VEG. mil. 3, 2 ex -e aquarum . . . nascitur morbus. mulom. 1, 1, 3. 1, 5, 2 -em transferre per proximos. 1, 13, 4 ne -o occupet caput. 1, 17, 1. 4, 3, 16. HEGES. 5, 2 l. 11 lues . . . nec transisse potuit ad -em viventium. THEOD. PRISC. log. 59 *tussicula* mala vicinitate quasi quadam -e sollicitat. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 57. 129. 1, 5, 149. 4, 1, 13 acut. 3, 5, 52. POMER. 2, 7, 2 putredinis. PALLAD. hist. mon. I 53 p. 336[C] -is horrore. COD. Iust. 6, 23, 8. *adde de igni*: PANEG. 10, 21 cuius (*ignis*) facilis per adiuncta -o pastu pestifero valescebat. *translate de malis moribus, consiliis, sim.*: *cf.* GLOSS. IV 36, 46 -o contaminatio criminum. CIC. Verr. 6, 6 -em imitandi belli periculosam fuisse (6, 7 -o ista servilis belli. LIV. 1, 15, 1 belli Fidenatis -e irritati Veientium animi. *cf.* 9, 18, 2 traxerat -o proximos Vmbriae populos. FLOR. epit. 2, 13, 1. 2, 18, 4 OROS. hist. 5, 9, 4). CIC. Mur. 78 latius patet illius sceleris -o quam quisquam putat (Sull. 6 PANEG. 9, 2 ARNOB. nat. 7, 48 LACT. inst. 5, 12, 2). off. 2, 80 -bus malorum quae a Lacedaemoniis profectae manarunt latius. SALL. Catil. 10, 6 ubi -o quasi pestilentia invasit. LIV. 2, 37, 7 ne cuius facti dictive -e praesens violer. 5, 6, 11 ut seditionibus primum urbs Romana, deinde velut ex -e castra impleantur (5, 12, 7 quin castra quoque urbanae seditionis -e turbarentur). 9, 1, 6 ne quid ex -e noxae remaneret penes nos. 9, 34, 4 criminis. 28, 24, 10 furoris (28, 27, 11. 28, 34, 4 cum velut -e quadam pestifera . . . insanierint). 29, 6, 3 -e quadam rapto gaudentes. 34, 22, 13 ne serpat latius -o eius mali. 37, 54, 22 mores et leges et ingenium sincerum integrumque a -e accolarum servarunt. 38, 17, 18. 39, 9, 1 huius mali (*Bacchanalium*) labes ex Etruria Romam veluti -e morbi penetravit (42, 5, 7 ex -e velut tabes in Perrhaebium quoque id pervaserat malum). VAL. MAX. 2, 3, 1 ne tabis notae -o ad ipsius quoque gloriae suggillationem penetraret. 2, 6, 1 externarum deliciarum. IVV. 2, 78 dedit hanc -o labem et dabit in plures, sicut grex totus . . . cadit. PLIN. epist. 10, 96, 9 vicos etiam . . . superstitionis istius -o pervagata est (FIRM. err. 12, 1 superstitionis istius metuenda -o. *cf.* 20, 7 ut extinctae idololatriae pereat funesta -o). paneg. 83 te ab omni -e vitiorum reprimis ac revocas. TERT. pudic. 13 immunditiarum. anim. 38 concupiscentia . . . ad instar ficulneae -is prurigine accingit. CYPR. hab. virg. 2 membra nostra ab omni faece -is antiquae . . . purgata (PS. AMBR. serm. Sess. 3, 4). FIRM. err. 26, 2. HIL. ad Const. 1, 3 Arriana et pestifera -e. 1, 6 -em Arriani nominis deprecantur. in Matth. 25, 4. DICT. 2, 21 quanta clades et veluti -o huiusce exempli orbem terrarum occupatura sit (4, 22 quo exemplo veluti pessima -e imbutos filios). 3, 25. AMBR. Abr. 1, 6, 50 a Sodomitanis -bus erat . . . liberandus. 2, 8, 47 delictorum. HIER. epist. 98, 19 dogmatum perversorum perniciosa -o. RVFIN. hist. 1, 2, 21 humanum genus malitiae morbo et -e corruptum. 2, 1, 12 sancta nostra velut alicuius morbi -e commaculant. MAR. VICTOR aleth. 3, 309 foedae -o labis. VAL. CEM. hom. 20, 2 humillimum quemque arrogantiae -e moveri. CAPREOL. epist. 2, 5 p. 852[D]. *nota de persona*: CASSIAN. c. Nest. 7, 30, 3 tu, -o impiissime atque impudentissime praeclarae urbis contaminator et catholicae ac sanctae plebis gravis et exitiosa -o.

2. contāgio, -āre *a* contagium. *i. q. contagio perdere*: BENED. reg. 28 ne una ovis morbida omnem gregem contagiet (*recc.* contaminet).

contāgiōsus, -a, -um [*a* contagium. *Th.*]. *i. q. contagionis (sub 2) plenus*: HIL. in psalm. 119, 21 habet . . . hunc -i incolatus sui carcerem (*i. corpus*) caelestis naturae captiva generositas (*i. anima*). ZENO 1, 2, 3 -is scabrosisque . . . ulcerum verticibus. CHIRON 981 -o *morbo*. VEG. mulom. 1, 14, 2 passio. 4, 3, 16 morbos. EDICT. imp. Constant. de civit. Hispell. (Corp. XI 5265) 46 ne aedis . . . cuiusquam -os(a)e superstitionis fraudibus polluatur.

contāgium, -iī *n.* [*cf. c.* contagio, 1. contingere. *Th.*]. ISID. orig. 4, 6, 18 -um a contingendo, quia quem tetigerit polluit (*cf. p. 627, 23*). *cf.* contagio *p. 625, 15 sqq.* GELL. 12, 9, 2 'periculum' etiam et 'venenum' et '-um' non, uti nunc dicuntur, pro malis tantum dicta esse multum exemplorum huiusmodi reperias. NON. p. 184 vastitas: horror et desertio et -um. GLOSS. II 529, 38 θίξις. 114, 1 μολυσμοί, μιάσματα, ἀναστροφῆς γινομένης, συμπαθία πάθους. *legitur inde a* LVCR. *usque ad* GELL. APVL. *non nisi apud poetas praeter* SEN. epist. 13, 6 CVRT. 8, 10, 1 PLIN. nat. *ter* FLOR. *quater. apud poetas non occurrit nisi sola forma* contagia, *quae ponitur fere ubique ante pedem hexametri sextum; ante quintum*: HOR. epod. 16, 61 OV. trist. 3, 14, 17. 5, 13, 3 DRAC. Romul. 10, 455. *habent singulis locis*: STAT. MART., *binis*: VERG. HOR. (epod. epist.) GRATT. SIL., *quattuor*: LVCR., *quinque*: LVCAN., *novem*: OV.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. contagio, contactus: 1 *generatim:* LVCR. 3, 345 corporis atque animai mutua vitalis discunt -a (*nom.*) motus. 3, 740 neque consensu -a fient. OV. met. 15, 195 melior natura quod illic aetheris est terraeque procul -a fugit. SEN. epist. 13, 6 -um quoque mei timeant, quasi transilire calamitas possit. LVCAN. 6, 379 fluvii -a vilis nolle pati. 6, 741 quae te (*Proserpinam*) -a passam (*i. dapis apud inferos*) noluerit revocare Ceres. PLIN. nat. 2, 82 -um nimii humoris ex superiore circulo atque ardoris ex subiecto. STAT. Ach. 1, 227 ne nudae noceant -a terrae. MART. 11, 47, 7 cum sic feminei generis -a vitet. GELL. 17, 15, 7 ellebori -um. APVL. met. 10, 29 priusquam scelerosae mulieris -o macularer (10, 34). CYPR. epist. 73, 21 adulterae aquae -o tinctus (*cf.* 74, 2 -a profanae tinctionis usurpat). PANEG. 10, 14 mortalis visus -um refugerunt. ARNOB. nat. 7, 28 qualitatem *quisque* non accipit ex rerum impulsionibus natam, sed ex sui sensus -iique natura. AMM. 15, 4, 4 *Rhenus* nec -a deinde (*sc. post lacum Brigantinum*) ulla perpetiens. PRVD. ham. 356 dum liventes liquor *fontis* incorruptus arenas praelambit, putrefacta inter -a sordet. DRAC. Romul. 10, 455 -a blanda mariti. ENNOD. dict. 2 p. 432, 2 fumus sordidis aerem polluit . . . -is. *nota*: ARATOR act. 2, 336 caenoque gravati in margaritas vertant -a porci.

2 *speciatim*: *infectio, maculatio*: GLOSS. μίασμα, μολυσμός. inquinamentum, coinquinamentum, coinquinatio. ab eo quod inquinet, quidquid attingit (*cf. p. 626, 72*). **a** *de morbo*: GLOSS. ἀφὴ νοσοῦντος προβάτου; νόσοι ἐκ παρατριβῆς. morbus. morbus qui contingit. *proprie et in imagine*: LVCR. 3, 471 quandoquidem penetrant in eum *animum* -a morbi (6, 1236 apisci ex aliis alios avidi -a morbi. GRATT. 369 CVRT. 8, 10, 1. SIL. 11, 13 foedi -a morbi. CYPR. unit. eccl. 17 AVSON. 335, 5 VEN. FORT. vita Radeg. 17, 40). VERG. ecl. 1, 50 nec mala vicini pecoris -a laedent. georg. 3, 469 priusquam dira per incautum serpant -a volgus. HOR. epod. 16, 61 nulla nocent pecori -a. epist. 1, 12, 14 cum tu inter scabiem tantam et -a lucri nil parvum sapias. OV. rem. 613 facito, -a vites: haec etiam pecori saepe nocere solent. met. 7, 551 agunt -a late. trist. 3, 8, 25 seu vitiant artus aegrae -a mentis (5, 13, 3 aeger enim traxi -a corpore mentis). 5, 4, 33 subitae -a cladis. 5, 5, 25 Pont. 3, 2, 13. GRATT. 412 ne dira trahant -a vulgi. LVCAN. 6, 89 traxit iners caelum fluvidae -a pestis obscuram in nubem. PLIN. nat. 23, 157 pestilentiae -a (ARNOB. nat. 1, 3. *cf.* 3, 23 saeva -a et pestilentes morbos. 7, 42 pestilentibus -is. RVT. NAM. 1, 397 [*in imag.*] latius excisae pestis -a serpunt. VINCENT. LER. 4, 6 COD. Theod. 9, 28, 2 *a. 415*). PLIN. nat. 28, 35 despuimus comitiales morbos, hoc est -a regerimus. SIL. 14, 622 minuēre avidae mortis -a pestes. FLOR. epit. 1, 9, 8 donec quasi -o quodam per singulos itum est (*de bellis assiduis populi R.*). *cf.* 1, 15, 1. 2, 17, 5 inde -um serpens causaque bellorum. *cf.* GELL. 14, 3, 10 tum postea ex alieno certamine ad eos quoque ipsos -um certationis adspirat. 12, 1, 18 pernicioso -o infici. ARNOB. nat. 7, 39. 7, 47 ab luis -o morbisque pestilentibus. HIL. trin. 6, 3. 8, 1 non ignoravit . . . morbidi eloquii grassatura esse -a. AVSON. 417, 28 pars aegra hominis trahit ad -a sanum corpus. AMM. 23, 6, 24 CHIRON 164. 165 VEG. mulom. 2, 87, 2. VINCENT. LER. 8, 13 ne unius ovis dirum -um innoxium gregem Christi . . . contaminet. GREG. TVR. glor. mart. 53 fiebatque iuxta hoc -um inediae morbo deficere. CORIPP. Ioh. 3, 390.

b *translate de malis moribus, fortuna, sim.*: OV. trist. 3, 14, 17 tres mihi sunt nati -a nostra secuti (*i. libri*). LVCAN. 3, 322 nec si horret iners scelerum -a mundus (CYPR. patient. 4 homo in . . . scelerum -o volutatus. 14 fraudis. epist. 67, 3 delicti. AMBR. Iob 4, 4, 14 delictorum. AVG. epist. 128, 2 peccatorum [PASS. Paul. 15]. CYPR. GALL. exod. 1288 noxae. GREG. M. epist. 9, 25 sceleris. EVGIPP. Sev. 8, 1 iniquitatis). LVCAN. 3, 369 at enim -a belli dira fugant. FLOR. epit. 3, 14, 2 Mancianae deditionis, quia sponsor foederis fuerit, -um timens *Ti. Gracchus*. GELL. 9, 2, 10 nefas ducerent nomina *Harmodii et Aristogitonis* servili -o pollui (*i. si servis indita essent*). 18, 3, 5 non sinamus eandem (*sententiam honestam*) dehonestari turpissimi auctoris -o. TERT. idol. 8 nos a -o idololatriae vacare (AMBR. Abr. 2, 11, 81). PANEG. 10, 25 totum ⟨in⟩ exercitum timoris -um dissiparat. LACT. inst. 7, 12, 19 quia iuncta est anima cum corpore, si virtute careat, -o eius aegrescit. IVVENC. 2, 239 ne lumine claro sordida pollutae pateant -a mentis. HIL. trin. 2, 4 *haeretici* imperitorum mentes occupant et ipso -o conversationis inficiunt (syn. 2 incontaminatos vos et illaesos ab omni -o detestandae haereseos perstitisse. RVFIN. hist. 3, 36, 4 COD. Theod. 16, 5, 20 *a. 391* ENNOD. opusc. 2 p. 322, 6. EPIST. pontif. 576 Thiel Simplic. 6, 4. DIONYS. EXIG. Procl. fid. p. 416B perniciosa deoque inimica -a. *cf.* LEO M. serm. 96, 3 Eutychianae impietatis -a. *cf. Wölfflin, Archiv 12 (1902) 4*). PS. HIL. lib. 6 a -o possent aeternae mortis evadere. AMM. 30, 9, 2 nullo -o conscientiae violatus obscenae. AMBR. Abr. 1, 3, 10 amputavit fimbriam discordiae, ne -um serperet. Iac. 2, 5, 24. Ioseph 5, 23 culpae -um quasi iustus horrescit. 5, 25. PS. AMBR. serm. 55, 6 taetris iniquitatum ac libidinum -is. HEGES. 5, 41 l. 7 infelicis terrae -um. RVFIN. patr. 1, 2 a -o carnalis . . . seminis (LEO M. serm. 24, 3 humani. 25, 4 terreni. INSCR. christ. Hisp. 413 -a carnis. CARM. epigr. 679, 5 [*a. 399*] nec mala terreni sensit c⟨ontagia sensus⟩). PRVD. cath. 7, 33 ne de propinquo sordium -o dirus quietum mundus afflaret virum (*Eliam*). 10, 30 si generis memor ignis (*sc. animus*) -a pigra (*i. terrae*) recuset. CLAVD. 8, 123 nullaque privatae passus -a sortis. 18, 489. carm. min. 27, 10 nec humani patitur -a mundi *Phoenix*. carm. min. app. 20, 26. AVG. epist. 178, 2 quod nullum ex Adam -um damnationis attraxerint. COD. Theod. 16, 7, 3 pr. (*a. 383*) Iudaicis semet polluere -is. LEO M. serm. 27, 2. 91, 3 nullius erroris -o polluantur. SACR. Leon. p. 364. 378 ENNOD. opusc. 10, 3 p. 420, 4. COD. Iust. 5, 8, 2, 1' super tali coniugio (*sc. nuptiis fratris sororisve filiae*) immo potius -o. CORP. XI 292, 5 (*a. 521/32*) -a mundi. VEN. FORT. vita Hil. 13, 47 sine dolore, sine -o . . . migraret ad Christum. vita Marcell. 10, 50. GREG. M. epist. 5, 62 -ii maculam. *nota*: AVG. civ. 9, 16 deos caelestes declinantes terrena -a (SACR. Leon. p. 372). *de peccatis*: AVSON. 153, 21 -a nostra qui tulit. SEDVL. carm. pasch. 2, 158 in se cuncta lavat nostrae -a vitae. ENNOD. opusc. 2, 109 p. 321, 3 quid incrementis excessum praesentatis vetusta -a. *cf.* PS. DAMAS. epigr. 101, 5 ablue fonte sacro veteris -a vitae (*cf.* HIER. adv. Pelag. 3, 18 infans . . . -um mortis antiquae prima nativitate contraxit). AMBR. apol. Dav. I 11, 57 in quo voluit dominus nulla huiusmodi originis esse -a. *L.*

contāmen, -inis *n.* [*a* contaminare *tractum esse videtur. Th.*]. *i. q. contaminatio*: CARM. adv. Marc. 1, 22 sexum maculare virilem, femineos usus vulgi -e mixtos illicitos . . . in coitum obscenum . . . suasit haberi. 4, 92 *Christus* mundat plebem -e plenam. MART. CAP. 1, 10 iam pridem offensus -e monendorum dedignatur augur Pythius nuncupari. COD. Iust. 9, 18, 7 praef. si quis magus vel magicis -bus assuetus . . . fuerit deprehensus . . . tormenta non fugiat.

contāminābilis, -e *a* contaminare. *qui contaminari potest*: TERT. adv. Marc. 4, 20 prophetam . . . -em pro humana substantia. AVG. c. Secundin. 9 p. 918, 17 vos autem, quia impia perversitate -em filium dei creditis. civ. 9, 16 p. 391, 7 incontaminabiles dicunt daemones et -es deos (*cf. p. 630, 56*). 9, 18 p. 394, 4 ubi homines contaminantes, daemones contaminati, dii -es praedicantur. epist. 236, 2 ut non solum violabilis et corruptibilis et -is credatur deus . . . sed non possit saltem totus a tanta coinquinatione et immunditia et miseria . . . purgari.

comp.: incontaminabilis.

contāminātio, -ōnis *f.* *a* contaminare. GLOSS. II 545, 23 μίασμα. V 457, 43 fornices -es (*cf.* HOR. sat. 1, 2, 30). *i. q. foedatio, inquinatio, pollutio, violatio*: ACT. lud. saec. Sept. Sev. 3, 24 (*a. 204*) locum lustrari . . . ab omni -e. VLP. dig. 48, 5, 2, 3 qui patitur uxorem suam delinquere matrimoniumque suum contemnit quique -i non indignatur. ITALA II Macc. 5, 27 (Ambros.) ne participarent -em (πρὸς τὸ μὴ μετασχεῖν μολυσμοῦ, VVLG. coinquinationis). 6, 21 extorum -is sceleratae praepositi (πρὸς τῷ παρανόμῳ σπλαγχνισμῷ τεταγμένοι). ARNOB. nat. 2, 30 qui poterit pollui, corporalem quod substantiam non habet, aut ubi sedem -o ponere, ubi spatium nullum est, in quo nota se possit ipsius -is affigere. 2, 66 tu purus et ab omni . . . vitiorum -e purgatus. 4, 16 ex amoris incesti -e polluta *Minerva*. 5, 18 ne . . . expositionis ipsius -bus polluamur. FIRM. err. 4, 3 numen . . . polluta corporis -e placatur. 24, 1 quod impuro ore sacerdos iste et polluta verborum -e componit. EPIST. pontif. 255 Migne 13 p. 1136A adiectum est . . . idolorum cultu ac sacrificiorum -e profanatos *esse*. FVLG. aet. mund. p. 152, 20 sacra sanctorum -bus incircumcisorum polluenda. AMBROSIAST. in Rom. 1, 27 turpitudinem et -em. 1, 32 -o dehonestatae vitae. in I Cor. 5, 5 deserebat *spiritus* omnes -is causa. HIER. in Dan. 8, 14 p. 675 per annos vastitatis Ierusalem sex, -is autem templi tres (*sc. annos*) . . . completos esse. in Is. 23, 8 p. 323 non quo -is auctor sit. VVLG. Ezech. 14, 6 ab universis -bus vestris avertite facies. I Macc. 4, 43 tulerunt lapides -is. 13, 50 mundavit arcem a -bus. act. 15, 20 ut abstineant se a -bus simulacrorum (ἀπέχεσθαι τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων). RVFIN. Orig. in gen. 6, 3 -bus exposita *uxor*. hist. mon. 1 p. 393C *Iohannes nutriatur* absque ulla -e gentili. 16 p. 436A eripui virginem de -e latronum. COD. Theod. 16, 5, 6, 1 (*a. 381*) Photinianae labis -o, Arriani sacrilegii venenum. COLL. Mos. 5, 3, 1 non patimur urbem Romam . . . effeminati in viros pudoris -e foedari. OBSEQ. 29 Liparenses . . . -e ventris consumpti. AVG. soliloq. 1, 13, 23 tales quaerit illa (*sapientia*), cuius vere casta est et sine ulla -e coniunctio. c. Faust. 21, 16 p. 589, 1 missa est enim ad inexpiabilem -em pars dei. gen. ad litt. 10, 17 p. 318, 26 incoinquinatum . . . a -e adulterina. epist. 185, 17 orbi terrarum contra pacem Christi -em nescio quorum obicere peccatorum. c. Iul. 3, 26, 64 eversionem sanctitatis, -em pudicitiae. civ. 9, 16 tutioresque sunt daemones ab ista hominum -e. 9, 17. 18 ubi contaminantes magis daemones evitentur et ab incontaminabili deo ad ineundam societatem incontaminatorum angelorum homines a -e mundentur. 18, 45 *Macchabaeus* ab omni illa idolatriae -e mundavit *templum*. THEOD. PRISC. eup. faen. 96 locis vero -e (*i. contagione*) vulneratis (ulceratis *Gel.*) omnia styptica adhibenda sunt. LEO M. epist. 159, 4 quae (*mulieres*) de re excusabili -em criminis elegerunt. serm. 41, 1 si interiora hominis aliquorum sordeant -e vitiorum. 42, 2 exclusa omnium -e vitiorum. 88, 3 licet cotidiano dei munere a diversis -bus emundemur. PS. LEO M. humil. 18 ab omni quippe -e mens libera est. VAL. CEM. hom. 20, 8 nullam patieris in corporis -e naufragium. VEN. FORT. vita Hil. 6, 18 interventu orationis assiduae caelestem illi sponsum sine -e providerat. ISID. reg. monach. 9, 6 nullum esus furtiva -o (contaminio *cod.*) polluat.

contāminātor, -ōris *m.* *a* contaminare. GLOSS. V 547, 32 cor-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ruptor: adulter, libidinosus, incestuosus -r. TERT. pudic. 13 quid hic de fornicatore, quid de paterni tori -e ... intellegitur. apol. 11 maritarum adulteri et virginum raptores et puerorum -es. LAMPR. Alex. 6, 5 -r honorum iure punitus est. FVLG. aet. mund. p. 153, 7 ultionem ... nequaquam in -bus temperavit. CASSIAN. c. Nest. 7, 30, 3 tu, o impiissime atque impudentissime praeclarae urbis -r et catholicae ac sanctae plebis gravis et exitiosa contagio.

×contāmino, -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* 1. contingere, 1. contagio *et c.* intaminatus. *Th.*]. DIFF. ed. Beck p. 76, 20 inter polluere et -are: polluitur aliquid iniuria, -atur autem audacia. *legitur inde a* TER.

I *strictiore sensu*: A *miscendo depravare, male miscere, deformare, aliquid aliqua re*: TER. Eun. 552 ne hoc gaudium -et vita aegritudine aliqua (*cf.* DON. *l. 40*. EVGRAPH. *ad l.* p. 426, 6 ne gaudium meum aliqua turpitudine vita -et). TER. Andr. 16 -ari non decere fabulas (DON. *ad l.* id est, ex multis unam non decere facere. SCHOL. p. 170, 3 non fas esse -ari, id est commisceri fabulas). Haut. 17 multas *fabulas* -asse Graecas, dum facit paucas Latinas (SCHOL. *ad l.* p. 114, 5 -asse: inhoneste transmutasse. *cf.* HIER. in Mich. 2 p. 480 Originis me volumina compilare et -are non decere veterum scripta). CIC. Sull. 45 per me ego veritatem patefactam -rem aliquo mendacio. dom. 35 perturbatis sacris, -atis gentibus ... factus es eius filius (LIV. 4, 1, 2 Canuleius ... rogationem promulgavit, qua -ari sanguinem suum patres confundique iura gentium rebantur. *cf.* ACC. *l. 50*). MART. 1, 53, 4 interpositus villo -at uncto urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus. GELL. 2, 6, 25 totum id verbum (*squalere*) ita -atum est, ut iam 'squalor' de re alia nulla quam de solis inquinamentis dici coeperit (= MACR. sat. 6, 7, 19). 19, 10, 11 admonuit, in tragoedia quoque Enni ... id ipsum *verbum* ... scriptum esse et a grammaticis -ari magis solitum quam enarrari. APVL. flor. 7 p. 24 *Alexander* imaginem suam ... noluit a multis artificibus vulgo -ari. 7 p. 26 neu rudes, sordidi, imperiti pallio tenus philosophos imitarentur et disciplinam regalem ... male dicendo et similiter vivendo -rent. TERT. nat. 2, 1 ut *divinitas* neque fabulis indignis -etur. PANEG. 10, 25 ut in corpore cum aliqua pars aegra est, valetudo omnis -ari solet. ARNOB. nat. 1, 25 caerimonias antiquitus institutas novitatis suae superstitione -ans. HIL. trin. 6, 23 non -o veritatis fidem. 6, 17 naturae suae virtutisque (*sc. dei*) secretum humanis -are et impugnare doctrinis.

B *i. q. foedare, polluere, sordidare*: 1 *proprie*: DON. Ter. Andr. 16 -are proprie est manibus luto plenis aliquid attingere et polluere. -ari, tangi et relinqui polluta manu, ac per hoc velut foedari aut maculari. LIV. 1, 48, 7 -ata ipsa *Tullia* respersaque *sanguine patris*. 45, 5, 4 penetralia vestra -ari cruento latronis corpore sinetis. VAL. MAX. 9, 2, 2. SVET. Nero 56 *deam Syriam* ita sprevit, ut urina -ret. PAVL. dig. 47, 11, 1, 1 fit iniuria contra bonos mores, velut si qui ... aquas spurcaverit, fistulas lacus quidve aliud -verit.

2 *translate et in imagine*: a *i. q. corrumpere, inquinare, maculare aliqua re* (-are in aliqua re *v. p. 630, 29. 40. 43. 51. 52*): GLOSS. coinquinat, polluit, profanat. βεβηλῶ, μιαίνω, μολύνω, χ⟨ρ⟩αίνω. V 304, 46 incestare -are, commaculare. ACC. trag. 208 matres conquinari regias, -ari stirpem ac misceri (adm- *codd.*) genus. RHET. Her. 2, 3, 5 *reum* quam plurimis vitiis -are (CIC. div. in Caec. 70 iudiciis ... -atis paucorum vitio ac turpitudine. Tusc. 1, 72; phil. frg. IX 12 vitiis et sceleribus -atos deprimi in tenebras atque in caeno iacere docuerunt. LACT. epit. 10, 4 cur igitur *Iuppiter* optimus maximus nominatur, cum se et peccatis -verit. VVLG. lev. 18, 24 nec polluamini in omnibus his, quibus -atae sunt universae gentes). RHET. Her. 2, 16, 24 non imprudentia se defendet, sed culpa -bit. 2, 19, 29 si complures scelere se -erunt (CIC. S. Rosc. 116 quo *maleficio* iste sese non -arit. har. resp. 35 nomen quidem populi Romani tanto scelere -vit, ut. Cluent. 129. off. 3, 37 videant, an se scientes scelere -ent. phil. frg. IX 12. BELL. Afr. 46, 2 nefario scelere -atos. BELL. Hisp. 16, 4 hospitium scelere -asse. RVT. LVP. 1, 9 scelere -atis hominibus. LIV. 39, 16, 11 *dii* suum numen sceleribus libidinibusque -ari indigne ferebant. TAC. ann. 1, 35 *Germanicus* quasi scelere -retur. LACT. inst. 1, 18, 2 haec non digna, propter quae homines inexpiabili se scelere -ent. 5, 1, 1 -ari atque adstringi. VVLG. Ios. 7, 13 qui hoc -atus est scelere). CIC. Catil. 1, 29 si ... clarissimi viri Saturnini ... sanguine ... se non -arunt (VAL. MAX. 3, 8 ext. 3 iniusto praetorum cruore manus suas -are perseveravit [*cf. p. 630, 6*]. SEN. Med. 264 nullus innocuum cruor -vit. S. C. de sumpt. lud. glad. [Corp. II 6278] 7 omnis pecunia horum principum pura est, nulla cruoris humani adspergine -ata, nullis sordibus foedi quaestus inquinata. *ibid.* 14). CIC. dom. 108 qui aliqua se contagione praedae -erunt. or. frg. A IX 7 stupris se omnibus ac flagitiis -vit (SEN. Phaedr. 690 illa se tantum stupro -vit. AVG. civ. 1, 16 an stupris ... -ari potuerit virtus animi sine voluntatis assensu). Phil. 2, 110 an supplicationes addendo diem -ari passus es, pulvinaria -ari noluisti. Tusc. 5, 56 sex suos *Marius* obruere consulatus et -are extremum tempus aetatis. epist. frg. XVIII 5 floremque aetatis ... -atum. LVCR. 3, 383 nec removet satis a proiecto corpore et illum se fingit sensuque suo -at astans *homo*. CAES. Gall. 7, 43, 3 *Haedui* -ati facinore et ... timore poenae exterriti. LIV. 4, 4, 5 an esse ulla maior ... contumelia potest, quam partem civitatis velut -atam indignam conubio haberi. 29, 18, 8 sacrilegas admovere manus intactis illis thensauris et ... se ipsos ac domos -are suas (VAL. MAX. 6, 1, 2 ne probro -retur domus. LIB. iubil. 30, 7 mulier comburetur igni, propter quod -verit domum patris sui. ASSVMPT. Moys. 5, 3 -bunt inquinationibus [ingenationibus *cod.*] domum servitutis suae). FEST. p. 364 violare sacra et -are (HYG. fab. 88 p. 85, 2). VAL. MAX. 3, 1, 3 manum quae publico parricidio se non -ret (SEN. Oed. 389 *scire volunt* -arit rege quis caeso manus). 5, 3 ext. 3 *Oedipodis* caede patris nuptiis matris -ati. SEN. dial. 1, 2, 11 dum ... illam sanctissimam animam indignamque quae ferro -retur, manu educit. PETRON. 108 ut quisquam ingenuos contra fas legemque -et. PS. QVINT. decl. 3, 9 indignis vocibus -atus (*syn.* contumelia percussus). PLIN. paneg. 63 auspicia polluere sacratumque campum nefario auderent -are vestigio. SVET. Aug. 65 Iulias filiam et neptem, omnibus probris -atas, relegavit (Vit. 4 inter Tiberiana scorta ... omnibus probris -atus. EVTR. 8, 22 probris se omnibus -vit). Nero 29 pudicitiam usque adeo prostituit, ut -atis paene omnibus membris ... excogitaret. Vesp. 9 amplissimos ordines, et exhaustos caede varia et -atos veteri neglegentia, purgavit. Dom. 8 ne qua religio deum impune -retur. APVL. apol. 44 ablegatus est ... ne familiam -ret. Socr. 4 p. 128 nullus deus miscetur hominibus ... eorum sublimitatis specimen est, quod nulla attrectatione nostra -antur (*cf. l. 56*). TERT. spect. 8 loca nos non -ant per se, sed quae in locis fiunt, a quibus et ipsa loca -ari altercati sumus; de -atis -amur. idol. 13 cum ... tuam conscientiam -es. nat. 1, 4 pudicitiam, quam ne⟨c⟩ oculis -amus. pudic. 20 nondum enim caro a Christo manumissa ... impune -batur. anim. 48 ne regiis ferculis -rentur *Daniel eiusque socii al.* (VVLG. lev. 7, 18 quaecumque anima tali se edulio -verit, ... rea erit. Os. 9, 4 omnes qui comedent eum [*i. panem*], -buntur. Tob. 1, 12 numquam -atus in escis eorum *gentilium*). VOPISC. Aurelian. 21, 7 infamiae tristioris ictu -vit imperium. ARNOB. nat. 3, 28 divinitatis substantiam tam foedis polluat aut -et criminibus. LACT. inst. 1, 20, 25 libidinibus effrenatis omnem sexum et omnes corporis partes -antibus. 4, 27, 5 seque vero sacrilegio -rent. 7, 16, 4 *princeps futurus* -bit diripiet spoliabit occidet. HIL. ad Const. 1, 2 qui timent dominum ... non polluantur aut -entur exsecrandis blasphemiis. AVELL. p. 21, 26 populum perfidiae labe -at. AMM. 29, 2, 23 si se -asset insontium poenis. HYG. fab. 120 p. 104, 2 dicitque Iphigenia eos sceleratos signum *Dianae* -asse (*opp.* expiare). HEGES. 5, 16 ne pios macula -ret. HIER. in psalm. 115 p. 84, 9 mors in lege -ata est et -at (VVLG. lev. 21, 1 ne -etur sacerdos in mortibus. num. 6, 7 nec super ... fratris sororisque funere -bitur. lev. 21, 11 super patre quoque suo et matre *mortuis* non -bitur. Ezech. 44, 25 in quibus *mortuis* -buntur, *syn.* polluere, *opp.* emundare). HIER. c. Lucif. 5 p. 159[B] infatuato sale ... ecclesiae saporem -as. virg. Mar. 16 -asti sanctuarium spiritus sancti (VVLG. lev. 20, 3 et -verit sanctuarium meum). PELAG. in Rom. 3 p. 659[D] foetore doctrinae suae et adulatione -ans et interficiens audientes. VVLG. lev. 11, 43 nolite -are animas vestras (CAEL. AVR. chron. 1, 4, 60 quod sacram -et animam). 13, 59 quomodo mundari debeat vel -ari. 19, 29 ne -etur terra et impleatur piaculo (Ier. 2, 7 -astis terram meam. AVG. serm. 24, 2 quia -ata est terra in sanguine. *cf.* VVLG. psalm. 105, 39 infecta est terra in sanguinibus et -ata est in operibus eorum). VVLG. Os. 5, 3 -atus est Israel. Mal. 1, 12 mensa domini -ata est. 2, 11 quia -vit Iudas sanctificationem (IV Esdr. 15, 25 nolite -are sanctificationem meam). Ioh. 18, 28 ut non -rentur, sed ut manducarent Pascha. AVG. civ. 9, 16 p. 389, 16 *sqq.* nulla attrectatione hominum -antur *dei*. ergo daemones -ari fatetur, et ideo eos, a quibus -antur mundare non possunt omnesque immundi pariter fiunt. *et saepius*. p. 390, 12 si non -antur sidera, cum videntur ... nec daemones hominum -antur aspectu *al.* 9, 17 nec carne posse -ari veram divinitatem. 19, 23 christianos vero pollutos ... et -atos et errore implicatos esse dicunt (conf. 4, 15, 25 errores et falsae opiniones vitam -ant, si rationalis mens ipsa vitiosa est). retract. 2, 17 utrum ... mali -ent bonos et quemadmodum non -ent. serm. 26, 4 porci autem sunt -ati caeno voluptatum carnalium (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 9, 3 p. 959[B] *nec* nos debemus praesentis vitae voluptatibus -are). AVG. quaest. hept. 4, 27 Moyses et Aaron ... -ari tamen ab eis (*Chore et al.*) minime potuerunt. ZACCH. 2, 14 p. 1135[A] *Sabelliani* plenitudinem solidae maiestatis sacrilega traditione -ant. 3, 5 p. 1157[B] qui -ati mulierum conventibus non fuerunt. PS. PHOEBAD. fid. 3 p. 39[B] malum ... audientium sensus quadam labe -ans contagione vitii adhaerentis inficit. COD. Theod. 16, 6, 1 (*a. 373*) qui ... eam gratiam (*baptisma*) iterando -verit. 16, 5, 27 (*a. 395*) profana mente omnipotentis dei -are mysterium. VINCENT. LER. 4, 6 quando Arrianorum venenum ... paene orbem totum -erat. 8, 13 ne unius ovis dirum contagium ... gregem Christi venenata permixtione -et. ENNOD. dict. 2, 6 p. 432, 9 ni ... quod illos actione perculit nos loquela -et. SERM. Caspari Anecd. p. 217, 4 ubi (*in caelo*) nec tinea nec aerugo -at *omisso obiecto* (*cf.* VVLG. Matth. 6, 19). *nota*: ENNOD. dict. 6, 6 p. 442, 7 nisi secentur tabefacta -ant. *i. q. immundum, -atum declarare*: VVLG. lev. 13, 11 -bit itaque eum sacerdos. 13, 20. 25. 27. 30 *al.*

b *i. q. dehonestare, stuprare*: GLOSS. IV 247, 34 incestat -at violat (*cf.* V 304, 46 *p. 629, 50*). SEN. contr. 1, 2, 3 ne reliquae virgines -rentur. 7, 6, 14 omnes poenas qui -assent dominas suas,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

darent (contr. exc. 7, 6 daturos poenas qui -assent). AVG. civ. 7, 24 animam ... immundis spiritibus prostitutam deos sibi multiplicare, quibus -anda prosterneretur. quaest. hept. 1, 167 qui tantam ... iniuriam fecerunt in eius filia -anda.

II *latiore sensu i. q. tangere, contingere*: GLOSS. IV 42, 12 -are contingere (*cf.* DON. Ter. Andr. 16 -are contingere est). TERT. apol. 17 quod comprehendi *potest, minus est* manibus, quibus -atur. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 32 *partes corporis* quae passione -atae non fuerint.

syn. et iuxta posita: *ad IA*: commiscere, compilare, confundere, perturbare. *ad IB1*: foedare, maculare, polluere, spurcare. *ad IB2*: coinquinare, indigne contrectare, implere piaculo, inquinare, miscere, obruere, polluere, temerare, violare. *ad II*: contingere.
opp.: *ad IB2*: emundare, expiare, mundare (pius, purus).
deriv.: contamen — contaminator.

part. perf. pass. pro adi.: **contāminātus,** -a, -um. *i. q. maculosus, foedus, sceleratus, turpis, interdum additur qua re*: GLOSS. contymata (?), -a, coinquinata, inquinatum. IV 526, 41 incesta, ... coinquinata, -a. μεμιασμένος. **1** *de personis*: CIC. Verr. 3, 134 Apronium, hominem vix liberum, -um (Cluent. 97 homo ... multis flagitiis -us. dom. 23 homini post homines natos ... -issimo. prov. 14 homini sceleribus flagitiisque -issimo. VOPISC. Car. 16, 1 homo omnium -issimus). HOR. carm. 1, 37, 9 -o cum grege turpium morbo virorum (*cf. l. 53*). LIV. 2, 37, 9 indignatio oborta se ut consceleratos -osque ab ludis... abactos esse. ARNOB. nat. 7, 42 quid ex hoc facto labis potuit et foeditatis ecfluere, quod aut circum faceret minus purum aut Iovem -um. LACT. inst. 1, 18, 10 si quis unum hominem iugulaverit pro -o et nefario habetur. VVLG. lev. 13, 45 -um ac sordidum se clamabit (*i. immundus.* 17, 45 Ier. 3, 1 Agg. 2, 15). I Tim. 1, 9 lex iusto non est posita, sed ... sceleratis et -is. AVG. civ. 9, 16 *ut* vivant utrique *homines et daemones* -i ... -oribus dii miscentur daemonibus ... an forte dii possunt ab hominibus -os mundare daemones (*cf.* RVSTIC. c. aceph. p. 1251^{C} fuge participationem -issimi daemonis). **2** *de rebus*: CIC. Cluent. 194 deorum mentes non -a superstitione ... posse placari. dom. 108 extra -am illam et cruentam P. Clodii manum. har. resp. 26 quos *libros* tu ... -is manibus attrectas. Pis. 20 ut ... collegae tui -um spiritum pertimescerem. Scaur. 13 quibus familiis quam foedis, quam -is (APVL. apol. 75 domus eius tota lenonia, tota familia -a). TERT. pudic. 4 si adulterium et si stuprum dixero, unum erit -ae carnis elogium. 22 -a potius corpora revocabis quam cruentata? PANEG. 9, 4 libido stupris omnibus -a. LACT. inst. 2, 14, 11 spiritus -i (*i. daemones*) ac perditi per omnem terram vagantur (5, 21, 3). HIL. in Matth. 7, 2 quae *turba* vitiosa labe corporis -a (*i. leprosi*). PS. ASCON. div. in Caec. p. 124 corrupta iudicia sunt in iis, qui acceperunt pecuniam, -a in iis qui offensione ordinis infamantur. RVFIN. Basil. hom. 5, 5 -os et indociles animos ac vafros sapientia a suis auditoribus abigit et excludit. PRVD. cath. 7, 65 *Iohannes* horrens inquinari ac pollui -is oppidorum moribus. AVG. civ. 1, 9 homines, quorum sibi vita -issima et consceleratissima displicet. c. Secundin. 2 p. 907, 14 de summo deo mendaciis -issimis contextam atque confictam putas esse veritatem.

pro substant. **contāminātus,** -ī: TAC. ann. 15, 37 nisi ... uni ex illo -orum grege ... in modum sollemnium coniugiorum denupsisset (*syn.* foedatus, corruptus. *cf. l. 24*). *neutr. plur. subst.* **contāmināta,** -ōrum: CIC. top. 18, 69 ut anteponantur ... innata atque insita adsumptis atque adventiciis, integra -is. FRONTO p. 151, 6 N. ut ... cola synonymorum ratione converteres, ut de volgaribus elegantia, de -is nova redderes. 162, 1 N. polluta et -a et varia et maculosa maculosioraque quam nutricis pallium. TERT. spect. 8 *v. p. 630, 23.* ITALA lev. 10, 10 (Aug. loc. hept. 3, 17 p. 573, 25 quaest. hept. 3, 33) distinguere inter medium mundorum et -orum (βεβήλων, Lugd. profanos, VVLG. profanum).

adv. **contāminātē**: PS. AVG. quaest. test. I 126 p. 2376 si ignoret quis deum et turpiter et -e versetur.

syn.: consceleratus, corruptus, cruentatus, foedatus, foedus, lenonius, maculosus, nefarius, perditus, pollutus, minus purus, sceleratus, sordidus, turpis, vitiosus. *opp.*: corruptus, integer, mundus, novus, sanctus. *comp.*: incontaminatus. *Goetz.*

×contārius, -ī *m.* [*a* contus, *cf. c.* contatus. *Th.*]. *i. q. miles conto armatus*: CONST. veteran. 47 p. 1978 (*a. 133*) alae v Vlpiae contar(iorum). 60 p. 1985 (*a. 148*). CORP. III 4183 ex praef. alae -orum. 11081 a(lae) p(rimae) c(ontariorum) Anto(ninianae). V 5266. VIII 9291 *et saepius in titulis cf. Daremberg-Saglio II p. 1495, qui restituit etiam* CAPITOL. Maximin. 10, 2 placuerat ut -ii (contrarii *cod.*, coniurati *Gemoll*) cum eo transirent.

[contasis]. ORIBAS. syn. 1, 17 olivas albas sale -is (ἁλμάδα, *leg. videtur* contactas *vel* contusas).

contātio *sim. v.* cunctatio *sim.*

contātus, -i *m.* [*a* contus; *cf.* contarius, *gr.* κοντοφόρος. *Th.*]. *i. q. contarius*: VEG. mil. 3, 6 utrum -is an sagittariis amplius valeant *hostes.* 3, 16 it. ut loricati omnes et -i iuncti sint peditibus. *ibid. iterum.* 4, 17. [*corrupt.* GLOSS. V 492, 42 *v.* 2. bassus.]

contāxo, -āre *a* con *et* taxare. PS. AVG. un. trin. p. 1207 trinitati contaxatur *spiritus sanctus* (*i. adnumeratur*).

contechnor, -ātus sum, -ārī [*a* con *et* techna, *cf. c. gr.* κατατεχνάζεσθαι, κατατεχνεῖν. *Th.*]. *i. q. machinari*: PLAVT. Pseud. 1096 vide modo, ne illic sit contechnatus quippiam. *L.*

contēctālis socius qui in domo una habitat GLOSS. *a* con *et* tectum.

? **contēctio,** -ōnis *f. a* contegere. AVG. c. Iul. 2, 6, 16 ecce unde illa confusio, ecce unde contectio (*Paucker, Weigel,* contextio *codd. fort. recte*) et succinctio foliorum (*cf. ibid.* succinctoriis vel praecinctoriis ... lumbos hominum contegi).

×contego, -tēxī, -tēctum, -ere. *a* con *et* tegere. GLOSS. IV 37, 26 tetigit, contingit (*contaminata?*). 324, 13 contectum: obscurum. *legitur inde a* TER. ACC. *deest apud* LVCIL. CATON. VARRON. RHET. Her. PVBLIL. SALL. HOR. RVT. LVP. GERM. VELL. SCRIB. LARG. MELAM ASCON. PERS. IVV. FLOR. COMM. ITIN. Silv. *frequentant*: CELS. (27^{ies}) COLVM. (28^{ies}) PLIN. nat. (18^{ies}) APVL. (32^{ies}).

I ***proprie***: *i. q. operire, tegere, sive occultandi sive tuendi causa*: **A** *generaliter*: **1** *adiecto abl. instrumenti*: ACC. trag. 317 nec perdolescit fligi socios, morte campos -i (contigi *codd. Nonii*). 540 pro veste pinnis membra textis -it (SVLP. SEV. dial. 1, 25, 3 saetis suis pro veste -ctas). CIC. Arat. 204 ipseque caerulea -ctus nube feretur (PLIN. nat. 11, 104 VAL. FL. 1, 279). 356 Piscis nec totus ad umbras iactus, sed supero -ctus corpore cedit. Sest. 82 messoria se corbe -xit. CATVLL. 64, 64 non -cta levi velatum pectus amictu (VERG. Aen. 12, 885 caput glauco -xit amictu. AMM. 30, 5, 18 amictu squalenti). CAES. civ. 2, 10, 5 ut trabes erant in capreolis collocatae, lateribus (in lateribus *Oz; pars codd. recc.; om. rell.*) luto (lutoque *Ald.*) musculus, ut ab igni tutus esset, -itur. 2, 10, 6 coria ... centonibus -untur. 3, 24, 1 *Antonius* scaphas navium magnarum circiter LX cratibus pluteisque -xit (LIV. 10, 38, 5 ibi ... locus est consaeptus cratibus pluteisque et linteis -ctus). BELL. Afr. 47, 6 scutisque capita -bant (FRONTIN. strat. 1, 5, 27 *v. l. 34*). NEP. Alc. 10, 6 mulier ... muliebri sua veste -ctum aedificii incendio mortuum cremavit (CELS. 3, 6 eademque [*veste*] crura, pedesque -ere. 3, 19. 6, 9. FRONTIN. strat. 1, 5, 27 ora scutis, crura veste -ere. TAC. Germ. 40 vehiculum veste -ctum. APVL. met. 2, 23. 32. 3, 8. 7, 27. IVST. 14, 61, 2 veste crura -isse fertur. VVLG. lev. 13, 45 habebit ... os veste -ctum [περιβαλέσθω]. SVLP. SEV. Mart. 3, 3. VEN. FORT. vita Radeg. 35, 81). LIV. 8, 7, 22 spoliisque -ctum iuvenis corpus. 38, 7, 6 cuniculum occultum vineis ante -cto loco agere instituit. 38, 7, 7 eius operis, quod vineis -ctum erat. 40, 22, 4 adeo omnia -cta erant nebula. MANIL. 5, 610 et magnum vasto -xit corpore pontum. VITR. 8, 1, 2 *aquae* arborum umbris -ctae. PAVL. FEST. p. 12 tecta castrensia quamvis pellibus -antur (CVRT. 5, 12, 16 vehiculum pellibus undique -ctum. MART. 12, 45, 1 haedina tibi pelle -enti ... tempora. TAC. ann. 2, 13 -ctus umeros ferina pelle. SVET. Nero 29 ferae pelle -ctus. APVL. met. 4, 14. HYG. astr. 2, 13 ossa αἰγὸς caprina pelle -cta. 2, 15). VAL. MAX. 1, 7 ext. 9 *pallio* interfectus et insepultus iacens -ctus est. 9, 1, 5 Attalicis aulaeis -ctos parietes. CELS. 5, 26, 33 quidquid impositum est, betae folio -endum est (5, 28, 14. 6, 6, 31). 5, 28, 3 linteolo (7, 26, 5. 8, 4 *bis.* ARNOB. nat. 5, 23 ad mendacia vulneris laneis fasciis linteolisque -ctum). 6, 3 in iis partibus, quae pilis -untur. 6, 18, 7 cerato. 7, 5, 2. 7, 6 si capillis -untur (PHYSIOGN. 73). 7, 18 haec ... tunica -untur. 7, 19 *inguen* pube -itur. 7, 33 linamentis. 8, 1 cute (APVL. Plat. 1, 16. PHYSIOGN. 96 frontem habet non tenui cute, sed pleniore carne -ctam). PHAEDR. 1, 11, 4 -xit illum frutice. SEN. Herc. O. 1933 fulvā pellis -cta iubā laevos operit dira lacertos vallantque ferae tempora dentes. CVRT. 4, 7, 16 *sedes consecrata deo* cadente sole -cta est. 5, 4, 4 omnia -i frondibus (COLVM. 2, 2, 11. PLIN. nat. 21, 96). 8, 9, 29 tantarum beluarum corpora tota -unt auro. COLVM. 1, 6, 12 horreum camara -ctum. 2, 10, 5 quo altius largiore humo -atur. 3, 11, 4 vel stercore vetusto ... vel de vepribus egesta humo pastinatum large -i. 5, 5, 14 palmitibus uvae -antur. 5, 6, 6. 13. 8, 15, 1. 5. 9, 8, 11. 12, 7, 4. 12, 16, 3. 12, 47, 6. 12, 48, 1. 12, 49, 5. 12, 52, 8. 12, 56, 3. 12, 58, 2 eamque operculo -ctam pelliculato. LVCAN. 7, 586 plebeia -ctus casside voltus. PETRON. 114 meaque tunica -ctus. PLIN. nat. 6, 91 quarum superficie familias habitantium -i. 7, 30. 8, 125. 9, 83. 15, 43 parvarum genus arborum post autumnum fimo -unt. 16, 36 scandula -ctam fuisse Romam. 18, 297 ubi stipula domos -unt. 30, 30. 34, 111. 36, 186. VAL. FL. 4, 178 *spelunca* dorso -cta minanti. SIL. 5, 657 nimboque ruente per auras -ctus. 4, 626 corporibus clipeisque simul galeisque cadentum -itur Trebia. FRONTIN. strat. 2, 5, 6 alga eas (*paludes*) -erunt. TAC. ann. 15, 44 ferarum tergis -i (SVLP. SEV. chron. 2, 29, 2). PLIN. paneg. 12, 1 -cti caedibus campi. APVL. met. 3, 8 quo (*lectulo*) peremptorum cadavera -cta fuerunt. 4, 6 parva casula cannulis -cta. 5, 1 parietes omnes argenteo caelamine -untur. 6, 14 angusti canalis exarato -cti tramite. 7, 4 quos insutu laciniae -erat. 7, 8 mitellaque textili -cto capite. 8, 27 deamque serico -ctam amiculo (MART. CAP. 1, 7). 9, 24 eundem illum subiectum -it viminea caveā. 9, 30 inspersu cineris pleramque eius anteventulae -bant faciem. 10, 3 laciniaque -ens faciem. 10, 8 orificium urnae manu -ens. 10, 30 aurea tiara -cto capite. *ibid. puella* caput -cta fulgenti galea. 11, 23 linteo rudique me -ctum amicimine. PS. APVL. Ascl. 8 nisi eum mundano integimento -ret. MIN. FEL. 9, 5 infans farre -ctus. SOL. 2, 38

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lynces egestum liquorem ilico harenarum tumulis ...-unt. 19,8 quorum aures adeo in effusam magnitudinem dilatentur, ut reliqua viscerum illis -ant (-unt *M*). 52,52 ut per ipsos sinus pars intima vix tenui libro -atur. ARNOB. nat. 2,66 corticibus -i et amiciri. 5,16 quibus (*lanis*) la deficientem -xit. PORPH. Hor. ars 124 quam (*scrobem*) ... in summo breviter cinere -xit. HIL. in Matth. 10,11 *serpens* id (*caput*) ... collecto in orbem corpore -at. AVSON. 298,20 quid memorem Pario -ctum marmore fontem. AMM. 17,7,7 *ruinae* magnitudine oppressi isdem adhuc mólibus -untur. 21,12,18 scutorum densitate -ctus (24,2,5 clipeorum densitate -cti. 24,5,6). 23,3,11 testudo -itur coriis bubulis. 24,4,4 scutum, quo -ctus. 24,6,8 -cti scutis oblongis et curvis. 25,1,18 campos cruore et corporum strage -xit. CARM. de mens. 2,13 -ctam Myrto Venerem veneratur Aprilis. HIER. epist. 51,5 aut quae corpora -bat Adam et Eva foliis ficus ...? 22,25 obducto velamine ora -xi. AVG. c. Iul. 2,6,16 quid enim tam in promptu est quam succinctoriis vel praecinctoriis, quae graece περιζώματα nuncupantur, lumbos hominum -i vel praecingi. PHYSIOGN. 5 pectus non nimia carne -ctum. 81 cum pupillae pars magna palpebra inferiore -itur. MARCELL. chron. II p. 90, 472,19 Vesuvius ... omnem Europae faciem minuto -xit pulvere. GREG. TVR. glor. conf. 18 (*mons*) tanta densitate labrucae -ctus (contentus *al.*). CARM. epigr. 281,2 dumis -cta lavacra. 1168,4 nec (*patris*) manibus lumina -ere. *abl. modi*: PETRON. 132 verberum notas arte -xi. *abl. limit.*: APVL. met. 9,20 probeque capite -ctum amatorem.

2 *cum acc. solo*: CIC. Arat. 157 quas -it (contigit DH^1) omnis formidans acrem morsum Lepus. 398 caudam -it umbra. 452 linquens vestigia parva antepedum -cta. off. 1,126 eas (*partes corporis*) -xit atque abdidit *natura*. CAES. Gall. 7,85,6 agger ... ea, quae in terra occultaverant Romani -it. civ. 2,4,2 piscatoriasque *naves* adiecerant atque -erant. 2,14,1 cum ... arma vero omnia reposita -ctaque essent. OV. met. 9,391 sine munere vestro -at inductus morientia lumina cortex. hal. 34 *polypus* semper ei similis quem -it. LIV. 10,38,8 erat cum alius apparatus sacri ... tum in loco circa omni -cto arae in medio victimaeque circa caesae et ... centuriones. VITR. 10,15,3 quibus (*laterariis*) contabulatio circumdata -bàt inferiora. PAVL. FEST. p. 333 quod ignoraverant -ere ut quidam, fulgur conditum. SEN. suas. 2,3 montes perforat, maria -it (*i. ponte consternit*) *Xerxes*. CELS. 4,1 -it ... universa haec omentum. 5,25,4 aqua quae id -at. 5,28,3 diligenter nervis ... ante -ctis. 6,18,2 ubi vero glans -cta est (7,25,2). 7,7,8 -cto oculo (*ibid.* ne -i oculus non possit. 7,7,9. 10). 7,26,1 ut incisum colem integra pars cutis -at. 7,33.8,1. PHAEDR. app. 1,2 -ere honeste posset ut nudas nates. SEN. epist. 97,2 ut picturae quoque masculorum animalium -antur. CVRT. 5,4,8 platani quoque et populi -unt ripas. 7,9,15 quarum stipites hedera -erat. COLVM. 1,5,2 si fictilibus tubis in -ctam cisternam deducatur *aqua*. 2,11,4 cum sata sulcos -erint. 7,9,10 -i non debet. 11,3,38. 12,16,2. 12,44,7 *bis*. 12,50,2. 12,56,3 sic infundito sinapi, ut a iure -atur. PLIN. nat. 2,240. 4,95 nuda alioqui corpora praegrandes ipsorum aures tota -ant. 18,358 cum -ctus ignis e se favillam discutit. FRONTIN. aq. 19 -ctis piscinis (SVET. Nero 31). TAC. ann. 12,47 diversis et -ctis vehiculis abduntur. PLIN. epist. 10,98,2 eam (*cloacam*) -i. TRAIAN. Plin. epist. 10,99 aquam. APVL. met. 1,7 unam e duabus laciniis meis exuo eumque propere vestio dicam an -o. *ibid.* lacinias, quas boni latrones -endo mihi concesserant. 8,5. 10,18 *carpenta* partim -cta, partim revelata. 10,31 quorum capita cassides ovatae stellarum apicibus insignes -bant. mund. 30 speciesque innumeras modo propalam, saepe -ctas ab uno ... principio agitari iubet. ANTH. 462,7 classis -erat aequor. SOL. 2,47 *Diomedeae aves* sic -unt subtercavata. 37,2 *Euphrates* ad instar Aegyptii amnis terras -ens (AMM. 29,6,17 Tiberis ... omnia paene -xit. PS. RVFIN. in Am. 9,5 qui (*Nilus*) cum inundatu annuo Aegyptia arva -erit. HIL. in Matth. 28,1 se in minimis suis ... et peregrinationibus confoveri et nudis -i (*cf.* VVLG. Matth. 25,36 cooperuistis me. 25,38 cooperuimus te. PAVL. NOL. epist. 13,22 in omni egeno et paupere Christum cibari potari -i visitari. EVG. TOLET. carm. 2,7). myst. p. 10,31 cum a Sem et Iaphet -itur (*cf.* VVLG. gen. 9,23 operuerunt. HIL. myst. p. 12,9 texerint). p. 12,8 nudi nuditas patris ridetur ab uno et rursum -itur a duobus. AVIEN. orb. terr. 1201 aurum tecta operit, sola late -it aurum. Arat. 1639 radios quoque crassior umbra -it. DICT. 3,7 Patroclus ... cautius -ctus. AMM. 23,6,83 pedites in speciem mirmillonum -cti. 24,2,10 laminae totius hominis speciem -bant. HIER. epist. 18,10 pedes -ant (*syn.* pedum velare vestigia). VVLG. psalm. 54,6 -erunt (ἐκάλυψε) me tenebrae. Sirach 38,16 secundum iudicium -e (περίστειλον) corpus illius. RVFIN. hist. 3,6,13 nox plena mortis cuncta -erat. 6,2 scit quae intrinsecus -untur. AVG. civ. 14,21 pudenda esse -cta. in Iob p. 592,23 non ad abscondendum lux -it, sed ad manifestandum. SVLP. SEV. dial. 2,1,5 pauperem -ctum discedere iubet. 2,4,4 campos omnes late patentes confluentium multitudo -erat. MART. CAP. 8,841 cum ... Leo oritur, Coronae reliqua -untur. DRAC. laud. dei 2,34 omnia -it implens *spiritus*. EVGRAPH. Ter. Haut. 460 relevi dolia omnia: linire est -ere et operire, contrarium est relevi, id est, aperui. VEN. FORT. vita Radeg. 34,78 cuius (*monachae*) ex humore sanguis -erat oculum. CORP. IX 3152 balineum solo s. p. aedificavit et -xit. X 3310 in cuius honorem basilica haec adquisita -ctaque est. *acc. gr.* APVL. met. 8,10 probe vestes -ctus.

3 *seq. praepositiones*: in *c. abl.*: TAC. Germ. 46 nec aliud infantibus ... suffugium quam ut in aliquo ramorum nexu -antur. HYG. astr. 2,13 eum (*Erichthonium anguem*) dicitur Minerva in cistula quadam ut mysteria -ctum ad Erechthei filias detulisse. RVFIN. apol. 1,39 in suo sinu -at furtum. ex: PS. APVL. Ascl. 34 omnia a superiore illo mundo quasi ex vestimento esse -cta. sub *c. abl.*: ARNOB. nat. 3,13 illa ... quae sub costis earumque sub cratibus cutes -unt atque omentorum membranulae. super *c. acc.*: ITALA exod. 10,15 (Ottob.) -erunt (ἐκάλυψε, VVLG. operuerunt) super faciem terrae Aegypti vastantes omnia *locustae*.

B *speciatim*: *i. q. sepelire*: CIC. Arch. 24 tumulus qui corpus eius -erat. Phil. 14,34 nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed -ctos publicis operibus atque muneribus eaque constructione. PROP. 1,22,8 tu nullo miseri -is ossa solo. OV. epist. 15,274 hic Taenaria -ar exul humo (PLIN. nat. 7,187 [*interpol.?*] sepultus vero intellegitur quoquo modo conditus, humatus vero humo -ctus. MIN. FEL. 11,4 nec intersit, utrum ferae diripiant an maria consumant an humus -at an flamma subducat. APVL. met. 1,19 ubi defletum pro tempore comitem misellum arenosa humo in amnis vicinia sempiterna -xi). Pont. 1,2,60 ne mea Sarmaticum -at ossa solum. LIV. 26,25,13 eos uno tumulo -rent (VAL. MAX. 6,1 ext. 1 CVRT. 7,9,21. VAL. FL. 5,58 ossaque nec tumulo nec separe -at urna. CARM. epigr. 1012,4 hóc Marius Fidens -or á tumulo). CARM. epigr. 965,1 (*p. Chr. 10*) levis tellus mea -et ossa (= 966,1). SEN. epist. 92,34 ignis illud exedat an terra -at. LVCAN. 4,810 nullo -ctus Curio busto. VAL. FL. 1,814 nec membra sepulchro -at (CYPR. GALL. deut. 283 nullo -ctus membra [*acc. gr.*] sepulchro). SIL. 16,42 super -xere herbida lapsos pondera, et in tumuli concessit caespes honorem. TAC. hist. 1,49 Galbae corpus humili sepultura in privatis eius hortis -xit (DICT. 3,14 una atque eadem sepultura cum carissimo sibi omnium -i). ITALA Ezech. 26,19 (Weing. Wirc.) -et (κατακαλύψει, VVLG. operuerint) te aqua multa. ARNOB. nat. 6,6 -ere cineres atque ossa et functorum corporum sepulturas esse. *ibid.* quibus templis -antur. DICT. 3,21 uno eodemque funere cum Alexandro -itur. CARM. epigr. 1021,2 usta cinis proprio -at ossa solo. 1033,8 Terpsichorenis tellús -at ossa levis. 1173,2 -or hoc titulo. 1268,3 altera -xit tellus, dedit altera nasci.

II *in imagine et* ***translate***: *i. q. operiendo vel defendere vel occultare vel conservare*: TER. Hec. 401 et illi miserae indigne factam iniuriam -eris. CIC. prov. 8 *libidines* fronte et supercilio, non pudore et temperantia -bat. CATVLL. 64,334. VAL. MAX. 5,7 ext. 1 impium pectoris vulnus pia dissimulatione. TAC. hist. 2,77 operiet et recludet -cta et tumescentia victricium partium vulnera bellum ipsum. 3,73 alii fide clientium -cti et inter sarcinas abditi. ann. 13,13 Agrippina ... *iuveni* suum cubiculum ac sinum offerre -endis quae prima aetas et summa fortuna expeterent. APVL. met. 9,18 fide tenebrarum -ctus atque absconditus. ARNOB. nat. 1,2 summotis ... omnium contentionum studiis, quibus obscurari et -i contemplatio rerum solet. 5,41 quod graviter foedorum verecundia -bat. 7,29 causam ... perspicuam nec caliginis alicuius obscuritate -ctam. HIL. in Matth. 6,4 in multis vestitu ovium rabies lupina -itur. 21,9 synagoga infidelis ... impudentiae suae foeditates ... infructuosis esset verborum velamentis tamquam ficus foliis -ura (*ibid.* pudorem suum Adam et Eva huius arboris foliis texerunt). 25,5 veterum exinde peccaminum, quibus antea -batur, erit tunicam relaturus. 32,3 cuius maiestate audita vestem sibi discidit, ipsum videlicet quo -batur velamentum legis abrumpens. ad Const. 1,3 ut inclusam perniciosam corruptelam inquisitorum verborum velamine -ant. trin. 6,8 ut per quod se virus latens (*haeresis Arrianorum*) -it, per id ipsum proditum sit. PRISCILL. tract. 7,117 p. 85,15 perpetua luce -cti (*de beatitudine caelesti*). HIER. epist. 18,15 cetera quae ipsius prophetiae sermo -xit (PS. RVFIN. in Am. 7,1—3 prophetali sermonem suum more -xit). PELAG. in II Cor. 11 p. 800^B sub contemplatione euangelicae praedicationis -at rapacitatem. PS. RVFIN. in Am. 6,13 gratissimus sensus et qui elocutionis sit genere -ctus. PS. PHOEBAD. fid. 3 p. 39^A quomodo malignos sensus tuos occulta fraude ... -res. COD. Theod. 7,4,21 (*a. 396*) tantum nefas simili taciturnitate -erint. EVSTATH. Bas. hex. 9,3 p. 958^C ursorum segnior natura est, mens aspera, subdola et non minus saetis quam simultate -cta. ILDEFONS. vir. ill. praef. si ... gloriosorum virorum clarescentem memoriae lucem tenebrosi nube silentii -issem. CARM. epigr. 480,7 pignus amoris pectore -itur memor⟨i⟩ dulcedine mentis.

contemero, -āvī, -āre *a* con *et* temerare. GLOSS. corrumpo. OV. am. 2,7,18 sollers ornare Cypassis obicitur dominae -asse torum. MART. epigr. 10,2 ausus tam notas -asse manus. RVFIN. hist. 5,28,15 divinas scripturas absque ullo timore -ant et corrumpentes eas emendare se dicunt (ἐπέβαλον τὰς χεῖρας, λέγοντες αὐτὰς διωρθωκέναι).

? **contemnalis.** GLOSS. IV 36,28 contemnalis senex: emptus manu[m] missus et tutor, auctor factus (coemptionalis *conicit Goetz et confert* PLAVT. Bacch. 976 nunc Priamo nostro si est qui emptor, comptionalem senem vendam ego). *Burger.*

contemnificus *a* contemnere *et* facere. GLOSS. V 639,33 con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

temnificum contemtorem. LVCIL. 654 ego enim contemnificus fieri et fastidire Agamemnonis.

×contemno, -tempsī, -temptum, -ere *a* con *et* temnere (*cf. p. 640, 64*). *de* contĕmpsi *cf.* PRISC. gramm. III 527, 25. *leguntur formae* -tempno, -temsi, -temtus *sim. vel etiam* -tentus *passim in codicibus; in titulis*: INSCR. christ. Rossi II p. 244, 2 -pnens. CORP. III 9450 si quis -mserit. INSCR. christ. Hisp. 361[B] -mserat. *cf.* GRAMM. suppl. 299 sumptus, -ptus, temptatus per p scribendum. *deponens*: CANON. Migne 56, 893[B] qui hanc praeceptionem -pti fuerint, superioribus poenis subiaceant. *non inveni supinum neque partic. fut. act.* NON. p. 436 -ere et despicere eo distant, quod est despicere gravius quam -ere. SCHOL. Cic. Gron. p. 389 despicimus inferiores, -imus aequales; aut despicimus vultu, -imus animo (*ad* CIC. Verr. 1, 9 non usque eo despiceret -retque ordinem senatorium). *de verbis* -o *et* καταφρονῶ, despicio *et* περιφρονῶ *inter se comparatis vide* HIER. in Tit. 2, 15 p. 589 *sq.* GLOSS. καταφρονῶ. -ere: neglegenter agere. -ptum: profanatum. -ptum: haervendlicae (heruuendlice). -mni: avertimini. *reperitur inde a* PLAVTO *apud omnes fere auctores, longe saepissime apud* CIC., SEN. philos., AVG. *sequitur infinitivus inde ab* HOR. (*cf. p. 637, 3 sqq. et sub IV*). *inest huic verbo notio et habendi et exprimendi affectus, vim merae negationis habet inde ab* VLP., *apud recentiores saepe.*

I ***parvi pendere*:** A *generatim*: 1 *aliquid*: *i. q. parvi vel nihili aestimare, fastidire, satiari*: PLAVT. Poen. 1177 neque -psi eius (*Veneris*) opes hodie. CIC. Verr. 5, 134 mirandum in modum Graeci rebus istis, quas nos -imus, delectantur (5, 132). Cael. 42 ut *iuventus* ea (*sc. inanes adulescentiae cupiditates*), quae ratione antea non perspexerat, satietate abiecisse, experiendo -isse videatur. de orat. 1, 205 ea quae ... de ipsa arte percursa sunt, cum illa te et non -ere et didicisse confiterere. 1, 219 quorum ego copiam magnitudinemque cognitionis atque artis non modo non -o, sed etiam vehementer admiror. 3, 143 quae (*eloquentia*), quamquam -atur ab eis (*philosophis*), necesse est tamen aliquem cumulum illorum artibus afferre videatur. orat. 215 primum enim numerus agnoscitur, deinde satiat, postea cognita facilitate -itur. Tusc. 5, 111 nam ista ipsa -it *sapiens* (*sc. sensus oculorum, aurium*). off. 1, 67 in eo est enim illud, quod excellentes animos et humana -entes facit. 1, 71 quorum iudicium in eo, quod gloriam -ant et pro nihilo putent, difficile factu est non probare. Att. 4, 16, 8 -psimus sexcenties ~~HS~~, cum privatis non poterat transigi minore pecunia. PVBLIL. Q 50 quicquid fortuna exornat, cito -itur. NEP. Ages. 8, 1 ignoti, faciem eius cum intuerentur, -bant; qui autem virtutes noverant, non poterant admirari satis. VITR. 2, 8, 16 cum ergo tam magna potentia reges non -erint latericiorum parietum structuras. MANIL. 4, 923 nec -e tuas quasi parvo in corpore vires. PHAEDR. 1, 12, 1 laudatis utiliora, quae -pseris, saepe inveniri. SEN. nat. 3, 18, 3 subtilius cotidie et elegantius aliquid excogitat (*sc. ad luxuriam*) furor usitata -ens (PORPH. Hor. sat. 2, 2, 38 rare ieiunus invenitur, qui -at res vulgares). epist. 24, 25 illi -unt vitam, hi gravantur. 31, 3 nisi -ptus est labor et in eorum numero habitus, quae neque bona sunt neque mala. SVET. gramm. 24 quamvis omnes (*sc. libelli*) -i magisque opprobrio legentibus ... esse animadverteret. FLOR. epit. 1, 1, 4 Alba erat tum Latio caput, Iuli opus; nam Lavinium patris Aeneae -erat. FRONTO p. 20 N. qui orationem spreverit, litteras concupiscet; qui scripta -erit, scriptorem reverebitur. p. 151 haec si propterea -is, quia didicisti, philosophiam quoque discendo -es. PORPH. Hor. epist. 1, 6, 31 si ita -is virtutem, ut non summum bonum eam sed verba existimes. LAMPR. Heliog. 29, 1 habuit gemmata vehicula et aurata -ptis argentatis et eboratis et aeratis. SCHOL. Hor. ars 165 cito quae ante amaverat -it (HOR. amata relinquere pernix). CLAVD. 20, 339 Romam -ere sueti mirarique suas ... aedes. AVG. c. acad. 3, 22 quicquid praeter res humanas atque divinas est, nos vilissimum ducere et omnino -ere oportet. c. Iul. 1, 1, 1 nam unde partim laetamur, partim contristamur, nulla ratione -imus. in psalm. 68, 1, 3 quis non -at dulcedinem saeculi inhians dulcedini aeternae. serm. ed. Mai 20, 2 quomodo *serpens* cetera, quibus longus est, -at, ne caput eius a persequente caedatur. EVGRAPH. Ter. Ad. 452 nil pendit *id*: -it, non curat. *i. q. habere vel uti nolle; dimittere, abicere, non accipere*: CATO agr. 1, 4 caveto alienam disciplinam -as (*cf.* PLIN. nat. 18, 28). LVCIL. 550 cetera -it et in usura omnia ponit. CIC. Mur. 31 sin haec bella gravissima victoriaeque eorum bellorum gratissimae fuerunt, cur Asiaticae nationes atque ille a te hostis -itur? (*i. gloria ex Asia parta*). dom. 132 quorum quidem tu non -isti sed pertimuisti dignitatem (*sc. pontificis ad delubrum dedicandum*). Phil. 1, 29 non pecuniam ... quae semper ab amplissimo quoque clarissimoque -pta est ..., sed caritatem civium et gloriam concupivisse. de orat. 1, 171 sed tamen idem (*Antonius*) hoc semper ius civile -psit. 2, 4 ita se uterque graviorem fore *censebat*, si alter -ere, alter ne nosse quidem Graecos (*i. res Graecas*) videretur (SEN. contr. 10, 4, 21). Brut. 123 video mihi multa legenda iam te auctore, quae antea -bam. 198 iudex, qui separatim alterum admiratus esset, idem audito altero iudicium suum -ret. off. 1, 68 nihil honestius magnificentiusque quam pecuniam -ere, si non habeas, si habeas, ad beneficentiam liberalitatemque vertere. 1, 106 corporis voluptatem non satis esse dignam hominis praestantia, eamque -i et reici oportere. Att. 1, 4, 3 quod si assequor, supero Crassum divitiis atque omnium vicos et prata -o. 2, 16, 4 te ... hospitio agresti accipiemus, quoniam maritumum hoc -isti (epist. 12, 20 Sinuessarum deversoriolum). epist. 2, 12, 3 non erat minor *integritatis laus* ex -enda quam ex conservata provincia. 7, 8, 1 sum admiratus, cur tribunatus commoda ... -pseris. LVCR. 1, 53 ne mea dona tibi studio disposta fideli, intellecta prius quam sint, -pta relinquas. 5, 1418 pellis item cecidit vestis -pta ferina⟨e⟩. VERG. Aen. 8, 364 aude, hospes, -ere opes (SEN. epist. 18, 12. 13. DAMAS. epigr. 33, 5 -ptis opibus malui cognoscere Christum. INSCR. christ. Rossi II p. 94 -psit patris mente beatus opes). MORET. 93 cortice nudat et summis spoliat coriis *alia, apia, coriandra*, -ptaque passim spargit humi. PROP. 2, 13, 3 hic (*Amor*) me tam graciles vetuit -ere Musas (*i. poesin*). 3, 19, 3 vos, ubi -pti rupistis frena pudoris, nescitis ... habere modum. OV. epist. 15, 166 -ptast virtus Pallade dante mihi. rem. 140 periere Cupidinis arcus, -ptaeque iacent et sine luce faces. met. 14, 141 -pto munere Phoebi innuba permaneo. Pont. 4, 10, 34 ut ... siccus -pta nave viator eat. SEN. contr. exc. 5, 7 cum servorum desideraret auxilia captivorum -psit. SEN. dial. 11, 18, 2 alter honores industria consecutus est, alter sapienter -psit. epist. 39, 4 magni animi est magna -ere ac mediocria malle. 49, 6 in ea quaestione, quam subtilius est -isse quam solvere. 73, 14 sapiens tam aequo animo omnia apud alios videt -itque quam Iuppiter. 110, 12 non est autem quod te nimis laudes, si -pseris aureos lectos et gemmeam supellectilem. ... tunc te admirare, cum -pseris necessaria. COLVM. 8, 10, 6 propter quae ne rusticis quidem -endus sit hic reditus. STAT. Theb. 7, 400 -pta quies, vix aut sopor illis aut epulae fecere moram. 7, 805 sic ubi navales miscet super aequora pugnas -pto Bellona mari. silv. 1, 1, 104 tua (*Domitiani*) . . . lumina -pto mallet Rhodos aspera Phoebo (*i. signo Phoebi*). SIL. 5, 197 Cantaber et galeae -pto tegmine Vasco. QVINT. inst. 9, 2, 4 quae relinquenda, quae -enda sint, iudicare. PLIN. epist. 6, 17, 5 res . . . quae eos, a quibus -itur, invicem -at. APVL. met. 7, 6 spretis atque -ptis urbicae luxuriae deliciis fugientis comes. Socr. 21 p. 169 non ratio pingendi nec ratio psallendi, quas quivis bonus vir sine ulla animi vituperatione . . . -erit. TERT. ieiun. 3 pro uno inlicito plura licita -ens. VLP. dig. 38, 1, 5, 12 nam in his quoque -endam putavit operis novi nuntiationem (38, 1, 5, 13. 43, 21, 3, 8. 43, 23, 1, 4). NEMES. ecl. 2, 69 et post haec, Donace, nostros -is amores? cyn. 127 sed quamvis avidus, primos -ere partus malueris (*sc. canis*). IVST. 9, 4, 10 -untque absolutionem, quam dare inimici possunt. ARNOB. nat. 2, 64 vis sumere, quod affertur ...? consulueris tu tibi. aspernaris, -is et despicis? tu te . . . privaveris. TRACT. in Luc. 6, 2 sabbatum ad requiem datum est . . . ad libertatem, non ad opus servile; et vos requie et libertate -mta servile opus perficitis. FILASTR. 129, 4 ut . . . paganitate, iudaismo et omni haeresi -ptis atque damnatis sola fides vera . . . coleretur. VVLG. Sirach 49, 6 reliquerunt legem altissimi reges Iuda et -erunt timorem dei (*aliter gr.*). AMM. 25, 9, 6 multi furabantur opes proprias, quas vehi posse credebant, -pta reliqua supellectili. 26, 1, 2 inscitia vulgari -pta ad residua narranda pergamus. SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 105 venator persequitur leporem, ut capiat, et captum -it; amor meus . . . absentia et difficilia desiderat et parata -it. 1, 2, 107 venatori qui absentem leporem sequitur et appositum in epulis -it (*cf.* HOR. sat. 1, 2, 105 *sq.*). CLAVD. 10, 337 insere te nostris -pto iure (*iuris dictione*) choreis. AVG. bapt. 4, 25, 32 conversio cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed -pto non potest. in psalm. 30, 3, 5 omnia ista quae amant homines quia noluit illa habere Christus, ut non habendo ostenderet -enda. PRVD. c. Symm. 2, 1071 nec -pta perit miseris (*virginibus Vestalibus*) sed adempta voluptas corporis intacti. DRAC. laud. dei 3, 103 *Abraham* natum senior susceptum tardius unum spe cito -psit, iussus produxit ad aram. 3, 426 *Regulus* immemor uxoris natos -psit et urbem. NOVELL. Iust. app. 6 quicumque suam -erint terram et ad alienam se ducere voluerint. CASSIOD. var. 1, 43, 2 stupere . . . in unius gratia tot desiderabilia fuisse -pta. 3, 53, 3 ut nec aspera *aqua* dispendioso labore debeat quaeri, nec dulcis necessariaque inhonora -i (*i. latere*). *i. q. vitare*: RHET. Her. 2, 20, 31 quae sint, quae ... conveniat, quae tacite -i atque vitari sine reprehensione. 3, 3, 5 res humiles ... viros fortis propterea -ere oportere nec idoneas dignitate sua iudicare. Q. CIC. pet. 27 quorum amicitia aut -enda aut fugienda sit. CIC. de orat. 2, 104 ita dum inertiae vituperationem . . . -unt, assequuntur etiam illam, quam magis ipsi fugiunt, tarditatis. 2, 308 sed eorum partim ita levia sunt, ut -enda sint (*cf.* QVINT. inst. 5, 13, 22). Tusc. 1, 95 -amus igitur omnis ineptias. OV. ars 3, 542 -pto colitur lectus et umbra foro. STAT. Theb. 12, 518 iuvat *grues* orbe sereno -isse nives et frigora solvere Nilo. QVINT. inst. 1 prooem. 14 -pto bene dicendi labore ad formandos animos. 10, 1, 30 nam si aliqua -isset *Seneca* . . . consensu potius eruditorum . . . probaretur. APVL. met. 4, 9 ut -pta pugna manus unicae nullo negotio cunctis opibus otiose potiremur. VVLG. Iob 39, 7 -it (καταγελῶν) multitudinem civitatis, clamorem exactoris non audit. PS. AVG. serm. 293, 1 avaritiam -ere . . . pars magna martyrii est. VAL. CEM. hom. 5, 3 ferri spicula per caelum volantis facile scuti obiectione -is (SEDVL. epist. 1 p. 4 cli-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

peo dominicae protectionis armatus . . . tela facili repulsione -am). COD. Iust. 6, 51, 1, 4 neque enim ferendus est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei adnexum -it. *cum inf.*: HOR. epist. 1, 1, 29 non tamen idcirco -as lippus inungi. 1, 1, 50 quis... pugnax magna coronari -at Olympia. SEN. Phoen. 197 nemo -psit mori, qui concupivit. STAT. Theb. 6, 339 et audito -psit Apolline pasci *grex* (*i. desiit*). FLOR. epit. 4, 12, 53 sed iam tantus erat Caesar, ut triumpho augeri -ret. APVL. apol. 91 an . . . tuaque perfecta eruditione fretus -am stultis et impolitis ad haec respondere? Socr. 23 p. 175 haec omnia meus Socrates habuit et ideo cetera habere -psit. TERT. patient. 5 quid prius fuerit ille angelus perditionis . . ., -o quaerere, palam cum sit. SCHOL. Hor. ars 304 non curo sed -o dici poeta. SEDVL. op. pasch. 1, 29 hanc salutem . . . habere -psit. SALV. gub. 3, 5 si autem cum paganis *mihi loquendum est*, probare -am. DRAC. Romul. 8, 22 quicquid -psit uterque scribere Musagenes, hoc vilis colligo vates. *adde* NICET. spir. 19 si angeli eum cupiunt aspicere, quanto magis nos homines mortales -ere non debemus. *nota i. q. paenitere*: TER. Hec. 90 te desiderium Athenarum arbitror, Philotium, cepisse saepe et te tuum consilium -isse (SCHOL. *ad l.* paenituisse).

2 *aliquem*: TER. Andr. 248 quot modis -ptus, spretus! (*sc. filius a patre*). CIC. Cato 12 est in manibus laudatio *Q. Maximi de filio habita*, quam cum legimus, quem philosophorum non -imus? SEN. contr. exc. 5, 2 dives me semper -psit, numquam nisi pro mortuo habuit *pater*. FILASTR. 148, 7 -ptis impiis parentibus . . . . PRISCILL. tract. 2, 43. AMM. 14, 7, 10 qui cum venisset, . . . -pto Caesare, quem videri decuerat, ad praetorium perrexit. *i. q. amorem alicuius aspernari*: TER. Eun. 170 tamen -ptus abs te haec habui in memoria. Phorm. 917 nam quo redibo ore ad eam quam -erim? PROP. 1, 5, 13 a! mea -ptus quotiens ad limina curres. OV. epist. 3, 81 vel patiare licet *meos scindi capillos*, dum ne -pta relinquar. PETRON. 108 sed -ptus amor vires habet. SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 277 Marius quidam ob amorem Helladen puellam occidit, cum ab ea -retur. HYG. fab. 53 p. 58, 25 Iovis cum Asterien . . . amaret, illa eum -psit. VVLG. gen. 39, 13 cumque vidisset mulier (*uxor Putiphar*) . . . se esse -ptam. num. 5, 12 vir, cuius uxor erraverit maritumque -ens dormierit cum altero (5, 27). Ier. 3, 20 sed quomodo si -at mulier amatorem suum, sic -psit me domus Israel (ἀτεθεῖ . . . ἠτέθησεν). *nota*: PLAVT. Stich. 305 contundam facta Talthubi, -amque omnes nuntios (*i. conteram*). PETRON. 8 iunctis viribus molestum -psimus (*i. reppulimus*). *sim.* VVLG. prov. 29, 1 viro, qui corripientem dura cervice -it, repentinus ei superveniet interitus.

B *speciatim*: 1 *se contemnere*: *i. q. modestum esse*: PLAVT. Mil. 1236 ut ipsa se -it. Trin. 322 qui ipsus sibi satis placet, . . . qui ipsus se -it, in eost indoles industriae. LVCIL. 1182 Granius autem non -ere se et reges odisse superbos (CIC. Att. 6, 3, 7). CIC. Phil. 13, 15 quamquam enim est tanta in te (*M. Lepido*) auctoritas, quanta debet in homine nobilissimo, tamen senatus se ipse non -it, nec vero fuit umquam gravior, constantior, fortior. SEN. epist. 43, 3 tu nunc in provincia, licet -as ipse te, magnus es. AVG. c. acad. 1, 1, 1 cum tibi tuo animo indigna multa accidunt, ne te ipse -as. in epist. Ioh. 8, 2 -e te, cum laudaris; ille in te laudatur, qui per te operatur. 2 *i. q. non probare*: RHET. Her. 2, 11, 16 non alienum fuit, ut huius infantiae garrulam disciplinam -remus. CIC. de orat. 1, 23 non quo illa -am, quae Graeci dicendi artifices et doctores reliquerunt. 1, 163 ab homine omnium gravissimo, qui genus huius modi disputationis semper -erit. 3, 59 hanc dicendi exercitationem exagitarent atque -rent. orat. 235 ut plane genus hoc (*compositae orationis*), quod ego laudo, -isse videantur. fin. 2, 26 qui haec didicerunt (*sc. eleganter dividere*), quae ille -it, sic solent. opt. gen. 12 dicant se quiddam subtile et politum velle, grande ornatumque -ere. QVINT. inst. 11, 1, 89 seque eius gentis (*Graecorum*) amatorem esse profitetur, Sardos -it, Allobrogas ut hostes insectatur. HIER. epist. 84, 7 probo laborem viri, licet fatuum in plerisque dogma -am. 98, 24 sin autem respuunt eam (*veritatem*) et -entes ecclesiasticam disciplinam elevant cornu suum contra regulas eius. FILASTR. 48, 1 fuit Tatianus . . ., qui recessit a veritate . . . doctrinamque . . . magistri -psit in omnibus.

II **non respicere**: A *aliquid*: *i. q. nihil curare, vel generaliter vel per neglegentiam vel per contumaciam*: RHET. Her. 4, 16, 23 quia talem stultitiam -ere, non imitari consuevi. CIC. div. in Caec. 35 quid? illa, Caecili, -endane tibi videntur esse, sine quibus causa sustineri . . . nullo modo potest? 39 magna sunt ea . . ., noli haec -ere. har. resp. 21 respondebis . . . nihil cuiusquam aut neglegentia -ptum aut scelere esse pollutum; omnia sollemnia . . . summa cum caeremonia esse servata. epist. 11, 20, 1 saepe enim mihi cum esset dictum neque a me -ptum. LVCR. 2, 448 adamantina saxa . . . ictus -ere sueta. 5, 379 neque enim mortali corpore quae sunt . . . potuissent immensi validas aevi -ere vires (5, 1217). SALL. Iug. 15, 2 senatus magna pars gratia depravata Adherbalis dicta -ere. VERG. Aen. 3, 77 immotamque coli dedit et -ere ventos *Delon*. PROP. 1, 4, 23 nullas illa suis -et fletibus aras. 1, 19, 21 quam vereor ne te -pto, Cynthia, busto abstrahat a nostro pulvere iniquus Amor. 2, 11, 5 et tua transibit -ens ossa viator. 3, 1, 37 ne mea -pto lapis indicet ossa sepulcro.

LIV. 2, 2, 5 id summa ope tuendum esse neque ullam rem, quae eo pertineat, -endam. 8, 33, 15 in L. Furio, qui -pta sua senectute et auctoritate foedissimo cum eventu pugnasset. CVRT. 4, 15, 8 ut . . . -pto sarcinarum damno fortiter dimicet (4, 16, 28). 6, 7, 35 -ptum magis quam celatum indicium esse videri sibi dixit. SEN. Herc. f. 612 et fata vici, morte -pta redi (Herc. O. 1161 ego qui relicta morte, -pta Styge . . . redi. *cf.* 1681 cum victor Erebi Dite -pto redit). Med. 120 merita -psit mea. LVCAN. 10, 428 non rapuere nefas, summi -pta facultas. TAC. dial. 26 -pto ordine rerum, omissa modestia ac pudore verborum . . . armis incompositus . . . non pugnat, sed rixatur. ann. 15, 57 illam non verbera, non ignes, non ira . . . torquentium . . . pervicere; sic primus quaestionis dies -ptus (*i. tormenta primi diei -pta*). IVV. 5, 102 -unt mediam temeraria lina Charybdim (VENVL. dig. 45, 1, 137, 2 omni tempestate -pta iter continuare cogatur). IVLIAN. dig. 4, 4, 41 exceptionem . . . adulescens habere poterit, quia unicuique licet -ere haec, quae pro se introducta sunt. APVL. apol. 60 mendacium tam stultum potius Aemiliano, qui frustra redimebat, quam mihi, qui merito -bam, obfuturum. met. 7, 12 nam procedente sermone paulo iam clarius -pta mea praesentia quasi vere mortui . . . inquit . . . . ITALA Matth. 18, 17 (Cypr. epist. 59, 20) si autem ecclesiam -erit (παρακούσῃ, VVLG. non audierit). VLP. dig. 48, 18, 1, 23 nam plerique patientia sive duritia tormentorum ita tormenta -unt, ut . . . . PAVL. dig. 2, 11, 5, 1 item si duo rei promittendi sint, et unus ad iudicium non venerit -pta sua promissione. CAPITOL. Aur. 11, 2 delationes, quibus fiscus augeretur, -psit. 28, 1 ab eo (*filio*) petit, ut belli reliquias non -ret, ne videretur rem publicam prodere. SCHOL. Hor. epist. 1, 15, 5 ipse vicus (*Baiae*) coepit ingemiscere -ptus in aquis suis. 1, 15, 7 Baiae gemunt sulphura sua et sudationes -i et his frigidas aquas praeferri. VVLG. eccles. 9, 2 quod universa aeque eveniant . . . immolanti victimas et sacrificia -enti (καὶ τῷ θυσιάζοντι καὶ τῷ μὴ θυσιάζοντι). II Macc. 4, 14 ut sacerdotes . . . -pto templo et sacrificiis neglectis festinarent participes fieri palaestrae (καταφρονοῦντες . . . ἀμελοῦντες). AMM. 29, 6, 11 murorumque maximam partem, pacis diuturnitate -ptam et subversam, . . . expedivit. CLAVD. 5, 123 cum classibus iret *Xerxes* per scopulos, tectumque pedes -ret aequor. 26, 178 facili -ptum Strymona saltu et frustra rapidum damnant Haliacmona Bessi. PALLAD. hist. mon. I 37 scorpio vulneravit *Elpidium* . . ., nec stando quidem, in quo fuerat, mutavit spatium; ita eum -psit dolorem. AVG. civ. 1, 13 nec ideo tamen -enda et abicienda sunt corpora defunctorum. 3, 15 nam scelus occisi ab eo soceri optimi regis sui adeo -erunt, ut eum regem suum facerent. HERM. Pal. mand. 9, 10 -e (καταφρόνησον) ergo illam (*haesitationem*) et superior esto. THEOD. PRISC. eup. faen. 44 si his adiutoriis -ptis sanguinis fluentis molestia perseveraverit. log. 29 qui (*chalasticus clyster*) si -ptus fuerit. COD. Theod. 6, 4, 20 (*a.* 372) ineundi magistratus unum omnium diem praetoribus IV esse oportet . . . et si quis vel differendum vel -endum esse crediderit. COD. Iust. 3, 1, 14 rem non novam neque insolitam aggredimur . . ., cum vero -pta sit, non leve detrimentum causis inferentem. NOVELL. Iust. app. 3 cura fuit servandae vetustatis maxime disciplinae, quam numquam -psimus, nisi et in melius augeremus. CASSIOD. var. 2, 3, 7 legit enim frequenter Roma fasces de moenibus Gallicanis, ne aut in damno suo praecipua -ret, aut probata virtus inhonora cessaret. hist. 8, 4. CORP. X 3980 matrimoni fuit talis, ut -ret iuventutem. *de timore, i. q. non timere*: CIC. Marcell. 25 omitte istam, quaeso, doctorum hominum in -enda *morte* prudentiam (Tusc. 4, 82. SEN. epist. 70, 9 quid erat stultius quam mortem -ere, venenum timere? 75, 14 mortem -it, dolorem reformidat. 77, 18 mortem times: at quomodo illam media boletatione -is? AVG. catech. rud. 22, 40 resurrexit *Christus* numquam moriturus, ne ab illo quisquam sic disceret mortem -ere, quasi numquam victurus. *saepe*). CIC. Phil. 2, 118 -psi Catilinae gladios, non pertimescam tuos (IVV. 10, 123 Antoni gladios potuit -ere). leg. 2, 39 ego autem nec tam valde id timendum nec plane -endum puto. orat. 41 sic Isocrates videtur . . . aliorum iudicia debere -ere. part. 119 tam amentem, ut poenas ac iudicia -ret. Tusc. 2, 38 ferre laborem, -ere vulnus consuetudo docet. 2, 66 non modo stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunae. epist. 15, 15, 2 interpositus annus alios induxit, ut victoriam sperarent, alios, ut ipsum vinci -rent (*i. se vinci*). HIRT. Gall. 8, 8, 1 quo celerius hostes -pta sua paucitate prodirent in aciem (CVRT. 4, 9, 24 quorum paucitate Alexander explorata, deinde -pta praefectum . . . invehi iussit. *saepe*). HOR. sat. 1, 1, 65 populi -ere voces. TIB. 1, 3, 37 nondum caeruleas pinus -erat undas. LIV. 38, 41, 15 nondum adeo hiberno -pto mari, ut traicere auderet. CVRT. 4, 14, 13 audete modo vincere famamque *hostium* -ite (SEN. Phaedr. 269 famam. IVV. 6, 90 *Eppia* -psit pelagus; famam -erat olim). SEN. epist. 67, 6 atqui pericula -it et provocat. 104, 33 vides honorem et notam posse -i. TAC. ann. 14, 9 hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina -eratque. IVV. 9, 99 nec -as aut despicias, quod his opibus numquam cara est annona veneni. SVET. Tib. 66 modo ut prae pudore ignota et celata cuncta cuperet, nonnumquam eadem -ret et proferret ultro atque vulgaret. IVST. 7, 2, 7 Illyrii infantiam regis pupilli -entes. AVG. civ. 5, 19 sed qui -it iudicia laudantium, -it etiam suspicantium temeritatem. *preces, minas, prodigia sim.*: CIC. Vatin. 14 ut auspicia . . . -pseris initioque tribunatus tui denuntiaris . . . augurum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

responsa ... impedimento non futura. nat. deor. 2, 9 an Atti Navii lituus ille ... -endus est? (*cf.* 3, 14. div. 2, 80 omitte igitur lituum Romuli ... -e cotem Atti Navii). div. 1, 34 etsi ipsa sors -enda non est. 1, 56 illa duo somnia. 1, 101 haec igitur et a dis significata et a maioribus iudicata -imus? 1, 104 haec posse -i vel etiam posse rideri praeclare intellego, sed id ipsum est deos non putare, quae ab iis significantur -ere. CATVLL. 60, 5 ut supplicis vocem in novissimo casu -ptam haberes a nimis fero corde? SALL. Catil. 52, 35 facile paterer vos ipsa re corrigi, quoniam v e r b a -itis (RVFIN. hist. mon. 1 ubi viderunt verba -i, verberibus eum conficere aggressi sunt). Ov. met. 14, 19 pudor est promissa precesque blanditiasque meas -ptaque verba referre. PHAEDR. 3, 16, 9 noctua ut vidit sibi nullum esse auxilium et verba -i sua. SEN. epist. 14, 8 temerarius gubernator -psit austri minas. HOMER. 79 -pta voce minisque. FLOR. epit. 2, 2, 29 *deorum* auspicia. PANEG. 5, 14 ut ... ultro signum navigationis exposceret, quaedam minacia indubitanter signa -ret (CLAVD. 15, 501 -e Booten, navita, turbinibus mediis permitte carinas). HIL. op. hist. frg. 2, 2 et non semel neque iterum sed frequenter vocati -erunt invitationem synodi. AVG. civ. 3, 22 auguria. *religionem vel superstitionem*: ENN. ann. 379 -psit fontes, quibus ex erugit aquae vis (*cf.* Ov. met. 5, 425 at Cyane, raptamque deam -ptaque fontis iura sui maerens). CIC. leg. 2, 43 vidimus eos ... modo timentes, vicissim -entes religiones. fin. 2, 63 erat *L. Thorius Balbus* ita non superstitiosus ut illa plurima in sua patria sacrificia et fana -ret. ac. 2, 126 nec enim divinationem, quam probatis, ullam esse arbitror, fatumque illud ... -o. Tusc. 1, 36 cuius ignoratio finxit inferos easque formidines, quas tu -ere non sine causa videbare. div. 2, 150 at ex eo ipso (*somno*) plurumae curae metusque nascuntur, qui quidem ipsi per se minus valerent et magis -rentur, si .... VAL. MAX. 1, 1, 19 nec minus efficax ultor -ptae religionis ... Aesculapius. IVV. 3, 145 -ere fulmina pauper creditur. 6, 22 sacri genium -ere fulcri (*cf.* VLP. dig. 48, 5, 2, 3 ceterum qui patitur uxorem suam delinquere matrimoniumque suum -it ..., poena adulterii non infligitur). IVV. 14, 48 maxima debetur puero reverentia, siquid turpe paras, nec tu pueri -pseris annos, sed peccaturo obstet tibi filius infans. SPART. Hadr. 22, 10 sacra Romana diligentissime curavit, peregrina -psit. PRISCILL. tract. 1, 35 hi sunt enim, qui ... dominationes spernunt, dignitates blasphemant, profetationes -unt, resurrectionem negant. VVLG. II par. 26, 18 egredere de sanctuario, ne -mseris. AVG. epist. 258, 2 necesse est enim ut aliter quam oportet humana aestimet, qui divina -it. *adde*: CIC. nat. deor. 3, 9 sed tu auctoritates -is, ratione pugnas. *imperata, legem*: PLAVT. Asin. 416 tu, verbero, imperium meum -isti. CIC. Sest. 133 acta mea sibi ait displicere. Quis nescit? qui legem meam -at. 135 *bis.* Vatin. 29. Phil. 8, 24 an ego ab eo mandata acciperem, qui senatus mandata -ret? (*ibid.* non parere). Tusc. 1, 100 leges Lycurgi. SALL. Iug. 14, 2 -pto imperio vestro ... expulit. 31, 19 iussis vestris oboediens erit; sin ea -it, ... HOR. epod. 4, 16 sedilibusque magnus in primis eques Othone (*i. lege Othonis*) -pto sedet. Ov. epist. 4, 11 quicquid amor iussit, non est -ere tutum. STAT. Theb. 3, 307 quo pectore contra ire Iovem dictasque parem -ere leges. PLIN. epist. 5, 13, 7 quia leges, quia senatus consulta -rentur. IVV. 14, 100 Romanas leges. VLP. dig. 26, 7, 5, 10 usque adeo autem licet tutoribus patris praeceptum neglegere, ut ... liceat eis -ere hanc patris voluntatem. MOD. dig. 19, 2, 50 disciplinam. IVST. 14, 3, 2 ducis imperia. FILASTR. 124, 3 cum voluntate -it ac neglegit dei praeceptum. VVLG. num. 15, 31 verbum enim domini -psit et praeceptum illius fecit irritum. OPTAT. 2, 23 p. 60, 8. 3, 6 p. 87, 1 mandata divina. 3, 7 p. 88, 16 constat in eos vindicasse, a quibus iussio divina -pta est. 4, 4 p. 105, 24 a vobis enim -pta est disciplina (*syn.* non servare). AVG. civ. 1, 26 reus est imperii deserti atque -pti. epist. 105, 7 *imperatores* iubent, quod quisquis -erit, ipsi sibi iudicium acquirit. 194, 40 audiat haec *homo* et non -at. quaest. hept. 4, 25 aliud est ergo praecepta -ere, aliud magni quidem pendere, sed aut ignarum contra facere aut victum. CONC. Arvern. a. 555 p. 69, 15 quod si qui improba temeritate -erint ..., communione pellantur.

B *aliquem*: *i. q. nihil curare, neglegere*: CIC. div. 1, 36 irrideamus haruspices, vanos futiles esse dicamus, ... -amus. SEN. epist. 43, 5 o te miserum, si -is hunc testem (*conscientiam*). PLIN. paneg. 56 nomenque quod alii domitis hostibus, tu -ptis merebare. TREB. trig. tyr. 12, 1 capto Valeriano ... cum Gallienum -endum (*i. praetereundum*) ... intellegerent, quaerentibus etiam militibus principem, unum in locum concesserunt .... AVSON. 416, 32 tu -e alios, nec dedignare parentem adfari verbis (*i. litteris*). *i. q. non timere, resistere, lacessere*: CIC. div. in Caec. 24 a quadruplatoribus, quos non sine causa -psit semper ac pro nihilo putavit. leg. agr. 1, 26 sic me in hoc magistratu geram ..., ut possim tribunum plebis rei publicae iratum coercere, mihi iratum -ere. Mur. 49 Murenam -bat *Catilina*, Sulpicium accusatorem suum numerabat, non competitorem. Flacc. 44 cum operi publico referunt, eidem homines subito, quem -erant, pertimescunt. BELL. Alex. 43, 2 adeoque est a barbaris -ptus *Gabinius*, ut ... dimicare sit coactus. LIV. 2, 50, 5 iamque Fabii adeo -erant hostem, ut sua invicta arma neque ... crederent sustineri posse. 2, 55, 3 quattuor et viginti lictores apparere consulibus et eos ipsos plebis homines; nihil contemptius neque infirmius, si sint, qui -ant (*sc. lictores*). SEN. contr. 9, 4, 3 tales fuerunt, ex quibus posset alter tyrannum -ere, alter occidere. STAT. Theb. 2, 652 vulgique per ora paventis -pto te rege canam. Ach. 1, 466 captos -psit cerva leones. TAC. ann. 1, 29 terrere *milites*, ni paveant, ubi pertimuerint impune -i. IVV. 14, 231 quem (*curriculum*) si revoces, subsistere nescit et te -pto rapitur metisque relictis. ITALA iud. 9, 38 (Lugd.) nonne hic est populus, quem -isti (ἐξουδένωσας, VVLG. despiciebas); exi nunc et pugna cum illo. IVST. 9, 5, 3 soli Lacedaemonii et regem *Philippum* et legem -erunt. VVLG. exod. 23, 21 observa eum (*angelum*) et audi vocem eius, nec -endum puta (μὴ ἀπείθει αὐτῷ). Esth. 1, 17 egredietur enim sermo ad omnes mulieres, ut -ant viros suos (τολμήσουσιν ἀτιμάσαι). Iudith 9, 14 da mihi in animo constantiam, ut -am illum *hostem*. DAMAS. epigr. 7, 2 -pto principe mundi (30, 2. 47, 2). CONC. Aurel. a. 541 p. 93, 2 si quis ... res ad ius ecclesiae pertinentes -pto pontifice petire seu possidere praesumpserit. TAB. devot. Audollent 140, 8 trade Plutoni praeposito mortuorum, et si forte te (*Osirim*) -mpserit, patiatur febris .... *i. q. a se reicere, repellere; non admittere*: CIC. Phil. 8, 21 cum illi (*legati*) ab Antonio -pti et reiecti revertissent. HOMER. 27 -ptus repetit Phoebeia templa sacerdos (*Chryses*). 645 castris Idaeum excedere iussit *Menelaus*. ... ad castra reversus Troiae -ptum duro se reddit ab hoste *Idaeus*. CAPITOL. Alb. 3, 3 Commodum donantem me Caesareano nomine -psi. SPART. Sept. Sev. 8, 14 cumque Severum ad participatum vocaret, -ptus est. CLAVD. 21, 235 nec doluit -pta tamen (*Alamannia*) spretoque recessit auxilio laudata fides. AVG. civ. 3, 20 -pti Carthaginem pergunt *legati*. nat. et grat. 67, 81 non tibi deputatur ad culpam ... quod vulnerata membra non colligis, sed quod volentem sanare -is. ORIGO Const. 3, 7 chron. I p. 7, 28 *Galerius legatos mittens* -ptus agnovit multos ... partes suas deseruisse. HIST. Apoll. rec. A 40 haec leno audiens non potuit eum -ere (*sc. qui missus erat*). *i. q. deserere, destituere*: QVINT. decl. 343 p. 355, 27 pro eo, a quo et -pta erat et rapta (*puella*). p. 356, 18 ut collocaretur ei qui non redemerat, qui -erat, qui piratis reliquerat *puellam*. HERM. Pal. mand. 9, 2 roga illum (*deum*) sine haesitatione et deliberatione, et statim cognosces multam misericordiam illius, quo modo te non -it (ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλίπῃ), sed animae desiderium implet.

C *absolute*: CIC. Verr. 3, 55 fit Epicrates certior; primo neglegere coepit et -ere ... deinde ... commodissimum putavit de provincia clam abire. Manil. 43 cum sciamus homines in tantis rebus, ut aut -ant aut metuant, aut oderint aut ament, opinione ... commoveri. Phil. 5, 25 legatos decernis? si, ut deprecere, -et; si, ut imperes, non audiet *Antonius*. ad Q. fr. 2, 12, 2 inspiciam, quid discat, ... et nisi ille -et, etiam magistrum me ei profitebor. PROP. 2, 14, 19 hoc sensi prodesse magis: -ite amantes; sic hodie veniet, si qua negavit heri. RVT. LVP. 1, 15 minabamur: -bat. PHAEDR. 1, 28, 7 -psit illa (*aquila*), tuta quippe ipso loco. ARNOB. nat. 7, 12 aliquid dicant magni, nec quod auribus debeat frustratoriis, levibus et -entibus sumi. CAPITOL. Aur. 22, 8 amici suaserunt ut a bellis discederet et Romam veniret, sed ille -psit ac perstitit. VVLG. Dan. 14, 12 -bant autem quia fecerant (κατεφρόνουν). prov. 18, 3 impius, cum in profundum venerit peccatorum, -it. FILASTR. 98, 6 iniusti autem neglegentes ac -entes amittunt tantum meritum dignitatis ut Saul ille. CLAVD. MAM. anim. p. 111, 3 in illud nunc magis, nisi -is, advertes animum, ut .... AVG. civ. 22, 8 voce velut -entis et vultu ... respondisse fertur. BENED. reg. 2, 55 neglegentes et -entes ut increpet et corripiat *abbas* admonemus. CORP. III 9450 praecipio libertis libertabus(que) meis, ne quis ... inferat; si quis -mserit ... dare deuebet ....

III *parum aestimare; despicere; irridere*: **A** *generatim*: **1** *aliquem*: PLAVT. Pseud. 916 nimis tandem ego abs te -or. :: quippe ego te ni -am? AFRAN. com. 232 -es? liber natus est, ita mater eius dixit, in Gallia cum ambos emerem. TER. Andr. 492 o Dave, itane -or abs te? aut itane tandem idoneus tibi videor esse, quem tam aperte fallere incipias dolis? (SCHOL. *ad l.* valde temnor: temnor autem Graecum est, id est caedor et reicior. nam veteres temnere dicebant sine praepositione). CALP. hist. 27 hi (*adulescentes nobiles*) -entes eum (*Cn. Flavium*) assurgere ei nemo voluit. RHET. Her. 4, 1, 2 quare pudor ... est ... impedimento, ne nos solos probare, nos amare, alios -ere et deridere videamur. 4, 44, 57 ita uti -endus est, qui in navigio ⟨non⟩ navem quam se mavult incolumem, item vituperandus, qui .... 4, 47, 60 quo melius ornatus et magis fuerit expectatus, eo magis derisus et -ptus eicitur. CIC. Verr. 1, 43 a populo Romano -imur et despicimur, gravi diuturnaque iam flagramus infamia. 2, 123 superbia vero quae fuerit, quis ignorat? quemadmodum iste tenuissimum quemque -erit, despexerit, liberum esse numquam duxerit (*cf.* 4, 58). 3, 167 eripiunt enim tibi istam orationem -endorum Siculorum ... statuae. 5, 43 quod Calidius Romae quereretur ... abs te solo ita esse -ptum, ut etiam una cum ceteris Siculis spoliaretur. Mur. 15 -isti L. Murenae genus, extulisti tuum. Pis. 99 abiectum, -ptum, despectum a ceteris, a te ipso desperatum et relictum ... videre te volui. de orat. 2, 51 atqui ne nostros -as, ... Graeci quoque ipsi sic initio scriptitarunt. 3, 52 nemo extulit eum verbis, qui ita dixisset ..., sed -psit eum, qui minus id facere potuisset. 3, 54 quare omnes istos me auctore deridete atque -ite,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qui .... 3, 79 Stoicos quidem nostros verberabit, neque se ab eis -i despicique sinet. Brut. 76 qui (*Ennius*) si illum (*Naevium*), ut simulat -ret, non ... primum illud Punicum acerrimum bellum reliquisset. 226 P. Antistius ... qui multos cum tacuisset annos neque -i solum, sed irrideri etiam solitus esset. orat. 171 *opp.* laudari. Lael. 72 sunt enim quidam, qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se -i putant; quod non fere contingit nisi eis, qui etiam -endos se arbitrantur. off. 2, 36 itaque eos viros suspiciunt *homines* maxumisque efferunt laudibus, in quibus ..., despiciunt autem eos et -unt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant *eqs.* epist. 3, 7, 4 scilicet -psi te, nec potest fieri me quicquam superbius. ANTON. Cic. Att. 14, 13, A, 3 hanc familiam. CANNVT. or. frg. Prisc. gramm. I 381 *opp.* admirari. VARRO Men. 48 psephistis dicite labdae et vivos -ite vivi, anticipate atque addite calcar, stultos -ite docti. rust. 2, 10, 8 fetas nostras ... esse ... -endas. SEN. dial. 2, 13, 5 necesse est enim, a quo quisque -i moleste ferat, suspici gaudeat. 7, 22, 2. epist. 80, 8 -es illos (*quos supra capita ... lectica suspendit*), si despoliaveris. COLVM. 11, 1, 3 nam servitia sic tirunculum -unt ut senem. CARM. epigr. 35 (*Pompeis*) minimum malum fit -endo maximum. SIL. 15, 523 tantone ... spernor -pta (*Oenotria tellus*) furore Sidoniae gentis. QVINT. inst. 4, 1, 57 iudices ... -ique se, nisi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt. TAC. Germ. 29 *Batavis* manet honos et antiquae societatis insigne; nam nec tributis -untur nec publicanus atterit. hist. 2, 92 simul ipsum Vitellium, subitis offensis aut intempestivis blanditiis mutabilem -bant metuebantque. PLIN. epist. 4, 25, 4. 8, 24, 6 an -itur, qui imperium, qui fasces habet, nisi humilis et sordidus et qui se primus ipse -it. FRONTO p. 25 N. me ut opicum. GAIVS dig. 11, 3, 15 corrumpitur animus servi et si persuadeatur ei, ut dominum -ret. APVL. apol. 29 cuius (*rei venalis*) tamen quantitatem nullam taxavere, ne, si mediocre pretium dixissent, -rentur. CALL. dig. 1, 18, 19 observandum est ius reddenti, ut in adeundo quidem facilem se praebeat, sed -i non patiatur. ITALA Matth. 6, 24 (cod. k) ne (VVLG. nemo) potest duobus dominis servire, aut enim unum odiit (VVLG. odio habebit) et alterum diliget, aut alterum sustinebit et alterum -et (καταφρονήσει, VVLG. *idem*). VLP. dig. 1, 12, 1, 10 cum patronus -i se a liberto dixerit vel contumeliosum sibi libertum queratur. 11, 1, 11, 4 nam qui omnino non respondit (*in iudicio*), contumax est ... quia praetorem -ere videatur. IVST. 21, 5, 7. 8 *Dionysius* ... omniaque ita facere, ut -endus magis quam metuendus videretur *eqs.* LAMPR. Comm. 3, 9 fieretque e -pto crudelis. CAPITOL. Max. Balb. 14, 1 cum Balbinus Maximum quasi ignobilem -ret, Maximus Balbinum quasi debilem calcaret. HIER. epist. 79, 5 non est inflatus superbia, nec ceteros homines adducta fronte -psit, sed cunctis amabilis .... OPTAT. 2, 20 p. 56, 24 dicebat Iesus hanc similitudinem propter eos, qui se sanctos putant et -unt ceteros; hoc de vobis dictum esse ... dum vos quasi sanctos extollitis et nos manifeste -itis. AVG. in psalm. 30, 3, 5 -itur in Christo quasi membrum Christi. in psalm. 118 serm. 9, 3 diligeret eos, a quibus opprobrantibus et -entibus ... persecutiones patiebatur. serm. 36, 4 nemo se -at, pauper in cella, dives in conscientia. 161, 1. SVLP. SEV. Mart. 20, 7 quod factum imperator omnesque ... ita admirati sunt, ut hoc ipsum eis, in quo -pti fuerant placeret.

2 *aliquid*: TER. Eun. 475 num quid habes, quod -as? CIC. Verr. 4, 95 se esse despectos dignitatemque ordinis *senatorii* -ptam atque abiectam. de orat. 1, 75 irrisit *Apollonius* ... philosophiam atque -psit multaque non tam graviter dixit quam facete. orat. 171 ergo Ennio licuit vetera -enti dicere. Lael. 86 quamquam a multis virtus ipsa (*sc. amicitia*) -itur et venditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur. SALL. Iug. 85, 14 -unt novitatem meam, ego illorum ignaviam. OV. fast. 4, 841 humiles -ere muros coepit *Remus.* VAL. MAX. 2, 2, 4 summum imperium tuum. CALP. ecl. 2, 60 ne -e casas et pastoralia tecta. TAC. dial. 15 non desinis, Messalla, vetera tantum et antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia irridere atque -ere? FRONTO p. 114, 9 N. sed haec exempla fortasse -as. VLP. dig. 5, 1, 5 si quis ... ad praetorem vocetur, debet venire ... vocati autem *est* non -ere auctoritatem praetoris. AVG. civ. 6, 2, 48 nescio utrum tam multa in eis ridenda, -enda, detestanda conscriberet. *nota*: *i. q. illudere, ludibrio habere, frustrare*: PLAVT. Persa 603 sed ego te malo tamen eumpse adire, ut ne -at te ille. VITR. 9 praef. 10 indignatus Hiero se -ptum esse. SEN. contr. 2, 7, 5 miserrimus ... maritus sic -pta absentia mea etiamnunc iniuriam meam nescirem. SIL. 8, 535 Clanio -ptae semper Acerrae. SVET. Tib. 73 pro -pto se habitum *a senatu.* SCHOL. Germ. Bas. p. 64 nam cum in monte ... venaretur *Orion*, irridens Dianam -bat eius opera ... obterens. PRISCILL. tract. 1, 20 quos omnes (*daemones*) ... -pta daemonicae sapientiae asseveratione damnamus. VVLG. II reg. 19, 26 servus meus -psit me. *i. q. refellere*: RHET. Her. 2, 9, 13 deinde ⟨e⟩a sententia, quae ab adversariis sit excogitata et scripto attributa, -etur et infirmabitur. CIC. Tusc. 5, 85 quam (*gravitatem dignitatemque virtutis*) cum ad caelum extulerunt, ... reliqua ex collatione facile est conterere atque -ere. div. 1, 31 dicam mehercule et -ar a te fortasse.

3 *absolute*: CIC. Brut. 188 audiens multitudo ... gaudet, dolet, ridet, plorat, favet, odit, -it, invidet. orat. 131 sed est faciendum etiam, ut irascatur iudex, mitigetur, invideat, faveat, -at, admiretur, oderit, diligat, cupiat, fastidiat. SEN. dial. 2, 11, 2 nemo autem maiorem melioremque -it, etiam si facit aliquid, quod -entes solent. QVINT. inst. 9, 1, 23 quapropter in dicendo irasci, dolere, misereri, timere, confidere, -ere non sunt figurae. PS. APVL. herm. p. 265 oratione, cuius variae species sunt, ut imperandi, mandandi, successendi ... admirandi, -endi. CORP. VI 36537 moneo te lectis litteris ne -as et velis titulum movere et corpori iniuriam facere.

B *deum contemnere*: *praecipue apud scriptores christianos (haec exempla partim attribui possunt significationibus supra expositis)*: TAC. hist. 5, 5 nec quicquam prius imbuuntur *Iudaei* quam -ere deos, exuere patriam, parentes, liberos, fratres vilia habere. PLIN. paneg. 63 non adeo deos hominesque -bant, ut in illa speciosissima sede hominum deorumque coniectos in se oculos ferre ac perpeti possent. SVET. Cal. 51 nam qui deos tanto opere -ret, ad minima tonitrua et fulgura conivere. TERT. nat. 1, 10 quo magis oneramini credentes esse et -entes, colentes et despuentes, honorantes et lacessentes. ... cum alii alios deos colitis, eos, quos non colitis, utique -itis *eqs.* VVLG. lev. 6, 2 anima, quae peccaverit et -pto domino negaverit proximo suo depositum. I reg. 2, 30 quicumque glorificaverit me, glorificabo eum, qui autem -unt me, erunt ignobiles (ὁ ἐξουθενῶν με ἀτιμωθήσεται). Iudith 13, 28 in contemptu superbiae suae deum Israel -psit. AVG. civ. 1, 31 si auctoritati eorum, quos deos putabat, resistere auderet, ... aut (*quos*) ..., placandos etiam ipse potius quam -endos existimabat. 2, 29 (*ibid.* abice). 4, 11 quid enim eius (*dei*) -retur, cum ipse coleretur. *ibid.* sic enim nemo irasceretur, cum in illo uno (*Iove*) nemo -retur. 4, 28 diis vero istis falsis et multis ignoratis sive -ptis atque illo uno cognito et fide ... culto. in psalm. 33, 14 pascebat te dominus -entem se, et deseret te timentem se? de serm. dom. 2, 14, 48 -it autem *deum*, id est non timet, quasi de eius bonitate securus est.

IV ***praetermittere, dedignari, nolle.*** *plerumque cum infinitivo. saepe vim negationis habet. inde ab* VLP. *saepissime.* VLP. dig. 44, 5, 28, 1 nam etsi non latitet, -at autem venire, senatus consultum locum habebit (*cf.* 25, 4, 1, 3 cogenda ... erit ... in ius venire ... pignoraque eius capienda et distrahenda, si -at, vel multis coercenda). SPART. Hadr. 21, 13 ad illum venire. Sept. Sev. 23, 7 iussisse fertur *Severus*, ut ... apud filios imperatores in cubiculis Fortuna (*i. statua Fortunae*) poneretur. quod Bassianus prius -psit, quam faceret parricidium. HERMOG. dig. 42, 1, 53, 1 contumax est, qui ... litteris evocatus praesentiam sui facere -et. FILASTR. 88, 3 qui apocrifa ... habentes canonicas legere scripturas -unt. 135, 5 qui ergo concupiscentiis carnis inserviunt, fingunt aut non posse sentire, aut, si eis exponitur, -unt dicere. PS. AMBR. epist. 2, 10 nolite decollare *Vitalem*, si sacrificare -erit. 2, 14 vehementer enim dii nostri de eorum contemptu commoti responsum nobis dare -unt. HIER. in Ier. 8, 6 p. 899 revocati ad paenitentiam audire -unt. in Is. 64, 4—5 p. 761 non verbum ex verbo reddens, quod facere omnino -it *Paulus.* VVLG. deut. 21, 18 si genuerit homo filium contumacem et protervum, qui non audiat patris aut matris imperium, et coercitus oboedire -erit. iud. 2, 20 vocem meam audire -msit *gens* (οὐκ εἰσήκουσαν). 11, 17 transitum praebere. Esth. 1, 12 quae (*Vasthi*) renuit et ad regis imperium ... venire -psit (καὶ οὐκ εἰσήκουσεν αὐτοῦ ... ἐλθεῖν). AVG. civ. 3, 6 quoniam debuit utique vindicari, tota hoc *scelus* illa civitas fecit, quod tota -psit. epist. 104, 1 nisi forte modo rescribere prudentiae tuae placuerit, quod facere ante -eras. spir. et litt. 33, 58 qui -erit ad credendum misericordiam eius. PS. AVG. serm. 246, 5 si ea (*purpuram et diadema regale*) simul cum rege quis adorare -erit. SERV. Aen. 1, 505 sed omnibus ... convenientibus sola Chelone ... adesse -psit (*sc. invitata*). CASSIAN. conl. 18, 8, 1 sunt *anachoretae*, qui ... dum pristinos mores ac vitia resecare -unt, nec iugum ... sustinere contenti sunt subdique seniorum imperio dedignantur. 21, 5, 3 consummare etiam leviora legis praecepta -unt. inst. 10, 7, 9 qui traditionem ... tenere -ant, nec imitari velint id, quod. 10, 11 eum imitari. 10, 16 ne forte hac lenitate provocati quidam praeceptis eius oboedire -ant. FAVST. REI. grat. 1, 10 p. 36, 3 servus, qui commissum sibi talentum negotio salutis duplicare -psit. ENNOD. epist. 13, 3 p. 24, 6 ut scribendo deleas, quod scribere -isti. EVGIPP. Sev. 30, 4 hominis, qui servo dei praedicente contumax sua tutare -erat. PASCHAS. epist. 1 dum nos peritiae tuae facundia et otii felicitate perpendens amaritudines occupationesque multiplices peccatorum retractare -is. CASSIOD. hist. 6, 39 eum defendere. CONC. Aurel. a. 511 p. 8, 15. CONC. Arvern. a. 535 p. 69, 7 quod si qui improba temeritate -erint ... communione pellantur. CONC. Aurel. a. 541 p. 89, 15 cui si forte sententiae subiacere -erit. CONC. Clipp. a. 627 p. 200, 27 si admoniti emendare -erint. PASS. Felicit. 6 si sacrificare idolis -isset. VITA Caes. Arel. 1, 54 hoc implere -erint.

iuncturae: *indicatur causa*: *ablativo*: SEN. dial. 9, 17, 2 satius est simplicitate -i quam perpetua simulatione torqueri. AVG. anim. 1, 14, 20 qui enim accipiunt spiritum sanctum, amore caelestium terrena -unt. serm. 153, 8, 10 ut suavis sit veritas, dulcedine tua (*dei*) -atur iniquitas. DRAC. laud. dei 3, 138 cuius (*dei*) amore pio sunt -enda pericla. *praepositione*: ob: LIV. 34, 4, 15 ob hoc ipsum. SEN. benef. 7, 26, 5 adice aestimationem nimiam sui et tumorem, ob quae -endus est. propter: SEN. epist. 74, 32

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

propter illa ipsa. COLVM. 8, 10, 6 propter quae ne rusticis quidem -endus sit hic reditus. AMBR. Abr. 1, 2, 9 propter deum -psit omnia Abraham. AVG. civ. 10, 28 -is enim eum propter corpus ex femina acceptum. 19, 3 quaedam minora … propter maiora … -ens. per: TAC. hist. 1, 60 per avaritiam ac sordes -ptus exercitui et invisus. PS. APVL. Ascl. 25 per hoc -etur nec diligetur totus hic mundus. HIL. in Matth. 4, 26 per spem bonorum futurorum saecularem supellectilem -entes. CONC. Aurel. a. 538 p. 77, 12 si qui clerici … sacerdotes suos … aestimant per inoboedientia(m) -endos. de: FRONTO p. 211 N. plerique legentium forsan rem de titulo (*sc. laudes fumi et pulveris*) -ant. ex: SEN. epist. 4, 4 non vides quam ex frivolis causis -atur *anima*? ab: COLVM. 6, 36, 3 quidam -pti ab aspectu … sunt. *adverbio*: HOR. epist. 1, 1, 29 non tamen idcirco -as lippus inungi. OV. am. 2, 17, 13 non … collatum idcirco tibi me -ere debes. APVL. Socr. 23 p. 175 haec omnia meus Socrates habuit et ideo cetera habere -psit. SOL. 2, 27 deberi sibi sciunt servitium venenorum: ideo -unt venena. AMM. 28, 1, 44 ideoque ut cunctator -ptus (30, 8, 5). RHET. Her. 3, 3, 5 res humiles … viros fortes propterea -ere oportere. *enuntiato*: SEN. epist. 110, 15 -psi divitias, non quia supervacuae, sed quia pusillae sunt. FRONTO p. 151 N. haec si propterea -is, quia didicisti. PROSP. in psalm. 118, 22 ideo -or, quia testimonia tua … exquisivi. NEP. Ages. 8, 5 quo facto eum barbari magis etiam -erunt, quod eum ignorantia … sumpsisse arbitrabantur. TERT. patient. 5 quid prius fuerit … -o quaerere, palam cum sit ….

indicatur comparatio: CIC. Tusc. 5, 85 quam (*gravitatem dignitatemque virtutis*) cum ad caelum extulerunt, … reliqua ex collatione facile est conterere atque -ere. CVRT. 3, 11, 20 quas (*sarcinas*) in comparatione meliorum avaritia -erat. AVG. c. acad. 1, 3, 8 in comparatione recti verique inveniendi -itur a disputante victoria. c. Adim. 6 *parentes* in divini amoris comparatione nulla dubitatione oportere -i. lib. arb. 3, 25, 76 melior est autem *animus*, cum … se ipsum penitus in illius (*dei*) comparatione -it. *adverbio*: *v. infra*. *praepositione*: prae: TER. Eun. 239 hic ego illum -psi prae me. CIC. leg. agr. 2, 96 Romam … prae sua Capua … ac prae illis plateis irridebunt atque -ent. Catil. 2, 5 itaque ego illum exercitum prae Gallicanis legionibus magno opere -o. Flacc. 67 multitudinem Iudaeorum flagrantem non numquam in contionibus prae re publica -ere gravitatis summae fuit. fin. 4, 73 neque magnum bonum (*divitias*) et prae rectis honestisque -endum ac despiciendum. off. 3, 47 illa praeclara, in quibus publicae utilitatis species prae honestate -itur. OV. met. 11, 155 ausus Apollineos prae se -ere cantus *Pan*. LACT. inst. 7, 1, 4 haec suavia terrae bona prae sola nudaque virtute. AVG. civ. 1, 22 humanum iudicium maximeque vulgare prae conscientiae luce ac puritate. 8, 15 excellentiam corporalem prae bonitate vitae. 9, 22 prae cuius (*dei*) … pulchritudine … omnia, quae infra sunt, … -unt *angeli*. 10, 14 necessaria et prae illius vitae sempiternis beneficiis -enda. *aliter*: VVLG. Iudith 5, 4 quare prae omnibus, qui habitant in oriente, isti -erunt nos (*καὶ διὰ τί κατενωτίσαντο τοῦ μὴ ἐλθεῖν εἰς ἀπάντησίν μοι παρὰ πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν δυσμαῖς*). pro: HIER. epist. 49, 4 eloquentiam, quam pro Christo in Cicerone -is, in parvulis ne requiras. 100, 14 nec pro rerum natura sed pro varietate casuum honorantes aliquem vel -entes. AVG. civ. 5, 15 sic et isti privatas res suas pro re communi, hoc est re publica, et pro eius aerario -erunt. 5, 18 pro illa aeterna caelestique patria cuncta saeculi … blandimenta -ere? *ibid.* ut quid se iactent, qui pro immortalis patriae legibus omnia … bona terrena -unt? *ibid.* qui cruciatus non sunt pro fide illius patriae -endi? 8, 14 pro splendore honestatis impura daemonum iussa -ere eorumque immunditiam detestari. 22, 6 non erat eis pro salute pugnare nisi salutem pro salvatore -ere. in psalm. 118, 17 orare debet — ut non solum pro illo (*deo*) -at delectationes ceteras, sed etiam pro illo quaslibet perferat passiones. serm. ed. Mai 6, 3 communicationem *Christi* pro vilitate -bat malitia mundi. PASCHAS. epist. 5 animas suas pro legibus sempiternis sanctitatis fervore -rent. *aliter*: TERT. ieiun. 3 atque ita salutem aemulo modo redaccenderet inedia, sicut extinxerat sagina, pro unico illicito plura licita -ens.

contemplum, -ī *n.*; *cf. c.* contemplari. VARRO ling. 7, 9 *v. p. 650, 20.*

contemporālis, -e [*a* con *et* tempus, *cf. c.* temporalis. *Th.*]. *i. q. eiusdem temporis, aequalis, adi. et subst.*: TERT. anim. 27 *species seminis* indiscretas tamen vindicamus et hoc modo -es eiusdemque momenti. adv. Hermog. 6 coaetaneos et -es. adv. Val. 5 haeresiarcharum -es. adv. Marc. 1, 15 materia . . . innata et infecta et -i deo. HIER. chron. praef. Euseb. Semiramim autem et Abraham -es fuisse. MAR. MERC. Nest. serm. 12, 12 ut deitatem, quae aeterna est, carni -em non audeas facere. PHOEBAD. c. Arrian. 9 p. 19^A. HYD. praef. chron. II p. 13, 20 -es annos.

contemporāneus, -a, -um [*a* con *et* tempus. *Th.*]. *i. q. contemporalis*: GELL. 19, 14 lemm. -os fuisse Caesari et Ciceroni M. Varronem et P. Nigidium.

contemporo, -āre [*a* con *et* tempus. *Th.*]. *eiusdem temporis esse*: TERT. resurr. 45 p. 92, 5 -ant fetu, coaetant natu *caro atque anima.*

? **contemptātor.** GLOSS. IV 516, 33 fastus superbia, -r (contemptus *c*) aut contemptor (contemptus *b*). *L.*

×**contemptibilis,** -e [*a* contemnere, contemptus. *Th*]. ISID. orig. 10, 47 -is vel quia contemptui habilis vel quia contemptus et vilis, id est sine honore. *comparat.* -ior, -ius. *non inveni superlativum.* GLOSS. ἐξουδενημένος. εὐκαταφρόνητος. κατάπτυστος. *legitur inde ab* ITALA, *apud scriptores ecclesiasticos passim.*
i. q. contemnendus vel contemptus: **I** *i. q. non optan-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dus, aspernandus: ITALA I reg. 15, 9 (Rufin. Orig. in num. 19, 1) omne quod fuit -e (πᾶν ἔργον ἠτιμωμένον καὶ ἐξουδενωμένον, VVLG. quicquid vero vile fuit et reprobum). VLP. dig. 21, 2, 37, 1 si ... quid aliud non -e veneat (*ibid.* res quae pretiosiores essent). CYPR. epist. 75, 10 ut et invocatione non -i sanctificare se panem et eucharistiam facere simularet. HIER. adv. Rufin. 2, 26 et tamen apostolus -iora nostra magis necessaria iudicat (*cf.* VVLG. I Cor. 12, 21 *sqq.*). AVG. epist. 199, 45 non -i disputatione docere voluerunt. serm. 246, 3 modicum videtur granum sinapis, nihil -ius aspectu. 342, 4 oleaster -is, amaritudine bacarum aspernabilis per totum mundum erat. in psalm. 140, 21 quomodo accipit terra quandam pinguedinem de rebus -bus et abiectis (*i. de corporibus mortuorum. ibid. passim*). c. Iul. op. imperf. 6, 19 non -is quaestio. SALV. eccl. 4, 43 exituri de habitaculo vili et -i ac iam iamque ruituro. EVSTATH. Bas. hex. 2, 1 p. 879ᴮ non -is merces. 8, 2 p. 947ᶜ neque enim est -e, quod omisimus. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 20, 25 quid, rogo, hic -e in Christo superbia humana fastidiat? CASSIOD. in psalm. 78, 2 illam templi pulchritudinem singularem sic -em putaverunt tamquam casellulam pomorum, quae vilis atque despecta ... deseritur. GREG. M. epist. 3, 62 quia et cibi -es plerumque dulces ex condimento bene coquentis fiunt. ORIG. in Matth. 15, 21 et si minima et -ia Petrus cum fratre suo reliquit.

II *i. q. facile tolerandus; non timendus; cui resisti possit*: SERV. Aen. 2, 646 facilis *est iactura sepulchri*: -is et levis sapienti viro. SCHOL. Stat. Theb. 1, 176 manuque fortunam fecere levem, id est -em (*cf. infra l. 49 sq.*). TERT. apol. 45 Epicurus omnem cruciatum doloremque depretiat, modicum quidem -em pronuntiando, magnum vero non diuturnum. anim. 33 o iudicia divina post mortem humanis mendaciora, -ia de poenis, fastidibilia de gratiis, quae nec pessimi metuant, nec.... DON. Ter. Phorm. 984 'lege agito' dicebatur ei, cuius intentio -is adversario videbatur. AVG. epist. 167, 3 ne putarent -e esse peccatum. civ. 4, 5 ut ex parvo et -i latrocinio pervenirent *gladiatores* ad regnum. 7, 24 *haec* longe -iora atque leviora sunt prae ista turpitudine crudelissima vel crudelitate turpissima. 9, 21 quamvis in illo -is videretur carnis infirmitas. SVLP. SEV. dial. 2, 11, 6 -em enim reddit exercitum, si virorum cohortibus turba feminea misceatur. IREN. 1, 14, 4 tamquam -e (εὐκαταφρόνητον) putasti esse verbum, quod ab ore veritatis audisti. LAMPR. Alex. 20, 3 molliorem tibi potestatem et -iorem imperii fecisti. CAPITOL. Gord. 23, 7 post quod non puerile et -e videbatur imperium. LVCIF. moriend. 2 p. 286 advertis quomodo caduca dominatio ... quod tanto ea iudicetur esse infirmis, -is, inanis, debilis et abiecta. VVLG. II Cor. 10, 10 quoniam quidem epistulae ... graves sunt et fortes, praesentia autem corporis infirma et sermo -is (ἐξουθενημένος). PS. RVFIN. in Os. 4, 16 nec -ia fuisse sacrae legis praecepta nec sua vel impunita crimina vel desideria fructuosa. AVG. epist. 100, 2 non tibi vile sit neque -e ... quod nos rogamus ne occidantur. 153, 7. CASSIOD. hist. 6, 1 remoto fastu palatii -e videbatur imperium.

III *i. q. non venerandus, despiciendus vel despectus, humilis*: PORPH. Hor. carm. 1, 25, 10 levis ... dicitur autem pro eo, quod est -is. SERV. Aen. 1, 151 gravem *pietate virum*: venerabilem; unde et -es leves dicimus (= GLOSS. IV 599, 8 ISID. orig. 10, 112). *de hominibus et animalibus*: DECL. in Catil. 37 nihil illis -ius. VLP. dig. 1, 16, 19, 2 circa advocatos patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne -is videatur. ITALA (Ambr. epist. 82, 3) *et* VVLG. I Cor. 6, 4 saecularia igitur iudicia si habueritis, -es qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum (ἐξουθενημένους. *cf.* AVG. c. Faust. 5, 10 POSSID. vita Aug. 19). ITALA II Macc. 1, 27 (Ambros.) illos -es aspice (τοὺς ἐξουθενημένους καὶ βδελυκτοὺς ἔπιδε, VVLG. libera eos, qui serviunt gentibus, et contemtos et abominatos respice). IVL. VAL. 1, 40 tantum regem Darium ... sub dicionem homullorum ... -ium deventurum. ARNOB. nat. 4, 34 soli sunt apud vos superi inhonorati, -es, viles. DON. Ter. Phorm. 422 nihilo -iorem in hac causa sibi senem quam Antiphonem fuisse ⟨dicit⟩, sed aetatem in illo fuisse despectam. ITALA II Esdr. 4, 4 (Lucif. non parc. 14 p. 239) exaudi, deus noster, quia facti sumus -es (VVLG. facti sumus despectui). AMBR. hex. 5, 10, 29 an -is tibi videtur *piscis*, quia mutus est rationisque expers? AMBROSIAST. in I Cor. 12, 11 in iis, qui -es mundo sunt. 12, 13 quia in aliquibus gloriabantur, aliquos vero velut -es spernebant (*ibid.* nullius personam quasi despectam contemnendam). 12, 23 cum ergo videantur -es, magis honori sunt. (*ibid.* quidam ... egestate et habitu inhonesti). in Rom. 10, 11 aspicient inter ceteros se solos gloriosos et prudentes, qui aestimati fuerant -es et stulti. HIER. epist. 146, 2 diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba -es facit. VVLG. Abd. 2 parvulum dedi te in gentibus, -is tu es valde (εὐκαταφρόνητος, *cf.* Ier. 49, 15. Mal. 2, 9 dedi vos -es et humiles omnibus populis. ἐξουδενωμένους καὶ ἀπερριμμένους εἰς πάντα τὰ ἔθνη. HIER. in Abd. 2 p. 368 tamen parvus es in gentibus et -is, et non solum -is, sed cum ἐπιτάσει valde -is). AVG. in psalm. 45, 4 illi, quem ipsi crucifixerunt ... cogitantes, quam -is esset. serm. 363, 2. epist. 185, 15 quidam ... molam ... ducere tamquam iumenta -ia verbere adacti sunt. civ. 5, 7 (*opp.* admirabilis). 5, 11 qui ... nec exigui et -is animantis viscera ... dereliquit. 20, 3 in omni despecto, id est in omni etiam qui -is hic videtur et ideo non videtur. 22, 5. SVLP. SEV. Mart. 9, 3 -em esse

personam, indignum esse episcopatu hominem vultu despicabilem, veste sordidum, crine deformem. HERM. Pal. mand. 7, 2 is, qui caret virtute, -is est. OROS. hist. 2, 11, 7 Xerxes bello in Graecia infeliciter gesto -is suis factus. NICET. fid. 5 infirmum et -em aestimare Christum. AVELL. p. 390, 11 si autem in his ... extitit -is atque despectus *sacerdos*. MAX. TAVR. bapt. 3 p. 779ᶜ quamvis ille in saeculo nobilis sit, pauperis et in hoc saeculo -is christiani lavare pedes non erubescat. OP. imperf. in Matth. 2 p. 642 oculi eorum (*magorum*) -em puerum (*i. Iesum*) aspicere non poterant, quia spiritus sanctus ... terribilem eum monstrabat. 25 p. 760 quasi homicida fugatus est, quasi mercennarius -is ovium factus est pastor *Moses.* 34 p. 821 nec ille sibi priorem honorem defendere debet, qui prior natus est, nec ille -ior debet esse, qui postea. ISID. sent. 3, 16, 3 magna apud deum refulget gratia, qui huic mundo -is fuerit.

de rebus: ITALA I Cor. 1, 28 (Tert. adv. Marc. 5, 5) nec inhonesta et minima et -ia, quae non sunt ... *elegit deus*, ut confundat, quae sunt (τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου καὶ τὰ ἐξουθενημένα, VVLG. *sim.*). AMBR. patr. 11, 51 in illo velut -i corpore praevaluisti ... propter benedictionem uberum. AMBROSIAST. in I Cor. 12, 22 quamvis aliquis dignitate sublimis sit, si subiectus tamen defuerit ... ipsa dignitas -is erit. VVLG. Is. 49, 7 haec dicit ... ad -em animam, ad abominatam gentem. Mal. 1, 12 mensa domini contaminata est, et quod superponitur, -e est (ἐξουδένωται) cum igne qui illud devorat. sap. 10, 4 cum aqua deleret terram, sanavit iterum sapientia, per -e lignum iustum gubernans (δι' εὐτελοῦς ξύλου). AVG. serm. 62, 4, 7 esurimus et sitimus et nudi sumus et colaphizamur: quid tam extremum, quid tam -e. epist. 205, 13 cum ... doceret *apostolus* nostra corpora futura ex corruptibilibus incorruptibilia, ex -bus gloriosa, ex infirmis fortia. CANON. Migne 56, 834ᴬ nec enim necesse est ibi, *ubi sufficit presbyter*, episcopum ordinare, ne -e fiat episcopi nomen. NICET. spir. 16 ne quis autem spiritum sanctum ... -e aliquid existimet (VICT. VIT. 2, 93). OP. imperf. in Matth. 3 p. 651 melius est de -i genere clarum fieri quam de claro genere -em nasci (*ibid. passim*). CASSIOD. var. 8, 13, 6 illi digne ad vitia generis sui redeunt, qui -i stirpe nascuntur. ORIG. in Matth. 12, 29 species eius (*Christi*) inhonorata et -is prae filiis hominum (ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων). 14, 5 quod putatur ..., satis mihi videtur -e et indignum. ISID. sent. 3, 37, 1 et qui non vivit, sicut docet, ipsam quam praedicat veritatem -em facit.

iuncturae notandae: AVG. civ. 7, 24 longe -iora atque leviora sunt prae ista turpitudine crudelissima. ORIG. in Matth. 12, 29 *v. l. 35.* TERT. anim. 33 iudicia ... -ia de poenis, fastidibilia de gratiis.

adv. **contemptibiliter**: SCHOL. Hor. sat. 2, 6, 87 ⟨tangentis⟩: -ius ossa tangentis. AVG. doctr. christ. 4, 28, 64 talis doctor ut oboedienter audiatur non impudenter non solum submisse ac temperate verum etiam granditer dicit, quia non -r vivit. PALLAD. hist. mon. II 13 non autem praetermittam narrare etiam de his, qui -r conversantur (ἐν καταφρονήσει).

syn.: aspernabilis, fastidibilis, parvus, exiguus, vilis, humilis, levis, infirmus, mollis (imperium), debilis, inhonoratus, ignobilis, inhonestus, despectus, indignus. *opp.*: pretiosus, metuendus, terribilis, clarus, gloriosus, nobilis, honorabilis, venerabilis, admirabilis.

contemptibilitās, -ātis *f.* *a* contemptibilis. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 158 ac si quicquam timere vel revereri consueverint *aegroti*, non erit itidem ac frequenter inducendum; continuatio enim -em parit. OP. imperf. in Matth. 3 p. 651 item qui de contemptibili genere contemptibilis nascitur, turpitudo -is illius non eius solius sed etiam generis eius. 35 p. 831 diaconatus diaconi -as videtur a nobis, vere autem non est -as eius sed actus ipsius.

(**contemptīcius**, -a, -um). *a* contemptus. NOT. Tir. 43, 95 contemptitius.

contemptim *adv.* [*cf. e.* contemnere. *Th.*]. *comparat.* contemptius *v. p. 655, 13 sqq.* GLOSS. V 304, 11 incontemptim non -m. *i. q. superbe vel neglegenter, secure, sine timore*: NAEV. carm. frg. 46 superbiter -m conterit legiones. PLAVT. Persa 547 ut -m, carnufex (*sc. loqueris; cf.* PRISC. gramm. III 56). Poen. 537 ne nos tam -m conteras. LVCR. 5, 1126 deicit ictos invidia interdum -m in Tartara taetra. LIV. 2, 30, 11 itaque effusi et -m pugnam iniere. 2, 35, 2 -m primo Marcius audiebat minas tribunicias. 2, 56, 12 facile -m de iure disserendo perturbare Lactorium poterat. 6, 38, 8 adversus ea cum -m (*i. contumaciter*) tribuni plebis rem nihilo segnius peragerent. 7, 7, 2 Hernicos, morte consulis -m ad castra Romana cum haud dubia expugnandi spe succedentes. 9, 41, 9 magnifice de se ac -m de Romanis loquentes. 25, 36, 10 captum hostem teneri latentem post sarcinas haec -m duces increpabant. 25, 37, 15 postquam neminem insequi viderunt, metu substitisse rati -m rursus et sedato gradu in castra abeunt. 27, 18, 2 adeo -m impetum fecerunt, ut facile appareret, quid utrique parti animorum esset. 37, 10, 2 cum audisset ... Pausistratum praefectum superbe quaedam et -m in se contionantem dixisse. CVRT. 8, 7, 18 et a Dioxippo -m militarem eludente ferociam accepta condicio est. 8, 13, 15 sed dum supervenientes -m et superbe quoque expectant, ... obruti telis sunt. 9, 5, 8 itaque -m et incaute qui proximi steterant incurrerunt. PLIN. nat. 8, 50 quamlibet magna ca-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

num et venantium urguente vi -m restitansque cedit *leo* (*cf.* SOL. 27, 18 cum *leones* premuntur a canibus, -im [-i *R*] recedunt subsistentesque interdum ancipiti recessu dissimulant timorem). 8, 149 iussit *Alexander* ursos, mox apros et deinde damas emitti, -im (-u *nonnulli codd.*) immobili iacente eo (*cane*). TAC. hist. 3, 9 recitatae pro contione epistulae addidere fiduciam, quod summisse Caecina..., ipsorum duces -im (-i *Med.*) tamquam insultantes Vitellio scripsissent. 3, 47 quin et barbari -im (-i *Med.*, -ius *edd. nonnullae*) vagabantur fabricatis repente navibus. 3, 58 dilabi paulatim senatores equitesque, primo cunctanter et ubi ipse *Vitellius* non aderat, mox -m et sine discrimine. OROS. hist. 5, 4, 6 ita omnes metu perculit, ut prospectantibus cunctis ipse -m atque otiosus abiret. *huc pertinere videtur comparativus* contemptius (contempte *v. p. 645, 52*): SEN. dial. 10, 12, 1 quos a basilica immissi canes eiciunt, quos aut in sua vides turba speciosius elidi aut in aliena -ius. SVET. Dom. 11 et quo -ius abuteretur patientia hominum, numquam tristiorem sententiam sine praefatione clementiae pronuntiavit. AVG. c. Adim. 18 tanto fit uberior, quanto -ius possidetur. TAC. hist. 3, 47 *v. l. 8.*

synonyma et opposita: incaute. superbe (superbiter NAEV.) submisse. magnifice.

contemptio, -ōnis *f.* *a* contemnere. *pluralis non legitur.* GLOSS. καταφρόνησις. *inde ab* RHET. Her. *apud* CIC. CAES. LIV. SEN. philos. CVRT. PLIN. nat. TAC. GELL. APVL. VVLG. EVGRAPH. *v.* contemptus, -ūs.

1 ***active***: *i. q. affectus contemnentis vel actio contemnendi*: *ad* contemno *I i. q. fastidium, aspernatio*: RHET. Her. 3, 2, 3 fortitudo est rerum magnarum appetitio et rerum humilium -o et laboris ... perpessio. CIC. ac. 1, 28 hinc gignebatur fuga desidiae voluptatumque -o, ex quo laborum dolorumque susceptio. Tusc. 1, 95 totamque vim bene vivendi ... in omnium rerum humanarum -e ac despicientia ... ponamus. Phil. 3, 16 vellem hanc -em pecuniae suis reliquisset. off. 1, 13 ex quo magnitudo animi exsistit humanarumque rerum -o. Att. 4, 19, 2 perspice aequitatem animi mei et †ludum et -em Seleucianae provinciae (*sc. non acceptae*). SEN. dial. 7, 4, 2 cui vera voluptas erit voluptatum -o. epist. 4, 4 difficile est ... animum perducere ad -em animae. *ad II i. q. neglegentia, contumacia, nullus timor, inoboedientia*: RHET. Her. 4, 25, 35 quod fortitudo est -o laboris et periculi (CIC. off. 3, 117 fortitudo, quae est dolorum laborumque -o. SEN. epist. 31, 4 labor bonum non est. quid ergo bonum est? laboris -o). CIC. parad. 27 sapientis animus ... -e fortunae ... saeptus vincetur? rep. 5, 9 in qua (*fortitudine*) est magnitudo animi, mortis dolorisque magna -o (*cf.* phil. frg. V 67). fin. 2, 113 in quibus *animi partibus* ... inest in perpetiendis laboribus adeundisque periculis firma et stabilis doloris mortisque -o. Tusc. 2, 2 magna videbatur mortis effecta -o, quae ... valet ad animum metu liberandum. 2, 43 fortitudo, cuius munera duo sunt maxima, mortis dolorisque -o. CVRT. 10, 5, 29 mortis, cuius metus ceteros exanimat, perpetua -o. GELL. 2, 8, 9 apud Platonem ... reperias syllogismos repudiato conversoque ordine isto, qui ... traditur, cum eleganti quadam reprehensionis -e positos esse. CIC. Sest. 134 tanta licentia, tanta legum -o nonne quem habitura sit exitum pertimescit? CAES. Gall. 5, 29, 2 neque Eburones, si ille (*Caesar*) adesset, tanta -e nostri ad castra venturos esse. CAES. civ. 5, 58, 1 cum maiore in dies -e (*i. securitate*) Indutiomarus ad castra accederet. *ad III A i. q. despicientia*: LENT. Cic. epist. 12, 14, 3 *Rhodiorum* perseverantia in -e optumi cuiusque ferenda mihi non fuit. PLIN. nat. 37, 41 sed hoc ... serio quemquam dixisse summa hominum -o est. VVLG. psalm. 106, 40 effusa est -o (ἐξουδένωσις) *domini* super principes et errare eos fecit in invio et non in via. RHET. Her. 1, 6, 8 ab rebus ipsis benevolum efficiemus auditorem, si nostram causam laudando tollemus, adversariorum per -em deprimemus. CIC. inv. 1, 22. CALL. dig. 1, 18, 19 nam ex conversatione aequali -o dignitatis nascitur. *ad III B*: LIV. 6, 41, 4 quid de religionibus atque auspiciis, quae propria deorum immortalium -o atque iniuria est, loquar.

2 ***passive***: *i. q. condicio eius, qui contemnitur*: RHET. Her. 1, 5, 8 ab adversariorum persona benevolentia captabitur, si eos in odium, in invidiam, in -em adducemus (CIC. inv. 1, 22. EVGRAPH. Ter. Eun. 19 adversarios aut in odium aut in -em aut in invidiam ducamus). *ibid.* in -em adducemus, si inertiam, ignaviam, desidiam luxuriam adversariorum proferemus (*cf.* CIC. inv. 1, 22 RHET. Her. 4, 49, 62). CIC. inv. 1, 21 in humili autem genere causae -is tollendae causa necesse est attentum efficere auditorem. CAES. Gall. 3, 17, 5 Sabinus ... castris se tenebat ... ut iam non solum hostibus in -em veniret, sed etiam nostrorum militum vocibus ... carperetur. 5, 49, 7 *Caesar* castra ... quam maxime potest contrahit eo consilio, ut in summam -em hostibus veniat. civ. 3, 60, 2 magnam tamen haec res illis offensionem et -em ad omnes attulit. SEN. dial. 9, 11, 9 quae dignitas, cuius non praetextam ... comitentur ... mille maculae et extrema -o. 11, 13, 8 his ego respondeo et exilium saepe -e omni carere. TAC. ann. 11, 20 *Corbulo* quamquam multa simul offunderentur, metus ex imperatore, -o ex barbaris ludibrium apud socios ... signum receptui dedit. 15, 1 eo -is descensum, ut ne duce quidem Romano incursarentur *Adiabeni* sed temeritate obsidis (*i. Tigranis*). APVL. met. 9, 29 quae res cum ei sequius ac rata fuerat proveniret ... -e etiam stimulata ... incipit .... PSALT. Rom. 122, 3 multum repleti sumus -e (ἐξουδενώσεως, VVLG. despectione). *nota*: CAES. civ. 2, 13, 3 ne gravius permoti milites et defectionis odio et -e (contentione *codd.*) sui et diutino labore omnes puberes interficerent.

iuncturae: CAES. Gall. 5, 29, 2 neque tanta -e nostri ad castra venturos. civ. 2, 13, 3 ne gravius permoti milites ... -e sui ... interficerent. *accedunt adiectiva*: magnus: CIC. rep. 5, 9 CAES. civ. 3, 60, 2. maior: CAES. civ. 5, 58, 1. tantus: CIC. Sest. 134 CAES. Gall. 5, 29, 2. summus: CAES. Gall. 5, 49, 7 PLIN. nat. 37, 41. extremus: SEN. dial. 9, 11, 9. omnis: SEN. dial. 11, 13, 8. firma et stabilis -o: CIC. fin. 2, 113. perpetuus: CVRT. 10, 5, 29.

syn.: fuga, tolerantia, odium, invidia, despicientia, ludibrium, despectio, offensio. *opp.*: appetitio, susceptio, metus.

contemptiōsē *adv.* *a* contemptio. DON. Ter. Ad. 87 quidnam id est: hoc etiam contemptiose (contentiose *dett.*) interrogat.

contempto, -āre *a* con *et* temptare. GAVDENT. serm. 18 p. 978[C] *diabolus* deum sentit et contemptat (*cod. Rem.*, tentat *vulg.*). NOT. Tir. 89, 21[a].

[x]**contemptor,** -ōris *m.* *a* contemnere. GLOSS. pertinax, durus, superbus. καταφρονητής. εὐκαταφρόνητος -r nomine (*leg.* -pto nomine). *inde ab* SALL. (*sed fem. inde a* PLAVTO).

i. is qui contemnit: *ad* contemno *I*: *is qui parvi aestimat, fastidit, spernit*: VERG. Aen. 9, 203 est animus lucis (*i. vitae*) -r. LIV. 39, 40, 10 fuit ... invicti a cupiditatibus animi, ... -r gratiae, divitiarum. VELL. 2, 117, 2 pecuniae vero quam non -r, Syria, cui praefuerat, declaravit. VAL. MAX. 2, 2, 3 litterarum gloriosissimum -em (*i. Marium*). SEN. dial. 2, 2, 1 hos enim Stoici nostri sapientes pronuntiaverunt, invictos laboribus, -es voluptatis. 6, 25, 1 interque -es vitae et beneficio liberos parens tuus. epist. 92, 31 vadit audaciter -r omnium nec ad pecuniam respicit. STAT. silv. 2, 3, 70 idem auri facilis -r et optimus idem comere divitias opibusque immittere lucem. TAC. Germ. 31 *Chatti*, prodigi alieni, -es sui. hist. 4, 5 opum -r, recti pervicax (AMM. 25, 4, 7). PLIN. paneg. 55 -r ambitionis et infinitae potestatis domitor ac frenator animus ... florescit. PORPH. Hor. carm. 1, 12, 37 animae ergo prodigum -em vitae intelligendum. HIER. epist. 108, 3 quae (*gloria*) virtutem quasi umbra sequitur et appetitores sui deserens appetit -es. AVG. serm. 50, 2, 3 non enim potest quisque apparere -r nisi eius rei, cuius possessor effectus est. 311, 3, 3 quare te invenio earum rerum amatorem, quarum veneraris -em? civ. 1, 24 tantus itaque vitae huius -r ... magnum scelus esse, si se homo interimat, ... iudicavit. 5, 19 qui autem gloriae -r dominationis est avidus. *ibid.* gloriae -r (5, 20 qui, cum aliena spernant iudicia velut gloriae -es, sibi sapientes videntur). epist. 140, 33 mundi huius quilibet magnus perfectusque -r, cum alibi patitur, nihil patitur. in psalm. 93, 25 et dulcedo promissorum facit te -em dulcedinum saeculi. COD. Theod. 4, 22, 3 (*a. 389*) cadat igitur lite, quisquis opperiri noluerit ... et, quod recipere lege potuisset, -r examinis violentus amittat. SERM. Corp. Vind. 21 p. 333, 16 sectatores tuos (*fallacis mundi figura*) appetita captivas, -es tuos despecta glorificas. RVRIC. epist. 2, 6 dum malunt ab hominibus percipere laudem quam a domino expectare mercedem, praesentis appetitores lucri et praemii -es aeterni. DRAC. laud. dei 3, 85 -r vitae magis hic servator habetur. ENNOD. epist. 4, 12, 4 ad ea, ..., non tamquam emendationis -r aspires. *ad I B 1*: QVINT. inst. 12, 1, 20 *Cicero* nec sapientis sibi nomen minime sui -r asseruit et .... HIER. epist. 60, 11 sicut sui in carne -r est et paupertate incedit ornatior.

ad II: *i. is qui nihil curat, non timet, resistit*: OV. fast. 3, 49 hoc ubi cognovit -r Amulius aequi. met. 9, 240 -emque (*i. Herculem*) petebat flamma suum. 12, 170 vestro fuit unicus aevo -r ferri nulloque forabilis ictu Cycnus. SEN. epist. 24, 8 generosum illum -emque omnis potentiae spiritum non emisit sed eiecit. STAT. Theb. 6, 542 Phrixei natat hic -r ephebus aequoris (*Leander*). 9, 306 intonsumque Hersen -emque profundi Crethea. 11, 513 it praeceps sonipes strictae -r habenae. GELL. 2, 27, 5 ostenditur Philippus ... prae studio laudis et honoris iacturarum damnorumque corporis -r. PHYSIOGN. 138 qui sunt tardi, frigidi, penuriae atque iniuriae -es. CLAVD. MAM. anim. p. 101, 14 non tam ignaros veri philosophos iudicat quam cogniti -es. COD. Iust. 7, 40, 3, 3 cum contra desides homines et sui iuris -es odiosae exceptiones oppositae sunt. LIV. 44, 22, 7 nemo tam famae -r est, cuius non debilitari animus possit. CVRT. 4, 9, 12 omnis periculi et maxime multitudinis -r. SEN. benef. 7, 1, 7 -r omnium, quibus torquetur vita. epist. 24, 3 singula ista constitue et -es eorum cita. 24, 11 -es mortis (TERT. adv. Marc. 2, 9 si mors malum, nec mors comminatori suo sed -i faciet invidiam. HEGES. 5, 18, 3 Romani, quia -es mortis eos arbitrabantur, augebant genera suppliciorum). epist. 66, 51 stetit hostium flammarumque -r et manum suam ... destillantem perspectavit. 93, 4 vis scire, quid inter hunc intersit vegetum -emque fortunae ... et illum .... PLIN. nat. 8, 46 leonum duo genera, hos ..., eos -es vulnerum. TAC. ann. 6, 38 patientiam libertatis alienae ostentans et -r suae infamiae. PS. AMBR. laps. virg. 9, 39 sacrilege, et tui propositi immemor et iudicii divini -r. CLAVD. 18, 434 scribat Halys scribat famae -r Orontes. TAC. hist. 1, 18 id (*i. caelestes minae*) ... non terruit Gal-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bam ... -em talium ut fortuitorum. Ivv. 6, 342 et quis tunc hominum -r numinis? Svet. Nero 56 religionum usque quaque -r praeter unius deae Syriae. Gallican. Avid. 3, 4 saepe religiosus, alias -r sacrorum. Evgipp. Sev. 12, 5 sancti operis temerator atque -r. Frontin. aq. 130 utilissimae legis -es non negaverim dignos poena. Lvcif. Athan. 1, 36 p. 129, 23 licet enim -r dei praeceptorum sis. Ps. Ambr. serm. Sess. 1, 4 ita fit, ut ... praecepti -r exsistas. Optat. 1, 21 p. 24, 15 *terra* -es mandatorum dei ... absorbuit. 3, 7 p. 89, 7 divinorum praeceptorum -es. Avg. civ. 20, 28 tam magnum inter observatores legis -esque discrimen. Cypr. Gall. num. 427 quidam sub lumine festo (Vvlg. in die sabbati) dum sarmenta legit, legis -r aeternae corripitur. Cod. Iust. 4, 65, 35, 3 poena, quam contra milites nostrorum praeceptorum -es ... statuimus. Bened. reg. 23 si quis frater ... praeceptis seniorum suorum -r repertus fuerit. 65 qui praepositus si repertus fuerit vitiosus aut ... -r sanctae regulae fuerit comprobatus. Epist. pontif. 600 Thiel 7 *Acacius* admonitus statutorum salubrium non destitit esse -r. Sen. epist. 73, 1 contumaces esse ac refractarios, -es magistratuum aut regum. Victorin. Macc. 198 fretus quod pectore tuto paruerit monitis regis -r et irae. Greg. Tvr. Franc. 4, 14 non ... sumus -es tui (*i. regis*). Lact. ira 16, 1 nec enim tam immitis est *deus* hominumque -r, ut auxilium laborantibus deneget. Ennod. opusc. 3, 180 p. 377, 26 scripsit tamen *regi* ... ne aut tacendo -r (*i. neglegens*) aut occurrendo per arrogantiam pronuntiaretur intemperans. Cod. Iust. 1, 3, 54, 11 haec ... observare procurent; nam -es ... ferientur. 3, 1, 14, 3 hoc ... observandum; et si praetereatur, -bus periculosum sit.

ad IIIA: i. is qui parum aestimat, despicit, irridet: Liv. 3, 57, 3 deorum hominumque -r. 6, 34, 5 M. Fabi Ambusti, potentis viri ... quod haudquaquam ... -r eius habebatur. Ov. met. 11, 7 en hic est nostri -r. Mart. 10, 5, 1 quisquis stolaeve purpuraeve -r, quos colere debet, laesit impio versu. Itala gen. 27, 12 (Lugd.) ne forte ... ero ante ⟨e⟩um (*patrem*) sicut -r et inducam su⟨pe⟩r me maledic⟨tu⟩m (*ὡς καταφρονῶν*, Vvlg. timeo, ne putet me sibi voluisse illudere). Amm. 27, 3, 6 ut liberalem se sed multitudinis ostenderet -em. Greg. Tvr. Franc. 4, 40 Iustinus ..., vir in omni avaritia deditus, -r pauperorum, senatorum spoliator. Op. imperf. in Matth. 25 p. 761 tres pueri in Babylonia et quasi -es regis sunt accusati.
Val. Max. 1, 8, 1 tamquam maiestatis eius (*senatus*) ... vano sermone -r in carcerem coniectus. Cod. Iust. 6, 30, 22, 13 ne quis nos putaverit antiquitatis esse penitus -es. Sall. Iug. 64, 1 inerat -r animus et superbia. Capitol. Maximin. 2, 2 erat ... ferus moribus, asper, superbus, -r. Itala Hab. 2, 5 (Lucif. Athan. 1, 36 p. 129, 15) placens et -r, vir superbus nihil proficiet. Lvcif. Athan. 1, 36 p. 129, 19 quis enim alius ... sibi placens, -r, superbus, ... reperiri potest nisi tu? Avg. serm. 82, 12, 15 non amo in voce laudatorem et in corde -em.
ad IIIB: dei contemptor (*cf. l. 28*): Verg. Aen. 7, 648 -r divum Mezentius (8, 7. *cf.* Macr. sat. 3, 5, 9). Ov. met. 3, 514 -r superum Pentheus. 13, 761 nempe ille (*Cyclops*) ... magni cum dis -r Olympi. Sen. Ag. 606 perrumpet omne servitium -r levium deorum, qui .... Stat. Theb. 3, 602 superum -r et aequi impatiens largusque animae. 9, 550 te solam (*sc. dexteram*) superum -r adoro. Apvl. Plat. 2, 16 non solum turpem et damnosum et -em deorum. Tert. nat. 1, 9 ut -es deorum vestrorum haec iacula eorum †provocamus. *ibid.* deos vestros ... qui propter -es etiam cultores suos laedunt (1, 9. 10). Lact. inst. 5, 10, 12 quia et -es eorum (*deorum*) saepe videant beatos et cultores saepe miseros. 5, 20, 2 quasi vero, si dii essent, indigerent hominum auxilio adversus -es suos. Ambr. parad. 15, 74 honorificantes me honorificabo et -r mei honore privabitur. Avg. in psalm. 144, 11 quid merebaris, peccator? -r dei, quid merebaris? civ. 4, 18 ut suos cultores plerumque praetereat et suis -bus haereat *Fortuna*. *cf.* 6, 1 *bis.* 10, 25 cum ea felicitate, quam de illo (*deo*) expectabat, -es eius florere perspiceret. 16, 10 -es dei (*opp.* cultores dei). 20, 21 manus distinguentis cultores suos a -bus suis. Prvd. perist. 2, 262 tute ipse ... -r aeterni dei, dum daemonum sordes colis. *nota: absolute i. q. peccator:* Itala Hab. 1, 13 (Lucif. Athan. 1, 35 p. 129, 10) cur inspicis super -es? (Vvlg. quare respicis super iniqua agentes?). Vvlg. act. 13, 41 dictum est in prophetis: videte, -es, et admiramini (*καταφρονηταί*). prov. 13, 15 doctrina bona dabit gratiam: in itinere -um vorago. Avg. epist. 153, 6 cuius altum iustumque iudicium nullus -r evadit. serm. ed. Mai 90, 4 ama igitur, quisquis -r es, bonum et sollicite time censorem. op. monach. 17, 20 citius enim exauditur una oboedientis oratio quam decem milia -is. spir. et litt. 33, 58 voluntas dei ... vinceretur autem, si non inveniret, quid de -bus faceret. in psalm. 39, 3 tales sunt superbi -es, non pii deprecatores, non lacrimosi clamatores. Evgipp. Sev. 24, 2 admonere, ut saltem ipse *sanctus Maximinus* -bus derelictis properaret caelesti misericordia liberari. 27, 3 nec defuit -bus gladius inimici.

iuncturae: *vim adiectivi attributi habet:* Sall. Iug. 64, 1 inerat -r animus et superbia. Sen. epist. 24, 8 generosum illum -emque omnis potentiae spiritum. Plin. paneg. 55 -r ambitionis et infinitae potestatis domitor ac frenator animus ... florescit. Cod. Iust. 4, 65, 35, 3 contra milites nostrorum praeceptorum -es. *interdum absolute, saepe cum genetivo obiectivo. nota:* Ov. met. 11, 7 hic est nostri -r. Ambr. parad. 15, 74 -r mei honore privabitur. Qvint. inst. 12, 1, 20 *Cicero* minime sui -r. Hier. epist. 60, 11 sicut sui in carne -r est. Serm. Corp. Vind. 21 p. 333, 16 -es tuos despecta glorificus. Ov. met. 9, 240 -emque petebat flamma suum. Tert. adv. Marc. 2, 9 nec mors comminatori suo sed -i faciet invidiam. Lact. inst. 5, 20, 2 Avg. civ. 4, 18. *cum dativo:* Bened. reg. 23 praeceptis seniorum suorum -r repertus (*cf.* 65). *accedit adiectivum:* Stat. silv. 2, 3, 7 idem auri facilis -r (*i. qui facile contemnit*). Avg. civ. 1, 24 tantus itaque vitae huius -r. epist. 140, 33 mundi huius ... magnus perfectusque -r. in psalm. 39, 13 tales sunt superbi -es. Cod. Theod. 4, 22, 3 (*a. 389*) -r examinis violentus. *accedit adverbium:* Stat. Theb. 3, 602 diu tuto superum -r et aequi. Cod. Iust. 6, 30, 22, 13 ne quis nos putaverit antiquitatis esse penitus -es (*cf.* penitus contemnere). *accedit ablativus:* Val. Max. 1, 8, 1 maiestatis eius ... vano sermone -r. *cf.* Ennod. opusc. 3, 180 p. 377, 26 ne aut tacendo -r ... pronuntiaretur. *accedit praepositio:* Gell. 2, 27, 5 ostenditur Philippus ... prae studio laudis et honoris iacturarum damnorumque corporis -r. Avg. serm. 82, 12, 15 non amo in voce amatorem et in corde -em. Hier. epist. 60, 11 sicut sui in carne -r est.

syn.: prodigus, temerator, contumax, refractarius, superbus, peccator. *opp.:* appetitor, sectator, amator, laudator, avidus, observator (legis), oboediens, religiosus, cultor, honorificans (dei).

fem. **contemptrīx,** -īcis. *inde a* Plavto. *ad* contemno *I i. ea quae nihili aestimat, fastidit, spernit:* Plavt. Bacch. 531 nunc ego illam me velim convenire ... -em meam. Sen. benef. 4, 2, 4 indignor ... quod omnino cum voluptate conferatur *virtus*, -x eius et hostis et longissime ab ea resiliens. Stat. Theb. 12, 185 tunc movet arte dolum *Argia*, quo ... deos regemque cruentum -x animae et magno temeraria luctu provocet. *ad II: i. ea quae nihil curat, non timet, resistit:* Sen. epist. 88, 29 fortitudo -x timendorum est. Plin. nat. 19, 154 eruca praecipue frigorum -x diversae est quam lactuca naturae. 37, 59 duarum violentissimarum naturae rerum, ferri igniumque, -x. Sil. 13, 830 illa est quae ..., -x Cloelia sexus. 17, 410 sternitur in medium -x turba pericli. Zeno 1, 9, 1 per fas atque nefas ... bacchatur salutis suae alienaeque -x. Pallad. hist. mon. I 1 petiit ut tormentis deficeret, ne ... libidinis domini -x videretur. Pass. Crispin. 1 dura es et -x (*i. contumax*) et incipies vim legum invita sustinere. *ad IIIB: dei contemptrix:* Ov. met. 1, 161 sed et illa propago -x superum ... fuit. Filastr. 128, 5 ideoque omnium paganorum ... animae ac peccantium pariter in prosperitate -es dei reperiuntur interdum.
Hier. epist. 117, 10 an tu neglegens, dissoluta, -x, quae ... adulescentem necdum bene barbatulum ita bracchiis tuis quasi cassibus inclusisti.

contemptus, -ūs *m. a* contemnere. Gramm. suppl. 299 sumptus, contemptus, temptatus per p scribendum. *forma dativi sing. interdum* -u. *cf.* Anth. 470, 6 *p. 661, 42.* *ablativus sing.* contempto *legitur* Lex Visig. 8, 3, 15 si dominus eorum (*pecorum*) venire contemserit, pro -to ipso, quia inspicere noluit ... in duplum cogatur exsolvere. *fortasse* Lampr. Comm. 3, 9 in senatus odium ita venit, ut ... crudeliter ... saeviret fieretque ⟨e⟩ -o crudelis (-ui *vulg.*, contento *M*). *cf. infra l. 83. pluralis legitur* Lvcr. 5, 833. 1278. *fortasse* Liv. 24, 5, 5 hunc tam superbum apparatum ... sequebantur -us omnium hominum, superbae aures, contumeliosa dicta, rari aditus.
Gloss. *ἐξουδένωσις. ἐξουδένησις. καταφρόνησις. καταφρόνησις καὶ καταφρονηθείς.* fastus. *inde ab* Lvcr. *apud plerosque auctores, deest poetis praeter* Lvcr. (*ter*) Ov. (*bis*) Sil. (*ter*) Damas. Victorin. Drac. *cum eis, qui verbo* contemptio *utuntur, haec est ratio:*

	-us	-io		-us	-io
Rhet. Her.	—	6	Plin. nat.	3	1
Lvcr.	3	—	Qvint.	18	—
Cic.	—	17	Tac.	9	2
Caes.	1	6	Gell.	1	1
Liv.	21	1	Apvl.	6	1
Sen. phil.	34	5	Vvlg.	10	1
Cvrt.	3	1			

de Tac. *cf. Wölfflin, Philol. 25, 106. semper dicitur* contemptui esse, habere, *non* -oni, *velut* Caes., *qui sexies scripsit* -io, *semel habet* -us Gall. 2, 30, 4 Gallis ... brevitas nostra -ui est.

1 ***active:*** *i. q. affectus contemnentis vel actio contemnendi: ad* contemno *IA i. q. aspernatio, fastidium:* Sen. dial. 8, 11, 4 favemus *gladiatoribus*, si -um eius vitae prae se ferunt (Sol. 10, 1 Thracibus barbaris inesse -um vitae ex quadam naturali sapientiae disciplina). nat. 6, 32, 4 pusilla res est hominis anima, sed ingens res -us animae. epist. 65, 22 -us corporis sui certa libertas est. 76, 21 virtus ... incedit cum magno utriusque *fortunae* -u. Qvint. inst. 12, 6, 2 nam inde et -us operis innascitur. 12, 6, 7 nec audiendi facilitatem usque ad -um operis adduxerit *iuvenis*. Tert. spect. 29 quae maior voluptas quam fastidium ipsius voluptatis, quam saeculi totius -us. Porph. Hor. carm. 3, 4, 25—6 animi ... iuvenum, qui litium et rixarum in -u (-to *codd.*) amoris cupidi sunt. Hil. in Matth. 5, 6 -um saeculi et fiduciam futurorum.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 7 praesentium rerum -u curam tantum divinis rebus impendere. 23, 2 omnia inter -um saeculi et contumeliam laedendi Caesaris temperavit (10, 26. 16, 11. 20, 4). HIER. epist. 58, 6 libros de -u ventris et gutturis . . . disserentes. VVLG. eccles. 9, 3 corda filiorum hominum implentur malitia et -u in vita sua. PALLAD. hist. mon. I 1 quorum vita omnis in -u quodam propriae salutis fuit. VAL. MAX. 8, 14 ext. 3 gloria ne ab his quidem, qui -um eius introducere conantur, neglegitur. SEN. contr. 2, 1, 28 alius . . . ex -u divitiarum gloriam petat. SEN. dial. 12, 2, 3 nullum maiorem ex ea (*pecunia*) fructum quam -um eius petit. benef. 5, 6, 2 etiam nunc Archelaus daturus erat aurum et argentum, recepturus -um auri et argenti? epist. 32, 4 sed ego contra omnium tibi eorum -um opto, quorum illi copiam. 62, 3 brevissima ad divitias per -um divitiarum via est. 108, 11 de -u pecuniae multa dicuntur. QVINT. inst. 7, 2, 29 neque enim videtur in eundem et -us pecuniae et cupiditas cadere. TAC. ann. 6, 45 *scaenam Pompeiani theatri* -u ambitionis an per senectutem haud dedicavit. APVL. apol. 23 ut acquirerem mihi . . . -um patrimonii. LACT. inst. 1, 1, 7 veritas . . . vel -ui doctis est, quia idoneis assertoribus eget, vel odio indoctis. 6, 6, 9 non potest ergo virtus esse in iis rebus quaerendis, in quarum -u vis ac ratio virtutis appareat. DAMAS. epigr. 11, 4 ⟨parvus⟩ honor vitae, grandis -us habendi. AMBR. Noe 4, 8 qui electione inferioris et -u superioris consortii . . . condemnantur. AVG. epist. 126, 7 sed vestrum pecuniae -um dilexit in vobis. BOETH. cons. 4, 7, 49 habet -um felicitatis, non habet praemium laboris. TAC. hist. 1, 6 *Galbam* odio flagitiorum oneratum -u inertiae destruebant. *ad IB1*: SEN. epist. 66, 1 vincit tamen omnia impedimenta et ad cetera contemnenda a -u sui venit.

ad. contemno *II*: *i. q. neglegentia, contumacia, nullus timor, inoboedientia*: *de rebus*: LIV. 33, 19, 1 cum audisset Dardanos transgressos fines ab -u concussi tum regni. VAL. MAX. 3, 3 ext. 6 atque his haud parva gloria -u doloris acquiritur. SEN. dial. 2, 16, 2 iniuriae. epist. 23, 7 ex -u fortuitorum. 70, 18 ad -um nos doloris armavimus. QVINT. inst. 12, 1, 12 at malis hominibus ex -u opinionis et ignorantia recti nonnumquam excidit ipsa simulatio. 12, 2, 30 doloris ac mortis. TAC. ann. 4, 38 unum insatiabiliter parandum: prosperam sui memoriam; nam -u famae contemni virtutes. SVET. Nero 39 histrionem . . . nihil amplius quam . . . summovit, vel -u omnis infamiae, vel. . . . PS. APVL. Ascl. 22 ex enim intellectu rationis divinae . . . -us medelaque nascitur vitiorum mundi totius. NOVATIAN. trin. 25 p. 935 -um omnis humanae potestatis. AMBR. Noe 26, 100 necati hominis innocentis apud deum nullum esse -um. ZACCH. 1 praef. apud quosdam contradictio gentilium . . . spernenda potius videtur esse quam refellenda, cum in -u eius fastidium inutile, in informatione autem duplex bonum sit. BELL. Alex. 74, 3 -u exercitus nostri . . . descendere . . . coepit. LIV. 21, 44, 8 nullum -u m⟨ortis telum⟩ ad vincendum homini . . . acrius datum est (VAL. MAX. 4, 7 ext. 1 mortis -um ingenerare . . . potuerunt. SEN. suas. 7, 11 ut ille Cicero multa fortiter de mortis -u locutus . . . occideretur. SEN. benef. 2, 34, 3 gladiatorem . . . quem in -u⟨m⟩ mortis temeritas impulit. dial. 9, 3, 4. SIL. 4, 249 Crixus . . . armat -u mentem necis. PLIN. paneg. 33 quod ad pulchra vulnera -umque mortis accenderet. TERT. nat. 18 *bis*. VEG. mil. 1, 2 quibus et copia sanguinis suppetat ad vulnerum mortisque -um et . . .). SEN. dial. 1, 4, 12 -um periculorum assiduitas periclitandi dabit. epist. 74, 21 iuvenilia nonnumquam ingenia cupido gloriae in -um tam ferri quam ignium misit. 95, 71 periculorum gladiorumque -us. FRONTIN. strat. 2, 12, 3 ne . . . -u praesentis paucitatis hostes castra eius oppugnarent. FLOR. epit. 1, 14, 1 Latinos . . . semper quidem . . . infestos, tum vero -u urbis incensae . . . audentes. APVL. met. 2, 18 tibi vero fortunae splendor insidias, -us etiam peregrinationis poterit afferre. TERT. nat. 1, 18 iam ignis -us evasit. TAC. hist. 5, 5 hinc generandi amor et moriendi -us. AMM. 31, 13, 3 nostri quoque ultimo cadendi -u occursantes . . . obtruncabant. LIV. 23, 4, 6 ad -um legum, magistratuum, senatus accessit tum . . . ut . . . . TERT. nat. 1, 4 cum . . . elatrent cum legum -u, sine respectu personarum. HERM. vulg. sim. 8, 7 per seditiones vero et -um legis mortem sibi acquirunt *homines*. SYMM. rel. 23, 1 is . . . -um legum ac saeculi non silebit. SALV. gub. 4, 70 nihil enim -u agunt caelestium praeceptorum praeceptum domini nescientes, quia non facit aliquid contra legem legis ignarus. CONC. Matisc. a. 585 p. 165, 28 siquis itaque vestrum hanc salubrem exhortationem parvi penderit aut -ui tradiderit.
SVET. Tib. 2 non pascentibus in auspicando pullis ac per -um religionis mari demersis. VLP. dig. 28, 7 cum enim faciles sint nonnulli hominum ad iurandum -u religionis, alii perquam timidi metu divini numinis. ARNOB. nat. 7, 42 sacrilego pectore religionisque -u.
de hominibus: LIV. 7, 30, 18 usque ad nos -us Samnitium pervenit, supra non ascendit. 7, 33, 5 proelium . . . cum fiducia sui, sine -u hostium (*i. sine nimia securitate hostium*) commissum est. 37, 20, 4 -us eorum (*hostium*) et inde neglegentia apud regios oritur. 42, 55, 4 praeter gaudium periculosi saltus superati -us quoque hostium . . . accessit. CVRT. 5, 3, 18 quod ubi -u sui pergere vident *agmen*. PLIN. nat. 8, 142, 17 ut -us eorum incresceret, ab operariis . . . per circum totum actos *elephantos*. FRONTIN. strat. 2, 5, 44 Alcibiades . . . ipse cum paucis profectus ita, ut -u sui hostem invitaret.
TAC. hist. 2, 27 posito hostium -u . . . duci parebant. PLIN. epist. 4, 11, 8 blandiens haec an irridens, ex fiducia sui an ex -u principis dixerit, dubium est. IVL. VAL. 1, 48 Abderitae docent *Alexandrum* sese illud non odio -uve Graeci regis . . . factitare (*sc. obserare urbis claustra*).
TREB. Claud. 7, 4 -u Gallieni principis a re publica defecerunt (Gall. 5, 1 et haec omnia Gallieni -u fiebant. trig. tyr. 11, 1 hic quoque . . . in -u [-um *vulg.*] Gallieni . . . coactus . . . sumpsit imperium).
ENNOD. epist. 2, 2 p. 41, 8 ut tacendo vicem restituerem litteras deneganti, ut -us circa me, qui per abstinentiam venerandi sermonis innotuit, dum subduco colloquia, pari mucrone feriretur. *cf.* 2, 5 p. 43, 26. SALV. gub. 2, 11 nos in -um nostri divinam vertimus caritatem. *ibid.* minus causari forsitan de incuria poteramus absentis. maioris -us res est atque fastidii, si nos iugiter neglegit, qui a nobis iugiter non recedit. *absolute*: *i. q. neglegentia, securitas, temeritas*: LIV. 6, 2, 9 quibus ab -u, quod prope omnem deletam . . . Romanam iuventutem crederent, . . . profectis. 6, 21, 3 id patres rati -u accidere, quod Veliternis . . . tam diu impunita defectio esset. 32, 18, 8 levibus sine effectu certaminibus eo neglegentiae et -us adduxerunt *eos, qui in praesidio erant*. 35, 11, 8 hunc -um de industria augentes labi ex equis et per ludibrium spectaculo esse (*cf.* FRONTIN. strat. 1, 5, 16). SEN. nat. 4, 2, 15 nec illos (*crocodillos*) Tentyritae generis aut sanguinis proprietate superant, sed -u et temeritate. SIL. 10, 584 quodque adeo nondum portis irruperit hostis, -u cessare putant. TAC. ann. 3, 54 tot . . . leges . . . illae oblivione, hae . . . -u abolitae. SVET. Vit. 7 ut cuivis evidens sit -u magis quam gratia electum. FIRM. err. 17, 4 haec enim omnia . . . terrori primum fuere mortalibus, debinc . . . natus est quidam ex admiratione -us. HIER. epist. 55, 3 nolo mihi proferas . . . servorum insidias atque -um. GAVDENT. serm. 6 ne per -um nostrum aut neglegentiam nostram exterminator aditum grassandi reperiat. OROS. hist. 6, 5, 14 ne parvi id pendant, quod -u abolitum atque antiquatum fuit, hoc est aut numen aut sedem (*agitur de Pythico oraculo*). COD. Theod. 11, 24, 6, 7 (*a. 415*) nisi quid ex his, quae exigenda sunt, vel neglegentia vel -us distulerit. DRAC. laud. dei 2, 501 est nobis -us atrox animique nocentes omnibus. VICTORIN. Macc. 214 -uque simul vici tua regna superbe.

ad IIIA: *i. q. despicientia*: *de animantibus*: LIV. 9, 34, 22 virtutem in superbia, in audacia, in -u deorum hominumque ponis. 24, 5, 5 hunc tam superbum apparatum . . . sequebantur -us omnium hominum, superbae aures, contumeliosa dicta. 28, 1, 19 per admirationem Scipionis -u imperatorum aliorum orto. SEN. suas. 7, 4 multos ea re victuros animi †sui -us oppressit, multos perituros . . . animi ipsa admiratio eripuit. SEN. rem. fort. 16, 6 non multum abest a -u viri *uxor*, quae se nimis suspicit. PLIN. nat. 37, 124 quae quidem scripsisse eos non sine -u et irrisu generis humani arbitror. QVINT. inst. 12, 3, 12 ut . . . captarent auctoritatem -u ceterorum. decl. 257 p. 51, 17 feci hoc -u patris, feci vilitate. 377 p. 418, 23 parricida . . . per hominum deorumque -um ad ultimum nefas conscendat. TAC. hist. 2, 62 degenerabat . . . miles assuetudine voluptatis et -u ducis. SVET. Cal. 14 odium semper -umque Tiberi prae se ferens. Vit. 14 quosdam . . . interemit, -u sui et nova spe id ausos opinatus. APVL. flor. 7 p. 26 linguae rabies et vilitas morum altera ex aliorum -u, altera ex sui. nam viliter semet ipsum colere sui -us est. TREB. trig. tyr. 30, 10 in cuius (*Gallieni*) -um (-u *PB*) haec bene rexit imperium. TRACT. in Luc. 4, 6 ambitione et -u hominum erumpente. AVG. civ. 14, 28 *civitatem* terrenam scilicet *fecit* amor sui usque ad -um dei, caelestem vero amor dei usque ad -um sui. ENNOD. epist. 2, 15 p. 56, 9 quam credebamus per -um nostri viventem busta complesse. *de rebus*: LIV. 23, 5, 2 et auxit rerum suarum suique -um consul nimis detegendo cladem nudandoque. QVINT. inst. 2, 4, 16 -us operis et inverecunda frons. 11, 3, 136 non ita miserum est non agere potiusque multo quam et operis et hominum -um fateri. TAC. dial. 29 lasciviae et dicacitati, per quae paulatim impudentia irrepit et sui et alieni -us. *absolute*: LIV. 35, 36, 7 simul indignitas rei, simul -us animos Lacedaemoniis ad coeundum fecit. PAVL. FEST. p. 94 unde factum est, ut gerrae pro nugis et -u dicantur. VELL. 2, 60, 3 hunc protinus Antonius consul superbe excepit, neque is erat -us sed metus. VAL. MAX. 3, 7 ext. 1 tantum sibi arrogans, quantum a -u et insolentia distare satis est. SEN. dial. 2, 11, 2 contumelia a -u dicta est, quia nemo, nisi quem contemnit, tali iniuria notat. 5, 8, 4 offendet te superbus -u, dicax contumelia. epist. 14, 10 tria . . . praestanda sunt ut vitentur: odium, invidia, -us. 105, 1 quae hominem in perniciem hominis instigent invenies spem, invidiam, odium, metum, -um. QVINT. inst. 11, 3, 80 tametsi . . . iis (*naribus labrisque*) -us, fastidium significari solet. decl. 250 p. 25, 23 hunc -um utique noluit damnationis lex esse. PS. QVINT. decl. 7, 5 fallitur quisquis hoc, quod postulo, -um, quisquis audaciam vocat. TAC. ann. 12, 54 *provinciae* . . . discordes olim et tum -u regentium minus coercitis odiis. PLIN. paneg. 16 ex -u imperii nostri factum est ut vinceremus. GELL. 9, 11, 5 perque -um et superbiam circumspiciens despiciensque omnia . . . iubet. TERT. nat. 1, 10 sed -us honestior est, habens quandam superbiae gloriam. *ibid.* non suffecerat vectigalium deorum contumelia, de -u scilicet aestimanda. VVLG. IV Esdr. 9, 9 in tormentis commorabuntur hi, qui eas proiecerunt in -u. prov. 12, 8

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qui autem vanus et excors est, patebit -ui (μυκτηρίζεται). PSALT. Rom. 30, 19 labia dolosa, quae loquuntur adversus iustum iniquitatem in superbia et -u (ἐξουδενώσει, VVLG. abusione). 43, 14 posuisti nos in opprobrium vicinis nostris, derisum et -um (VVLG. *aliter, cf.* 78, 4). EVGIPP. Sev. 8, 4. *ad IIIB*: *d e i c o n t e m p t u s*: SIL. 13, 91 armat -u pectora divum. APVL. apol. 56 alterum *agnomentum*, quod libentius audit, ob deorum -um, Mezentius. TERT. nat. 1, 10 ⟨di⟩ de -u utique censentur quam eorum, qui eiusmodi factitant quam eorum, qui.... ARNOB. nat. 6, 27 quod quidem nos fatemur non -u facere atque aspernatione divina. AMBR. Noe 4, 8 -um superorum. HIER. in I Tim. 6 p. 886 sicut pietas est cultura dei ita impietas est -us. VVLG. II par. 28, 22 auxit -um in dominum (προσέθηκε τοῦ ἀποστῆναι ἀπὸ κυρίου). GAVDENT. serm. 15 -us dei malus *est.* AVG. civ. 4, 23 si non cederent, non id -u eius (*Iovis*) facerent, sed quod .... 10, 14 ab uno deo ... ad quem -u eorum et ab eis (*terrenis desideriis*) aversione perveniat. 14, 9 in ipso cultu falsae -uque verae divinitatis doctrinas ... sequentium. nat. et grat. 29, 33 omne ... peccatum ... dei -us est, et omnis dei -us superbia est. SALV. eccl. 4, 14 ad -um atque ad contumeliam dei pertinet amor et honorificentia ceterorum. *nota*: *a b s o l u t e i. q. i m p i e t a s, i n c r e d u l i t a s*: APVL. Socr. 3 p. 122 turba ... insolentissimo spretu deos † ... neglegit, pars in superstitione, pars in -u timida vel tumida. ARNOB. nat. 2, 12 dedistis circumscriptoribus locum ... eripiendae vobis fidei subiciendique -us. 4, 11 hoscine a nobis deos violari et neglegi sacrilego clamitatis queritaminique -u? LACT. inst. 5, 19, 10 *sacerdotes* proferant, quae merces in cultu, quae poena in -u maneat. ENNOD. epist. 2, 19, 11 p. 62, 12 itaque aut praemium devotio aut poenam -us operatur.

ad IV: FAVST. REI. grat. 1, 11 p. 38, 11 qui (*filius prodigus*) recedendi -u mortuus fuerat, revixit desiderio revertendi.

C *seq.* ut: PLAVT. Amph. 187 quod numquam opinatus fui ... eventurum, id -igit, ut salvi poteremur domi. GELL. hist. 15 de tui coniugis consilio -igit, uti nos ... raperent. VARRO rust. 2, 4, 7. CIC. de orat. 3, 3 hoc Crasso ... semper fere -isset, ut ... putaretur. Brut. 118 hoc idem in nostris -ere intellego quod in Graecis, ut (fin. 5, 92 hoc in eo M. Crasso ... non -igit, ut ... vocaretur. phil. frg. V 14). Brut. 290 top. 96 Phil. 5, 49. ac. 2, 52 quod idem -it insanis, ut ... sentiant. fin. 3, 28 cui -it ut iure laudetur. 4, 50. 75 nat. deor. 2, 17 *al.* Att. 8, 11^{d}, 5 quoniam autem tecum ut essem non -igit. 14, 17^{a}, 7 -igit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut ... esset. ad Q. fr. 1, 1, 29 nunc quidem profecto isti provinciae -igit, ut is ... haberet. 2, 3, 2 epist. 2, 2, 1. 16, 6, 2 quoniam non -igit, ut simul navigares. PLANC. Cic. epist. 10, 18, 3 NEP. Thras. 1, 2 Timol. 1, 1. PROP. 1, 12, 8 non illo tempore cuiquam -igit ut simili possit amare fide. LIV. 28, 41, 5 modo -at, ut te consule vincamus. SEN. contr. 9, 2 (25), 23. contr. exc. 4, 6 uni tibi -igit, ut habeas. SEN. epist. 22 17 cum omnibus possit -ere ut bene vivant, ut diu, nulli. 30, 12. 97, 13 frg. 14 COLVM. 3, 20, 6. PETRON. 94 si putas -ere posse, ut ante moriaris. ACT. ARV. a. 87 I 11 ⟨cu⟩m v⟨ota⟩ -ret ut priora solverentur ⟨e⟩t nova ⟨voverentur⟩ (a. 90 I 10). QVINT. inst. 4, 1, 7. 9, 3, 72. 11, 2, 39. 51 mihi nunquam ut ipse interessem -igit. decl. 249 p. 24, 17 PLIN. paneg. 21. CORP. V 875 (*Aquileiae, a. 105*), 13 ut ... ⟨habeamus per eum cont⟩igisse. GAIVS dig. 45, 1, 141, 4 *al.* APVL. mund. 18. 38 PS. APVL. Ascl. 32. PORPH. Hor. epod. 17, 25 'neque est levare' pro: neque -it ut leventur. epist. 2, 1, 5. AMM. 16, 5, 4 hinc -bat, ut ... divideret. 21, 16, 3 *al.* VVLG. Tob. 2, 10 *al.* AVG. civ. 1, 10 ibi ... quo -igit ut hostis non accederet *al.* MACR. sat. 1, 15, 6 PASS. Thom. p. 147, 19. *seq.* ne: QVINT. decl. 294 p. 167, 5 ne reus fiat. FRONTIN. strat. 1 praef. -et ne de eventu trepidet. VLP. dig. 14, 3, 11, 4. 42, 5, 9, 3 ne bona eius veneant. PAVL. dig. 2, 14, 27, 2. *seq.* quominus: PAVL. dig. 6, 1, 58 quia nihil eius culpa neque dolo -isset, quominus hominem traderet. *seq.* quod: LVCAN. 3, 388 iam satis hoc Graiae memorandum -igit urbi aeternumque decus, quod ... tenuit.

D *seq. gerund.*: PRIAP. 50, 5 quae si -erit fruenda nobis. OV. ars 1, 156 -ent oculis crura videnda tuis. *seq. part.*: BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 18 iacet ... aut sedet aut quod aliud faciens -erit (*cf.* τυχεῖν).

part. praes. adi. **contingēns,** -tis. *ad I: i. q. cohaerens*: POMPON. dig. 41, 3, 30 pr. *genus corporum* quod ex -entibus hoc est pluribus inter se cohaerentibus constat, quod συνημμένον vocatur, ut aedificium navis armarium. *ad II*: *t. t. logices,* τὸ ἐνδεχόμενον: BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 190, 1 -ens autem secundum Aristotelicam sententiam est, quodcunque aut casus fert aut ex libero cuiuslibet arbitrio et propria voluntate venit aut facilitate naturae in utramque partem redire possibile est, ut fiat scilicet et non fiat. p. 200, 11 herm. pr. 1, 9 p. 112, 22. 2, 13 p. 182, 2 quod est -ens et possibile *al.* CASSIOD. art. 3 p. 1203^{B} artem esse habitudinem operatricem -entium, quae se et aliter habere possunt. *i. q. accidens*: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 4 p. 10, 17 prodest accidentis cognitio quid principaliter in rebus sit cernere et quid secundo -entique loco veniat, discernere. *adv.* **contingenter:** BOETH. syll. hyp. 1 p. 842^{B} vel necessario ... vel -r inesse dupliciter. herm. sec. 3, 9 p. 188, 25. 208, 21. 212, 2 quod si ex necessitate non contingit, sed -r.

derivata: contactus, contages, contagies, contagio, contagium, contiguus, contingentia. *compos.*: incontingens.

(**2. contingo,** -ere *a* con *et* tingere.) NOT. Tir. 49, 46^{a} continctum. *loci quidam* (LVCR. 1, 934. 938. 2, 755), *qui vulgo huc trahuntur, rectius videntur enumerandi cum similibus sub* 1. contingo *p. 714, 57 sqq.* *L.*

continor (-uor), -ātus sum, -ārī [*orig. inc., nisi cf. c.* conventio, contio. *forma* continuari *corrupta esse videtur quasi verbum ductum sit a* continuus. *Th.*]. NON. p. 93 -uari: convenire, concurrere (*Sisenna*). GLOSS. Plac. V 15, 33 -nari congredi vel coire, unde et continentia et continua et coniuncta (58, 28. IV 40, 15 -nantur congrediuntur). SISENNA hist. 125 Marius ostio Liris evehitur adque Aenariam suos -uatur. APVL. met. 1, 24 me commodum egredientem -natur Pythias (*cf. v. d. Vliet ad l.*). 5, 31 eam protinus Ceres et Iuno -nantur (continuantur *Fφ*). 6, 18 -beris (continuaveris *Fδg*) claudum asinum. 7, 25 plane -natum solutum (*sc. asinum*). 11, 22 eum cubiculo suo commodum prodeuntem -natus (continuatus *δ*) saluto. PANEG. 12, 36 quos cursu non poterant -nari (*sic cod. A*) iaculis occupare (ITIN. Alex. 6 nimius tormento iaculandi -nari [*cod. A. a* contus *originem traxisse putat Rönsch, collect. philol. p. 237, quasi* κοντοβολεῖν] quem destinasset peritus). *cf.* 7, 8 illa maiestas ... tam facile te -nata (*sic codd. BV*, contiuata *cod. A*, continuata *C Bert.*) est. IVL. VAL. 2, 27 Alexandrum puerum -natus (*cod. P*). *cf.* 2, 29. SYMM. epist. 1, 53, 2 nisi forte in silvis Apollinem -naris. 4, 44 me in silvis Laurentibus -natus est. CLAVD. MAM. anim. p. 190, 1 quoniam altrinsecus -uati viarum periculum fecimus (*loco ut videtur corrupto*).

VLN · 294 — 375/19/65 · PRINTED IN GERMANY · ZWICKOWAE: TYPIS F. ULLMANNI (III/29/2) · 2536

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

continōsus μηνόρηκτος GLOSS. II 114, 40 (-uosus *c.* σύνειρκτος *Vulcan.; cf. Rönsch, collect. philol. p. 237*).

continuātē, continuātim *v. p. 725, 25 et 29.*

×**continuātio,** -ōnis *f. a* continuare. GLOSS. ἀνανέωσις, συνάφεια, συνέχεια, συνθεσία. *plur.*: RHET. Her. 4, 19, 27. 4, 32, 44 ARNOB. nat. 3, 20 FIRM. math. 1, 10, 14. 3, 11, 16. *inde a* RHET. Her., *deest* SALL. VAL. MAX. CVRT. PETRON. *al.*

A *active*: *continua actio*: CAPITOL. Pert. 1, 1 ex -e lignariae negotiationis. LIV. 3, 24, 9 tribunatus. 3, 64, 4 magistratus. 6, 39, 12 honoris (LAMPR. Alex. 1, 4).

B *passive*: 1 *i. q. series, non intermissa coniunctio*: SEN. nat. 2, 2, 2 -o est partium inter se non intermissa coniunctio. unitas est sine commissura -o. CIC. ac. 1, 29 quam *vim* interdum necessitatem appellant, quasi fatalem et immutabilem -em ordinis sempiterni (*cf.* BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 29, 28 nihil ab ordinis -e seiunctum). nat. deor. 1, 9 est admirabilis quaedam -o seriesque rerum (*cf.* SEN. benef. 6, 23, 8 -em ipsam seriemque beneficiorum). 1, 55 ut, quicquid accidat, id ex aeterna veritate causarumque -e fluxisse dicatis. 2, 164 in . . . parte terrarum ab huiusce terrae, quam nos incolimus, -e distantium. div. 2, 142 quae est -o coniunctioque naturae, quam . . . vocant συμπάθειαν? LIV. 41, 15, 7 interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis -o ipsa efficacissima esset, minime convenire (*cf.* ARNOB. nat. 1, 3 novitas, quae tenorem perpetuum rerum dissociata -e diduxerit). SEN. dial. 6, 18, 6 vinculum terrarum oceanus, -em gentium triplici sinu scindens. epist. 72, 3. PLIN. nat. 10, 94 molem -e nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem opponunt. 36, 83 in -e ignium. FRONTIN. grom. p. 44, 11 a -e soli. PANEG. 7, 13 navium -e Baianum sinum straverit ab Augusto tertius Caesar. CHALC. comm. 11 haec distantium a se duum -o unius interiectu medietatis geometricis etiam probationibus revelatur. 279 sunt qui textum eius (*silvae*) et quasi -em quandam corpusculis . . . conexis sibi invicem assignent (280 censent eam [*silvam*] una quadam ab exordio usque ad finem -e porrectam). HIL. in Matth. 4, 19 non putavimus intellegentiae -em oportere convelli. TYCON. 6 p. 66, 13 ut -o magis narrationis quam recapitulatio videatur. VEG. mulom. 4 praef. 1 accepti operis -em suspendit. MARCELL. chron. II p. 101, 519 *tit.* -o editionis secundae. BOETH. arithm. 1, 29 p. 63, 22 omnes triplices sesquitertii in ea terminorum -e provenient. 2, 3 p. 85, 20 ut nullus hanc -em finis impediat. *technice apud rhetores et grammaticos, i. contextus, periodus sim.* (*opp.* distributio, intercapedo, remissio): RHET. Her. 3, 13, 23 contentio dividitur in -em et in distributionem. -o est orationis enuntiandae acceleratio clamosa. 3, 15, 27. 4, 12, 18 fugere oportet longam verborum -em (CIC. Brut. 320 in celeritate et -e verborum. de orat. 1, 261 ut una -e verborum . . . binae ei contentiones vocis et remissiones continerentur. 3, 49. 167 non est in verbo modus hic sed in oratione, id est in -e verborum. 3, 171. 186 quod si -o verborum haec soluta multo est aptior ac iucundior, si est articulis membrisque distincta quam si continuata ac producta. orat. 85. 203. QVINT. inst. 9, 4, 42 brevium verborum ac nominum vitanda -o. ARNOB. nat. 3, 20 IVL. VICT. rhet. 20 p. 432, 32 *al.*). 4, 19, 27 -o est et densa et continens frequentatio verborum cum absolutione sententiarum. *ibid.* eloqui res aliquas per huiusmodi -es. orat. 204 in toto circuitu illo orationis, quem Graeci περίοδον, nos tum ambitum tum circuitum tum comprehensionem aut -em aut circumscriptionem dicimus (208 QVINT. inst. 9, 4, 22. 124). 222 his singulis versibus quasi nodi apparent -is, quos in ambitu coniungimus. QVINT. inst. 8, 2, 14 in contextu et -e sermonis (9, 3, 23). PLIN. epist. 4, 9, 11 dicentis calor et audientis intentio -e servatur, intercapedine et quasi remissione languescit. DIOM. gramm. I 436, 28 -o est rerum contexta dictio. POMP. gramm. V 304, 16 hirmos est -o quaedam, id est -o sensus per plurimos versus. AQVILA rhet. 19 p. 28, 22 optimam . . . orationem futuram, si et . . . in quibusdam partibus -em illam perpetuae elocutionis assumpserit et nonnumquam caesis interrupta fuerit (MART. CAP. 5, 529 optima . . . oratio fiet si nunc ex ambitu periodico nunc ex illa -e perpetuae elocutionis aptetur). BOETH. herm. sec. 2, 5 p. 103, 17 non potest -o proferendi unam facere orationem.

2 *i. q. perpetuitas* (*opp.* intervallum): CAES. Gall. 3, 29, 2 -e imbrium diutius sub pellibus milites contineri non possent. SEN. contr. 1 praef. 15 omnis tristitia, quae -e pertinacis studii adducitur. VELL. 2, 99, 2 laborum. 2, 121, 2 bellorum. PS. QVINT. decl. 5, 1 malorum. 5, 11 voluptatum. 8, 14 si quid de -e curae sollicitudo laxasset. 17, 13 alia sunt adversa, quae de -e sui patientiam parant. TAC. ann. 3, 40 seditiosa disserebant de -e tributorum. PLIN. paneg. 45 obsequii. FLOR. epit. 4, 2, 79 nimiam prosperorum suspectam habens -em. PAPIN. dig. 40, 7, 34 pr. prior causa transit in omnem successorem, ad quem pervenerit statuliber per dominii translati -em. CELS. dig. 47, 2, 68, 2 propter -em furti. MOD. dig. 41, 3, 3 usucapio est adiectio dominii per -em possessionis temporis lege definiti. ITALA exod. 30, 8 (Aug. quaest. hept. 2, 133) incendet super illud incensum -is (VVLG. thymiama sempiternum). LAMPR. Comm. 11, 4 propter luxuriae -em. TREB. Claud. 11, 1 indefessa pugnandi -e. ARNOB. nat. 1, 34 *tempora* infinita semper -e procedunt (*cf.* 2, 75 perpetua series et immoderata -o saeculorum. 5, 8. FIRM. math. 1, 10, 14 infinitis saeculorum -bus. 3, 11, 16 in ipsis actibus numquam longis temporum -bus perseverant. HIL. in psalm. 118 he 2 indefessa . . . temporis -e. COD. Iust. 2, 52, 7, 1 pro utili anno memorata -o temporis observetur). ARNOB. nat. 2, 24 sonitus vocis nihil rerum significans sed inani -e pertractus. FIRM. err. 27, 2 ignis . . . perpetua tormentorum -e grassatur. EPIST. Conc. Aquil. Migne 13 p. 590B (*a. 381*) gratias iugi -e celebremus. SYMM. epist. 3, 16 longi itineris (SIDON. epist. 2, 9, 2). VEG. mulom. 3, 6, 3 *equos* Frigiscos non minus velocitate quam -e cursus invictos. AVG. in psalm. 104, 10 reges Israel -e sacratae consuetudinis unguebantur. MACR. sat. 3, 13, 6 in quam foveam luxus et superbiae successuum -e pervenit? MART. CAP. 6, 595 solstitiali . . . tempore cum caeli verticem Sol invectus subiectas deorsum terras perpetui diei -e collustrat. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 128 ait -em clysterum incendium atque sitim facere. 2, 6, 27 febrium. chron. 1, 1, 4 vigiliarum. SIDON. epist. 4, 22, 5 cuius *scriptionis historicae* incohatio invidia, -o labor, finis est odium. ENNOD. epist. 7, 14, 2 p. 182, 13 laudibus prosequi sub debita -e perfectos. 8, 5, 2 p. 203, 25 sub -e plangentes. opusc. 3, 83 p. 352, 8 praeter psalmorum -em, praeter lectionis perseverantiam. CASSIOD. in psalm. 101, 2 (*opp.* intervalla temporis). COD. Iust. 12, 49, 10 pr. ut adiutorum quidem biennii, chartulariorum vero unius anni intervallo -o interrumpatur.

continuātīvus, -a, -um *a* continuare. PRISC. gramm. III 93, 13 species sunt: copulativa, -a, subcontinuativa, adiunctiva. 94, 12 -ae *coniunctiones* sunt, quae continuationem et consequentiam rerum significant. CAEL. AVR. acut. exc. 12 p. 708 passionem esse . . . -am.

1. continuātus, -ūs *m. a* continuare. PS. RVFIN. in Ioel 2, 30/31 toto continuatu illo suadere festinat.

2. continuātus, -a, -um *v. p. 725, 22.*

continuē *v. sub* continuus.

continuitās, -ātis *f. a* continuus. *i. q. continuatio*: VARRO ling. 7, 107 in Lampadione protinam a protinus, -em (continuationem NON. p. 376) significans. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 182, 5 pro delicti -e. ZACCH. 1, 26 nulla . . . interiectio noctis -em diei . . . violabit. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 128 qui *fervor* quadam -e viarum membranae cerebri influat. CASSIOD. var. 11, 38, 5 iunctura sine rimis, -s de minutiis (*de charta e minutis scidis conglutinata*). in psalm. 1, 2 est et alibi praedicata ista -s.

1. continuō *adv. v. sub* continuus.

×**2. continuo,** -āvi, -ātum, -āre [*a* continuus. *Th.*]. GLOSS. II 114, 29 -at ἐνδ⟨ελ⟩εχίζει, πυκνάζει, συνάπτει. -are concurrere, congeminare, congregare, coniungere, frequentare, geminare, iungere. -atus ἡνωμένος, συνηνωμένος. *inde a* VARRONE *et* CIC., *deest*: CATVLL. NEP. VERG. TIB. PROP. COLVM. VAL. FL. SIL. MART. IVV. FLOR. APVL.

A *continuum facere, sine intermissione coniungere*:

1 *de loco*: a *complures res inter se*: VARRO rust. 2, 9, 2 tauros solere adversos assistere clunibus -atos. CIC. Vatin. 21 fecerisne ante rostra pontem -atis tribunalibus? nat. deor. 1, 54 *atomi* cohaerescunt inter se et aliae alias apprehendentes -antur. BELL. Alex. 61, 5 castellis idoneis locis collocatis operibusque in circuitu oppidi -atis (LIV. 23, 17, 5 priusquam -rentur hostium opera. *ibid.* per intermissa munimenta). SALL. Catil. 20, 11 binas aut amplius domos -are (*cf.* OV. Pont. 4, 15, 16 domus Augusto -ata foro. PASS. Cypr. 9 lues . . . -atas per ordinem domos . . . invasit). OV. fast. 2, 243 -ata loco tria sidera, Corvus et Anguis et medius Crater. LIV. 34, 39, 6 sublatis deinde supra capita scutis -atisque ita inter se. LVCAN. 4, 159 tellus hinc ardua celsos -at colles. QVINT. inst. 1, 5, 65 compositae *voces* praepositionibus subiunguntur . . . alioqui possunt aliquando -ari duae, ut 'incompositus, reconditus'. TAC. ann. 15, 39 *Neronis domus* qua Palatium et Maecenatis hortos -verat. ITIN. Alex. 49 India omnis orsa a septentrione amplexaque omne quicquid est Persicum, Aegyptum usque Aethiopasque -at. SOL. 38, 10 palam est terras eum *Taurum* -are voluisse. AMM. 16, 12, 50 -ata serie peremptorum. PROB. Verg. georg. 1, 309 Baleares insulae -ant Hispaniam. MACR. sat. 1, 20, 18 quod -atis uberibus corpus deae omne densetur. MART. CAP. 9, 897 Iuppiter Harmonien venire . . . praecepit, tuncque alias in ordinem -ari. VICT. VIT. 3, 37 funes extendit -atos in laqueum. BOETH. mus. 1, 24 quotiens duo tetrachorda unius medietas termini -at atque coniungit. *cum dat.*: CIC. nat. deor. 2, 127 *aer* et mari -atus et iunctus est et natura fertur ad caelum. HOR. carm. 3, 16, 42 si Mygdoniis regnum Alyattei campis -em. OV. ars 1, 496 lateri -asse latus. Pont. 4, 15, 16 *v. l. 53.* LIV. 1, 44, 4 ut neque interiore parte aedificia moenibus -rentur, quae nunc vulgo etiam coniungunt. CVRT. 5, 4, 8 ut procul visentibus -ata videantur montibus nemora riparum. TAC. Germ. 45 Suionibus Sithonum gens -atur (*i. finitimi sunt*). ITALA Is. 5, 8 (Cypr. testim. 3, 61) qui . . . agrum agro -ant (ἐγγίζοντες, VVLG. copulatis). CYPR. ad Donat. 12 -antes saltibus saltus. ITIN. Alex. 17 quod aggestu iacto eam urbem (*Tyrum*) terrae (*i. continenti*) -ret. PANEG. 12, 39 spatio lucis unius Illyrico -vit Aquileiam. AVG. civ. 11, 7 terrae ac maris omniumque gignentium, quae radicibus -ata sunt terrae (gen. ad litt. 2, 12 p. 51, 7 quia fixa radicibus -antur terris et conectuntur). MARCELL. chron. II p. 101, 518, 3 in editiori loco constructa murisque -ata turris. SIDON. epist. 2, 2, 9 cui *triclinio* -atur viciniante

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

textrino cella. *cum praepos.* cum: GELL. 5, 16, 4 genus quoddam ignis lucisque de oculis exire idque coniunctum -atumque vel cum luce solis vel cum alterius ignis lumine. SVLP. SEV. chron. 2, 33, 6 locus ille *ascensionis dominicae* -ari pavimento cum reliqua stratorum parte non potuit. *in imagine*: CIC. nat. deor. 2, 19 tanta rerum consentiens, conspirans, -ata cognatio (3, 28 quam *naturam* quasi cognatione -ata conspirare dicebas). 2, 84 cum quattuor genera sint corporum, vicissitudine eorum mundi -ata natura est. ac. 1, 28 omni natura cohaerente et -ata. *in arte rhetorica*: *verba, versus sim.*: RHET. Her. 3, 14, 25 in continuatione ... verbis -andis vocem quoque augere oportebit. 4, 18, 26. CIC. de orat. 3, 149 est quidam ornatus orationis, qui ex singulis verbis est; alius qui ex -atis constat. 3, 166. 182 hi tres pedes in principia -andorum verborum satis decore cadunt. 3, 186 quod si continuatio verborum haec soluta multo est aptior ac iucundior, si est articulis membrisque distincta, quam si -ata ac producta, membra illa modificata esse debebunt. 3, 207 -atum (*i.* μεταβολή) et interruptum (*i.* ἀποσιώπησις). orat. 194 hi sunt evitandi -ati pedes (*i. iambus et dactylus*). 218 *dochmius* iteratus aut -atus numerum apertum et nimis insignem facit (*cf.* TER. MAVR. 2056 *ionicus a minore* ratione qua regatur, cum de pedibus dissererem, satis probavi, sed quale metrum -et, nunc referemus. 2159 -asse pedes istos in carmine solos dicitur haec eadem praeclara poetria Sappho). QVINT. inst. 1, 1, 31 in lectione quoque non properare ad -andam eam (*syllabam*) vel accelerandam (MART. CAP. 5, 518). 4, 1, 61. 9, 4, 42 etiam monosyllaba, si plura sunt, male -buntur. 9, 4, 43 ne verba quidem verbis aut nomina nominibus similiaque his -ari decet. 11, 3, 54 -bat quam posset plurimos versus. AQVILA rhet. 19 p. 28 ubi semper -atur oratio nec illae quasi respirationes ex intervallis ... interponuntur. HIL. in psalm. 67, 30 quid illud sit, mox -at ordo dictorum. trin. 9, 29 a superioribus huic tamen dicto -atis atque iunctis professionibus responsionis nostrae sermo descendat. SVLP. SEV. chron. 1, 1, 4 ad distinguenda tempora -andamque seriem usum esse historicis mundialibus. 1, 29, 6 mihi annorum ordinem et seriem temporum persequenti parum -ata videtur historia.

b *eandem rem continuam facere*: CIC. leg. agr. 2, 70 Sullanus *ager* a certis hominibus latissime -atus (LIV. 34, 4, 9). 2, 78 ista dena iugera -bunt. 3, 14 eos fundos, quos in agro Casinati optimos fructuosissimosque -vit. LVCR. 2, 531 corpuscula materiai ex infinito summam rerum usque tenere, undique protelo plagarum -ato. OV. ars 3, 366 parva tabella capit ternos utrimque lapillos, in qua vicisse est -asse suos (trist. 2, 482). fast. 5, 712 Lyncea perforat hasta qua cervix umeros -ata premit. VITR. 5, 12, 2 a regionibus quae sunt a Cumis -atae ad promuntorium Minervae. CELS. 5, 28, 4 ubi ruptis pusulis ulcus -atur (5, 28, 16 fitque ex his -ata exulceratio pruriens). SEN. nat. 4, 2, 8 *Nilus* -atis aquis in faciem lati ac turbidi maris stagnat. PLIN. nat. 3, 101 hoc intervallum pedestri -are transitu pontibus iactis primum Pyrrhus ... cogitavit. FRONTIN. aq. 124 alveus plumbatis canalibus per spatium interrupti ductus rursus -atur. TAC. ann. 15, 9 pons -atus. DICT. 3, 26 -ante flamma.

2 ***de tempore***: **a** *complures res continuas facere, coniungere*: HOR. sat. 2, 6, 108 -atque dapes. OV. fast. 2, 54 creduntur spatio distantia longo *tempora* bis quini -asse viri (*decemviri legibus scribundis. cf.* 4, 60 tempora dis generis -ata dedit *i. menses duos inter se excipientes dedit Marti et Veneri*. 4, 130 et formosa Venus formoso tempore digna est, utque solet, Marti -ata suo. *cf.* ars 1, 406 Kalendae, quas Venerem Marti -asse iuvat [*i. Apriles*]). 5, 492 haec tria sunt sub eodem tempore festa inter se nulla -ata die (*quoniam tertio quoque die celebrantur Lemuria*). Pont. 1, 2, 26 quod iners hiemi -atur hiemps. LIV. 1, 46, 9 L. Tarquinius et Tullia minor prope -atis funeribus cum domos vacuas novo matrimonio fecissent. 2, 38, 1 cum prope -ato agmine irent. 2, 54, 2 paci externae confestim -atur discordia domi. 32, 7, 10 transcendendo media summa imis -are. 41, 4, 4 aliis somno mors -ata est (SEN. epist. 66, 43. PETRON. 89, 63 -at in mortem ultimam somnos). VITR. 5, 4, 2 *vox* duobusque modis movetur, e quibus unus effectus habet -atos alter distantes. 5, 4, 3 dia⟨tono⟩ toni duo sunt -ati. SEN. dial. 4, 36, 5 multi -erunt irae furorem. PLIN. nat. 17, 13 si plures ita -entur anni, etiam ipsae moriuntur arbores. 20, 35 quoniam nemo tres siseres edendo -ret. STAT. Theb. 9, 292 segnem Nomium fortemque Mimanta ... -at ferro (12, 745 Alcetidas fratres totidem quos eminus hastis -at). QVINT. inst. 8, 6, 44 prius fit genus *allegoriae* plerumque -atis translationibus. TAC. Agr. 41 cum damna damnis -rentur. hist. 4, 49 centurio ... magna voce laeta Pisoni omina tamquam principi -are. ann. 13, 11 iuvenilis animus levium quoque rerum gloria sublatus maiores -ret (*i. continuo maioribus rebus applicaret animum*). 14, 36 stragem caedemque -rent. CYPR. Demetr. 5 crebrius *bella* -ant (PANEG. 9, 22 bellis bella -as. VEG. mil. 1, 10 tot bella et -ata pericula). PANEG. 9, 15 -are victorias. 12, 10 -atis negotiis. VOPISC. Prob. 8, 3 qui *equus* C ad diem milia currere diceretur, ita ut per dies VIII vel X -ret. Car. 8, 5 coruscationum ac tonitruum ... -ata vibratio. ARNOB. nat. 1, 31 -atis precibus supplicare. 2, 39 ineptissimos ederent -rentque vagitus. IVST. 13, 8, 5 ut -atis mansionibus ... Eumeni superveniant. CLAVD. 21, 1 -ant superi pleno Romana favore gaudia. MEROB. carm. 2, 14 dominos ... -at proprios dum creat aula novos. SALV. gub. 6, 82 excisa ter -atis eversionibus summa urbe Gallorum. AVSON. 417, 15 officii servare vices. sed sponte feruntur incustoditum *sibi* -antia cursum (*cf.* AVG. civ. 12, 20 -ata sibi conexione copulentur quae appellantur saecula saeculorum).

b *eandem rem perpetuare*: CIC. Flacc. 25 cuius familia usque ad hoc tempus honoribus, imperiis, rerum gestarum gloria -ata permansit. Tusc. 1, 22 ipsum animum ἐντελέχειαν *Aristoteles* appellat novo nomine quasi quandam -atam motionem et perennem. 2, 39 ubi tantum luctus -atur. CAES. civ. 1, 62, 1 -ato *diem noctemque* opere (3, 11, 1 -ato nocte ac die itinere. 3, 36, 8. LIV. 26, 9, 6. 26, 27, 5 nocte ac die -atum incendium fuit. CELS. 2, 7 -ataque nocte et die vigilia. SEN. dial. 9, 17, 6 *somnum* si ⟨per⟩ diem noctemque -es. PLIN. nat. 6, 220 in Thulen, in quo dies -rentur ... noctesque per vices. 10, 94 -atis per triduum noctibus tanto labore, ut. 11, 103 -ata plurium dierum ... fame. 14, 145 quod biduo duabusque noctibus perpotationem -asset. TAC. Germ. 22 diem noctemque -are potando. ann. 14, 20 ne, si consideret theatro, *populus* dies totos ignavia -ret. 16, 5 diem noctemque sedilibus -ant. ARNOB. nat. 2, 21 ante fores clausas dies noctesque -et. PLIN. med. 2, 26 adiecto uno die si dies -ari non potuerint. SPART. Did. 3, 10 primam noctem vigiliis -vit. PRVD. praef. 37 hymnis -et dies. CLAVD. 9, 4 epulis -are dies). EPIST. Sapph. 90 iussus erit *somnos* -are Phaon (AVSON. 151, 16 cui Luna somnos -arit). LIV. 5, 2, 1 hiemando -are bellum. 5, 2, 5 -atae militiae causam. 36, 23, 6 nocturnus diurno -atus *labor* est (SEN. contr. 1, 8, 6 CVRT. 7, 11, 17). 36, 23, 10 -andae oppugnationis. VITR. 1, 1, 1 fabrica est -ata ac trita usus meditatio. 5, 4, 2 -ata *vox* neque in finitionibus consistit neque in loco ullo (SEN. epist. 56, 4 molestior est mihi sonus, qui intermittitur subinde quam qui -atur. PLIN. nat. 18, 362 si -bunt, si vero carptim vocem resorbebunt. AVG. civ. 22, 8 ut vox -ata cum lacrimis non videretur posse finiri. *cf.* STAT. Theb. 1, 452 haec passim turbatis vocis amarae confudere sonis. inde orsus in ordine Tydeus -at). CELS. 1, 3 qui vomere bis in mense vult, melius consulet, si biduo -arit, quam si post quintum decimum diem vomuerit. 3, 5 si -atur febris. 6, 6, 14 -ati fletus. SEN. dial. 5, 28, 1 novis subinde irritamentis orientibus -bitur rabies. benef. 3, 5, 1 intercidit eorum scientia, nisi -etur. nat. 2, 58, 1 quare fulmen subitum apparet nec -atur assiduus ignis? 3, 4 quomodo ad -andos fluminum cursus terra sufficiat (FIRM. math. 5 praef. 3 quicumque es deus, qui per dies singulos caeli cursum celeri festinatione -as, qui maris fluctus mobili agitatione perpetuas). epist. 30, 1 scis illum semper infirmi corporis ... fuisse. diu illud continuit et, ut verius dicam, -vit: subito defecit. 69, 2 plurimum remedia -ata proficiunt. PLIN. nat. 16, 100 et reliquae quidem arbores, ut primum coepere, -ant germinationem, robur et abies ... intermittunt tripertito. QVINT. inst. 12, 6, 6 operam. PS. QVINT. decl. 18, 14 quid miserae intervalla patientiae pertinaci crudelitate -as? TAC. ann. 13, 9 datis obsidibus solitam prioribus reverentiam in populum Romanum -ret. 13, 53 maius ex eo decus sperabant *duces*, si pacem -issent. SVET. Nero 1 modo -antes unum quodque *praenomen* per trinas personas, modo alternantes per singulas. TRYPH. dig. 49, 17, 19, 5 non tam facile est dicere -atum patri post mortem filii rerum peculii dominium. PAVL. dig. 50, 17 omnis hereditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis -atur. SOL. 15, 20 casus -antium pruinarum. TREB. trig. tyr. 10, 15 Romana felicitas, si -ari fataliter potuisset (VOPISC. Car. 1, 2). LACT. ira 15, 9 cuius *sexus* permixtione suboles effici posset ad -andam generis perpetuitatem. PS. HIL. libell. 12 ut innocentiam simplicitati coniungant, ne pueritiam in malitiae perseveratione -ent. AMM. 15, 3, 9 biennio id quod agebat ... -are praeceptus est. RVFIN. hist. mon. 2 p. 406^{A} post -ata ieiunia. PS. RVFIN. in psalm. 35, 8 tota ecclesia -ata usque ad finem saeculi. AVG. civ. 15, 21 totius generationis eius usque ad diluvium sit -ata narratio (BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 452, 19 -ata oratione adicit dicens). 16, 1 post diluvium procurrentis sanctae vestigia civitatis utrum -ata sint an intercurrentibus impietatis interrupta temporibus. SACR. Leon. p. 338 -ata festivitas, aeterna celebritas. SIDON. epist. 3, 7, 1 -andi silentii proposito. CARM. epigr. 899, 2 (*a. 565*) interruptum -atur iter. *nota*: CASSIAN. conl. 20, 7, 2 qui per gemitus atque suspiria maesta iugitate -ans omnem sordium pristinarum excoxerit labem. *honores, magistratus sim.*: CIC. rep. 1, 68 dantur *imperia* et ea -antur (VAL. MAX. 4, 1, 5 ne maximum imperium in una familia -retur. SEN. benef. 3, 33, 3 ut provincias et extraordinaria imperia -et. TAC. ann. 1, 80. 14, 12 ut multos post annos Nero imperium et scelera -verit). SALL. Iug. 37, 2 tribuni plebis ... -are *magistratum* nitebantur (LIV. 3, 21, 2. 4. 3, 35, 6. 3, 64, 1 *al.*). LIV. 4, 57, 12 hic refectus -ato *honore* (3, 21, 7. 6, 39, 5 VELL. 2, 12, 6 VAL. MAX. 4, 1, 4. PLIN. paneg. 92 nec -atus tantum sed geminatus est honor. CALL. dig. 50, 4, 14, 5. AVSON. 317, 4 intemeratorum vim -amus honorum). LIV. 5, 29, 1 et plebs -are latoribus legis *tribunatum* et patres reficere intercessores legis adnisi sunt (VELL. 2, 6, 3. TAC. ann. 1, 9 -ata per septem et triginta annos tribunicia potestas). 7, 9, 4 ut -ret *consulatum* (9, 41, 1 Fabio ... -atur consulatus. 24, 9, 1. 27, 6, 8 VELL. 2, 21, 2. SVET. Nero 14 medios duos *consulatus* -vit, reliquos inter annua spatia variavit.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Avson. 419, 27 quos *consulatus* -ando conseruit). Vell. 2, 91, 3 ut ei praeturam -ret. Sen. epist. 94, 65 ad -andam potentiam. Tac. ann. 12, 23 Salutis augurium quinque et septuaginta annis omissum repeti ac deinde -ari (*i. quotannis agere*) placitum. *de fututione*: Ov. am. 3, 7, 24 at nuper bis flava Chlide, ter candida Pitho, ter Libas officio -ata meast.

B ***sensu mediali*:** Cels. 2, 4 peiusque quo magis sopor interdiu noctuque -at. *ibid.* si ne levatur quidem febris, sed aeque concitata -at. Drac. laud. dei 1, 561 -ans quodcunque nocet pravumque bonumque. 3, 162 -ans ... manet *gens Isaac.* Cod. Iust. 12, 17, 3, 1 si vero triennium eius absentia -asse monstretur. Ven. Fort. carm. 6, 5, 230 Toronicas terras ... inde petit lento -ante gradu. *nota c. inf.*: Drac. laud. dei 2, 257 -at (*i. pergit*) nobis ... poena manere.

synonyma: cohaerere, coniungere, conectere, conserere, copulare, iungere, perpetuare. *opposita*: intermittere, interrumpere.

adv. part. praes. **continuanter**. *i. sine intermissione*: Avg. retract. 1, 24, 1 exposui eiusdem apostoli epistulam ad Galatas non carptim id est aliqua praetermittens sed -r et totam. gen. ad litt. 9, 15 p. 288, 23 deus ... non operatus est et dimisit, sed ita -r operatur, ut *eqs.* Ps. Ignat. ad Polyc. 3 -r curre.

part. perf. pass. adi. **continuātus**, -a, -um: Oros. hist. 2, 3, 9 tempora ... sceleribus exsecrabilia, dissensionibus foeda, miseriis -issima. Sidon. epist. 8, 3, 4 exuere utcumque -issimis curis. *adv.* **continuātē**: Diff. gramm. VII 523, 15 continue facimus, -e sine intermissione. Pavl. Fest. p. 315 strigae appellantur ordines rerum inter se -e collocatarum a stringendo dictae. Schol. Iuv. 14, 27 nomina moechorum matris suae -e uno spiritu dicere. *adv.* **continuātim**: Gloss. *συναπτῶς, συνεχῶς, συνημμένως.* assidue, incessanter, iugiter, impensius. II 199, 59 tractimque iugiter -m. Roman. Char. gramm. I 209, 5 ut continuo statim est, -m frequentativum. Iren. 2, 33, 1 ut non circa eadem semper volutantes -m miserabiliter laborarent. Ps. Ivl. Rvf. schem. lex. 8 p. 50 *ἀναδίπλωσις* est eiusdem verbi -m (*fort.* continuata) repetitio. Avg. quaest. hept. 2, 133 quod -m fieret, id est nullo die praetermitteretur. loc. hept. 3, 7 p. 571, 28. gen. ad litt. 5, 10 p. 154, 6 etiamsi non -m sed maculatim fiat. epist. 147, 48 mus. 1, 12, 22 doctr. christ. 4, 7, 20. Oros. hist. 4, 5, 10 ecce -m quae et quanta numeramus accidisse annis singulis plurima. Leo M. epist. 75, 1 -m vos alloquiis cohortamur. Boeth. arithm. 2, 28 p. 119, 26 quod si -m quis faciat. 2, 43 p. 140, 25. categ. 2 p. 207^A locus, cuius neque partes pereunt et sibi perpetue -mque coniunctae sunt. herm. sec. 2, 5 p. 102, 29 orationem oportere -m proferre. p. 108, 29. Cassiod. var. 7, 36, 2 -m vivere in urbis celebritate. Cod. Iust. 12, 19, 9 per commeatum non -m praestitum. Ven. Fort. vita Germ. 38, 109.

continuor, -ārī *v. sub* continor.

×**continuus**, -a, -um [*pertinere potest et ad verbum* continere, contineri *et ad adiectivum* continens. *Th.*]. Gloss. *ἀδιάλειπτος, διηνεκής, συναπτός, συνεχής*, iugis. -um *σύνεγγυς.* *legitur inde a* Plavto, *deest* Ter. Lvcr. Sall. Verg. Nep. Tib. Vitr. Sen. rhet. Petron. Sil.

1 ***de loco*** *i. q. contiguus, continens*: **a** *de pluribus rebus inter se cohaerentibus*: Varro frg. Prob. Verg. ecl. praef. p. 326 iuxta Rhegium fluvii sunt -i septem. Hor. epist. 1, 16, 5 -i montes, ni dissocientur opaca valle (Calp. ecl. 7, 32. Tac. Germ. 43 dirimit ... Suebiam -um montium iugum. Ivst. 36, 3, 2). Ov. met. 15, 289 Leucada -am (*i. continentem*) veteres habuere coloni, nunc freta circueunt. Manil. 2, 218 sex -is dixere diurnas esse vices astris, quae sunt a principe signo lanigeri. Cels. 5, 28, 4 *alterum genus sacri ignis* exasperatum per pusulas -as. Sen. nat. 3, 27, 4 nubilaque -a. Cvrt. 5, 1, 27 per lxxx stadia habitabatur, nec omnia -a sunt, quia tutius visum est pluribus locis spargi. Colvm. 8, 3, 1 tres -ae ... cellae. Mela 1, 117 -is rupibus late aspera et deserta regio (Plin. nat. 34, 148 caute -a). Plin. nat. 5, 37 oppida -a. 11, 160 dentium tria genera: serrati aut -i aut exserti (8, 107 nullis gingivis, dente -o. 10, 201). Frontin. strat. 2, 3, 16 nec -as construxit cohortes, sed manipulis inter se distantibus spatium dedit. Tac. hist. 2, 6 Suria Iudaeaque; inde -a Aegyptus. ann. 4, 47 montem occupat, angustum et aequali dorso -um usque ad proximum castellum (*cf.* Amm. 18, 6, 9 ignes ... ad usque civitatem -i perlucebant). Plin. epist. 2, 17, 27 nunc -a, nunc intermissa tecta villarum. Svet. Iul. 38 agros. Gell. 13, 10, 2 quorum librorum tres -i, tricesimus octavus et tricesimus nonus et quadragesimus. Ivlian. dig. 8, 3, 31 tria praedia -a. Cens. 6, 3 recta linea super rectam lineam stans -os angulos inter se pares facit. Sol. 27, 23 *hyaena*, cui cum spina riget collum -a unitate. Ambr. hex. 3, 3, 14 receptacula ... -a atque conexa. *pro subst.* continua, -ōrum: Liv. 30, 5, 7 *ignis* proxima quaeque et deinceps -a amplexus. 30, 6, 5 flamma primo velut sparsa pluribus locis reluxit, dein per -a serpens uno repente omnia incendio hausit. *c. dat.*: Ov. fast. 4, 378 mihi quidam spectanti senior -usque loco. Sen. nat. 2, 6, 1 aer -us terrae et appositus. Colvm. 7, 3, 19 pratis aut novalibus villae -is. Itin. Alex. 33 Caucasum longitudine sui Tauro -um. Edict. imp. Constant. de civit. Hispell. (Corp. XI 5265) 26 quamque (*civitatem*) Flaminiae viae confinem adque -am esse memoratis. Amm. 23, 6, 71 ante dictis *gentibus* -i sunt Drangiani collibus cohaerentes. Svlp. Sev. chron. 2, 22, 2 quae *arx* -a templo. *nota*: Tac. ann. 6, 26 Cocceius Nerva, -us principi (*i. perpetuus comes*). *c. genet.*: Theod. Mops. in Gal. 2, 6 non enim sapiunt illa quae conveniunt, neque illa quae pietatis sunt -a.

b *de eadem re non interrupta*: Ov. met. 8, 588 -am diduxit humum. Sen. dial. 8, 4, 2 -a sit omnis et plena materia, ex qua cuncta gignuntur, an diducta et solidis inane permixtum sit (8, 5, 6). nat. 1, 3, 8 incipit facies esse non multarum imaginum et intermissarum, sed unius longae atque -ae. 1, 14, 4 velut igne -o totum iter signat, quia visus nostri tarditas non subsequitur (2, 26, 4 ignem non -um, sed ex intervallis emicantem. 7, 5, 5 quod hic -us ignis est, ceteris sparsus). epist. 41, 3 admiratio umbrae in aperto tam densae atque -ae. 102, 6 quaedam -a corpora esse, ut hominem; quaedam esse composita, ut navem, domum. Mela 2, 66 sinus est -o Apulo litore incinctus (2, 116 -a esse litora). 2, 85 Pyrenaeus ... Hispaniam irrumpit et minore parte eius ad dexteram exclusa trahit perpetua latera -us. Plin. nat. 7, 69 aliqui vice dentium -o osse gignuntur (Sol. 1, 70). Tac. Agr. 10 profunda moles -i maris tardius impellitur. hist. 2, 3 -us orbis latiore initio tenuem in ambitum metae modo exsurgens. ann. 2, 6 Rhenus uno alveo -us ... apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur (Ambr. hex. 3, 3, 13 una aquarum iugisque et -a congregatio est. *ibid.* iugis unda atque -a ab Indico mari usque ad Gaditani oram litoris). 3, 43 quibus *servis* more gentico -um ferri tegimen. Physiogn. 17 frontem planam atque -am. *in imagine de oratione, sermone, voce sim.*: Sen. epist. 89, 17 omnis oratio aut -a est aut inter respondentem et interrogantem discissa (Qvint. inst. 6, 1, 46 cum oratione -a. 6, 4, 1. 7, 10, 17 non solum composita oratio sed etiam -a. Tac. ann. 4, 8. Svet. Tib. 27 in sermone vel in -a oratione. Boeth. herm. pr. 1, 3 p. 60, 2). Qvint. inst. 2, 13, 5 constricta an latius fusa narratio, -a an divisa (Amm. 29, 5, 1). 7, 10, 11 ubi utendum expositione -a, ubi partita. 9, 2, 46 quem ad modum *ἀλληγορίαν* facit -a *μεταφορά.* 9, 4, 61 -am vocem (Mart. Cap. 9, 937 omnis vox in duo genera dividitur, -um atque divisum. -um est velut iuge colloquium. Boeth. mus. 1, 12 omnis vox aut *συνεχής* est, quae -a, aut *διαστηματική*, quae dicitur cum intervallo suspensa). 10, 5, 7 bis ac saepius de eadem re dicimus et quidem -as nonnumquam sententias (Boeth. herm. sec. 1, 1 p. 31, 10 quare non est disiuncta sententia, sed primae propositioni -a). 11, 3, 37 -um sermonem. 11, 3, 84 -os et decurrentes locos. 12, 10, 46 crebra haec lumina et -a. Plin. epist. 7, 9, 9 fas est et carmine remitti, non dico -o et longo ... sed hoc arguto et brevi. Pomp. gramm. V 264, 22 facis plenam elocutionem, id est facis *ὑφέν*, id est -am elocutionem. Comment. in Don. gramm. V 328, 12 synecdoche graece dicitur quasi -a susceptio, ut Porphyrius interpretatur. Avson. 350, 5 opusculum de inconexis -um (*i. conexum ex sententiis dissolutis*), de diversis unum. Boeth. herm. pr. 2, 12 p. 167, 21 -a disputatione persequitur (2, 14 p. 216, 10). in top. Cic. 1 p. 282, 14 propositionum contextionem et usque ad conclusionem -um ductum. Cassiod. inst. div. 2 p. 1112^C -i textus expositionem. *nota*: Hil. trin. 9, 45 ipse in -is ait (*i. in sequentibus*). *apud mathematicos*: Mart. Cap. 4, 371 quantitas bipertita est, quod alia discreta est alia -a. discreta ut numeri et orationis, -a ut lineae ac temporis (Boeth. mus. 1, 6 Cassiod. art. 3 p. 1170^B). Boeth. mus. 2, 31 -us versus, qui limes dicitur, octuplos numeros tenet (*cf.* arithm. 2, 3 versus -i alternatim positi). arithm. 2, 2 secundum propositum ordinem saepe -as *proportiones* iubemur extendere.

2 ***de tempore*** *i. q. perpetuus, iugis*: **a** *de pluribus rebus sine intermissione inter se subsequentibus*: Plavt. Amph. 314 -as has tris noctes pervigilavi (Val. Max. 2, 4, 5 *al.*). Cist. 226 detinuit me hos dies sex ruri -os (Mil. 743 Cato agr. 104, 2 Cic. Verr. 6, 94 Caes. Gall. 1, 48, 3. 5, 13, 3 Liv. 27, 42, 9. 42, 58, 3. Plin. nat. 2, 186 -os dies habere senis mensibus. Ivv. 11, 207 *et passim. cf.* Ov. fast. 5, 734 -aque die. 6, 720 -a ... nocte). Mil. 742 triduom -om (Stich. 214 -om ... triennium. Liv. 33, 46, 7 biennium -um. 40, 30, 7 quatriduum -um. 45, 9, 2 quadriennium. Lex colleg. aq. [Corp. VI 10298] 15 in biduo -o. Val. Max. 1, 8, 2 Svet. Iul. 42 Tib. 38. 42 Cal. 7 *al.* Vvlg. II Macc. 10, 37. 13, 12 *et saepe*). Cic. Verr. 1, 38 annos prope quinquaginta -os (5, 54 menses octo -os [Varro rust. 1, 2, 4 sex mensibus -is. Svet. Aug. 23]. Manil. 54 Cluent. 7 Nvx 21 Vell. 2, 48, 3. 2, 104, 3 Sen. Tro. 68 Colvm. 4, 27, 6 Corp. VI 33994. XIII 2244 *al. et passim.* *apud iurisconsultos*: Pavl. dig. 16, 1, 24, 3 ut ex praecedenti causa -a tempora numerarentur post restitutionem. Vlp. dig. 25, 3, 1, 9 dies triginta -os accipere debemus ex die divortii, non utiles. Papin. dig. 48, 5, 12, 4 Vlp. dig. 48, 5, 30, 5. Gaivs inst. 2, 173 -a haec cretio vocatur, quia -i dies numerantur. *et sim.*). Cael. hist. 26 tantas, tam -as victorias (Cic. Balb. 3). Planc. Cic. epist. 10, 18, 2 cum binis -is litteris. Catvll. 32, 8 novem -as fututiones. Caes. Gall. 7, 14, 1 tot -is incommodis. Liv. 1, 47, 6 ut duo -a regna viro ac deinceps genero dedisset. 5, 22, 8 decem aestates hiemesque -as. 8, 24, 7 imbres -i (23, 19, 11 Tac. ann. 1, 30 Avson. 458, 4. *cf.* Germ. frg. 4, 102 diris omnia nimbis -isque ruet. Mart. 1, 56, 1 -is vexata madet vindemia nimbis). Liv. 10, 31, 10 bella (33, 3, 2 Qvint. decl. 306 p. 201, 21. Tac. Agr. 27 -o proeliorum cursu. hist. 4, 54 -a ci-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vilium bellorum series. IVST. 13, 8, 9 *al.*). 22, 18, 10 respirasse ab -is cladibus (23, 22, 1 TAC. ann. 6, 36). 29, 15, 3 socii ... -is omnium annorum dilectibus exhausti. 41, 7, 1 triumphi deinde ex Hispania duo -i acti. MANIL. 4, 825 -osque negant partus effeta creando *arva.* CELS. 1, 6 -a balnea. SEN. nat. 6, 28, 3 subitae -aeque mortes (IVST. 16, 1, 1). 7, 28, 3 -ae tempestates (SVET. Aug. 47). COLVM. arb. 2, 1 nec hoc uno tantummodo anno facit, sed -is tribus vel pluribus vindemiis easdem vites inspicit. LVCAN. 1, 671 malorum -am seriem (IVV. 10, 190). 3, 486 singula -is cesserunt ictibus arma. PLIN. nat. 7, 133 in qua *familia* tres -a serie oratores extiterint (SOL. 1, 116). 30, 4 durasse memoriam artemque ... nec claris nec -is successionibus custoditam. QVINT. inst. 9, 4, 49 quinque -os dactylos. TAC. hist. 4, 7 per altercationem ad -as et infestas orationes provecti sunt. ann. 12, 25 Claudios ... ab Atto Clauso -os duravisse (*i. nullo in hanc gentem adoptato*). SVET. Aug. 78 non amplius cum plurimum quam septem horas dormiebat, ac ne eas quidem -as. Nero 15 ut -is actionibus omissis singillatim quaeque per vices ageret. RVFIN. hist. 5, 28, 12 -is et iugibus ... precibus.

b *de eadem re non interrupta*: RHET. Her. 3, 12, 21 in -o clamore remittere et ad sermonem transire oportet (3, 12, 22. TAC. ann. 11, 35 -us cohortium clamor). 4, 46, 1 in cursu -o (PLIN. nat. 8, 162. PANEG. 3, 4 -o cursu rerum gerundarum). CIC. nat. deor. 2, 49 quorum *siderum* ... alterum *genus* ... -as conversiones duas isdem spatiis cursibusque conficiat. LEP. Cic. epist. 10, 34, 1 -is itineribus (BELL. Alex. 36, 3 LIV. 37, 38, 1. TAC. hist. 5, 3 -um sex dierum iter emensi. ann. 15, 12 -um diu noctuque iter properabant). HIRT. Gall. 8, 41, 2 magno cum labore et -a dimicatione. PROP. 1, 20, 1 pro -o te, Galle, monemus amore. OV. ars 3, 82 -a messe senescit ager. Pont. 1, 4, 8 labor (LIV. 5, 19, 11. 6, 4, 10 laborque -us, non die, non nocte remissus. SEN. dial. 4, 10, 8). 2, 7, 41 -o fortunae vulneror ictu (TAC. Agr. 44 Domitianus non iam per intervalla ac spiramenta temporum, sed -o et velut uno ictu rem publicam exhausit). trist. 2, 150 furor. LIV. 23, 19, 2 obsidio -a. 32, 15, 2 oppugnatio -a, non nocte, non die remissa. VELL. 2, 122, 2 -a triennii militia. VAL. MAX. 8, 7 ext. 1 exercitatione -a (QVINT. inst. 1 prooem. 27). CELS. 2, 1 febres (2, 6. 7). 2, 4 sine -o dolore (SEN. epist. 92, 15. SEN. dial. 2, 9, 3 -o gaudio elatus. STAT. silv. 4, 1, 21. TAC. ann. 16, 10 luctu -o). 2, 7 frequens singultus et praeter consuetudinem -us. 3, 18 dementia. 4, 6 in eo conclavi, quo cubabit aeger, ignis -us esse debebit. 4, 14 -a vigilia (SEN. dial. 4, 20, 1). SEN. dial. 6, 1, 5 tot annorum -a tristitia. 7, 4, 4 hilaritas. 9, 1, 1 *vitia* non -a sed ex intervallis redeuntia. 10, 2, 4 -is voluptatibus. nat. 2, 27, 2 sonum raucum et aequalem et -um. epist. 23, 7 ex placido vitae et -o tenore unam prementis viam. 33, 3 -um est apud nostros quicquid apud alios excerpitur (114, 18 quae apud Sallustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt et paene -a). 78, 19 vim -ae tussis. 83, 26 ebrietates -ae. CVRT. 8, 4, 4 -us caeli fragor. COLVM. 7, 3, 20 usu -o. MELA 3, 36 sex mensibus dies et totidem aliis nox usque -a est. LVCAN. 1, 315 extremi Pompeium emptique clientes -o per tot satiabunt tempora regno. PLIN. nat. 2, 98 totius paene anni pallore -o. 10, 81 sonus nunc -o spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo. QVINT. inst. 1, 2, 11 tam perpetua discentis intentio, quae non ut visus oculorum obtutu -o fatigetur. 11, 1, 54 ab exordio usque ad ultimam vocem -us gemitus. decl. 291 p. 160, 24 conversatio -a. TAC. dial. 38 longa temporum quies et -um populi otium et assidua senatus tranquillitas (ann. 13, 54 -o exercituum otio). hist. 1, 84 *senatum* a regibus usque ad principes -um et immortalem. ann. 3, 28 -a per viginti annos discordia. 11, 24 -a inde ac fida pax (FLOR. epit. 4, 12, 64). 16, 26 tot per annos -um vitae ordinem non deserendum. PLIN. epist. 7, 31, 3 numquam officiorum varietate -am laudem humanitatis infregit. APVL. met. 7, 24 inedia -a. ARNOB. nat. 2, 36 -am et inocciduam vitam. 3, 29 *tempus* mensura cuiusdam est spatii in -a serie perpetuitatis inclusi. IVST. 1, 8, 14 -o totius temporis successu. FAV. EVL. p. 15, 19 symphonia est consonae vocis -a modulatio (MART. CAP. 2, 108). VVLG. I Petr. 4, 8 mutuam in vobismetipsis caritatem -am habentes. AVG. serm. ed. Mai 93, 5 non anniversario temporum recursu, sed -o semper manentis laetitiae statu. CAEL. AVR. acut. 3, 2, 10 est autem passio ... saepissime -a, aliquando intercapedinata. *nota*: QVINT. decl. 306 p. 203, 14 seu -is (*i. perpetuae voluptati*) vicina satietas. *de magistratibus*: CIC. Font. 41 -ae praeturae. Mur. 55 ex honoribus -is. LIV. 2, 42, 8 post tres -os consulatus (TAC. ann. 13, 41 -i consulatus principi ... decernuntur. PLIN. paneg. 58 SVET. Iul. 76. *cf.* CLAVD. 17, 340 Manlia -o numeretur consule proles). VAL. MAX. 4, 1, 6 -um per omnes vitae annos consulatum perpetuamque dictaturam. SVET. vita Plin. p. 92 procurationes ... -as. *per hypallagen ponitur*: STAT. Theb. 5, 517 *anguis* saepe super fluvios geminae iacet aggere ripae -us. 9, 430 -us telis alioque adopertus acervo. TAC. ann. 4, 36 postulandis reis tam -us annus fuit, ut *eqs.* 11, 5 -us inde et saevus accusandis reis Suillius. SVET. Claud. 20 quamvis -is XXX hominum milibus sine intermissione operantibus. HYD. chron. II p. 19, 59 diurna nocturnaque meditatione -us studia operis sui reliquit innumera. *neutr. pro adv.*: CHIRON 137 non -um sed paulatim hordei et tritici ... per potum dare. 139 dare etiam bibere pusillum non -um. MART. CAP. 6, 722 ab omni signo ad omne signum directam lineam ducere et terminatam directam per -um in directam emittere. NOVELL. Iust. 38 praef. 1 quatinus ... non quartam portionem, sed omnem -um (*V*, -am *cod. Neob.*, continuo *vulg.*) paupertatem suam curiae derelinquerent (ὅλην ἐφεξῆς τὴν ἀπορίαν). COD. Iust. 3, 28, 36, 2a intra annale spatium simili modo per -um a morte testatoris numerandum.

synonyma: aeternus, compositus, conexus, creber, densus, frequens, iugis, longus, perpetuus, unus. *opposita*: diductus, discissus, divisus, discretus, intercapedinatus, inconexus, intermissus, partitus, sparsus.

adv. **continuō.** GLOSS. αὐτίκα, ἐξαῦτις, εὐθέως, παραυτίκα, παραχρῆμα, illico, statim. Plac. V 58, 29 significat iugiter, tractim, perpetuo, sine fine, sine intermissione, alias statim. VARRO ling. 7, 13 extemplo enim est -o, quod omne te⟨m⟩plum esse debet -o saeptum nec plus unum introitum habere. ROMAN. Char. gramm. I 209, 5 ut -o statim est, continuatim frequentativum. *cf. p. 729, 25.*
inde a PLAVTO, *deest* SALL. NEP. TIB. PROP. VITR. SEN. rhet. VELL. CELS. CVRT. TAC. *singulis locis extat* LIV. SEN. phil. LVCAN.

3 *i. q. negotium, res gesta*: QVINT. inst. 4, 2, 49 dicam quae acta sint ante ipsum rei -um, dicam quae in re ipsa, dicam quae postea.

4 *i. q. usus familiaris, commercium*: AVG. ord. 2, 8, 25 in omni vero -u atque conversatione cum hominibus. SIDON. epist. 7, 9, 23 multos in -u, multos in tractatu ... cognoscimus. *huc pertinere videntur*: POMER. 3, 29, 3 si in -u quolibet sive in colloquio ... se decipi quisque non sinat. PS. FVLG. RVSP. praedest. 16 in omnibus humanae conversationis actibus atque -bus. *Gudeman.*

contrādīcibilis, -e *a* contradicere. TERT. carn. 23 signum -e (*ibid.* signum quod [cui *pars codicum*] contradicetur, *cf.* ITALA *et* VVLG. Luc. 2, 34 *p. 755, 12. 26*).

ˣcontrādīco, -dīxī, -ctum, -ere *a* contra *et* dicere. PRISC. gramm. III 42, 2 'contra' et separatur et componitur, quando κατά vel ἀντί significat: ... -o ἀντιλέγω. *legitur diiunctum inde a* RHET. Her. VARRONE CIC. (*nota* inv. 1, 85 si ... contra aliquid dicetur. *sim.* Cluent. 130 fin. 5, 27 Tusc. 2, 3 LVCR. 3, 361), *pro uno sumitur vocabulo certe inde a* SEN. rhet., *apud quem primum occurrit* contradictio. *inserui etiam pauca exempla inversionis* (VARRO ling. 9, 7. 95 CIC. Verr. 6, 41 leg. agr. 2, 42 Font. 14 Brut. 198 SEN. dial. 5, 8, 6). dicere contra *aliquem v. p. 749, 49.* GLOSS. ἀντιλέγω (*cf. l. 73*). -it ἀνθυποφέρει, contendit, amnuit (*i.* abnuit). -xi ἀντεῖπον. *notatur* c(ontra) d(icitur) *vel* d(icit).

1 *i. q. obloquor, contraria dicendo respondeo*: *absolute*: RHET. Her. 1, 6, 9 qui ante -erunt. 2, 17, 26. 3, 3, 6. CIC. inv. 1, 25 animo firmissimo -ere paratum. Quinct. 77 Caecin. 97 ac. 2, 30 *al.* CAES. civ. 1, 32, 3 LIV. 33, 2, 6. 38, 44, 11 -erunt pars maior decem legatorum. 39, 4, 4 *consulem* -ere velle. SEN. contr. 1, 2, 9. contr. exc. 5, 8 competitor -it. *et passim in* exc. QVINT. inst. 9, 2, 83 habere ... -endi causas. decl. 263 p. 75, 11 istum tam frequenter -ere. 266 p. 88, 15 nemo -it nisi accusator. 295 p. 168, 4 non alia ratione -o quam ne .... 309 p. 215, 28 quantumlibet -endo peccaverim. *et passim.* TAC. dial. 24 hist. 2, 16 ann. 13, 49. SVET. Iul. 20 -ente nullo (APVL. met. 10, 1 LEX Burg. lib. const. 31, 1). Aug. 56 iocis ... lacessitus -xit edicto (*abl.*). CELS. dig. 1, 7, 5 vel consentiendo vel non -endo (VLP. dig. 3, 3, 8, 1 PANEG. 4, 3) *al.* PORPH. Hor. sat. 1, 3, 126 personam -entis poeta ... fingit. VVLG. Tit. 2, 9 *servos* in omnibus placentes, non -entes (ἀντιλέγοντας). COD. Iust. 3, 1, 13, 3 licentia ... -endi (11, 48, 20 pr.). INST. Iust. 4, 16, 1 ad -endum pervenit. OP. imperf. in Matth. 20 p. 747 *sacerdotes* solent non discendi studio audire sed -endi. *additur obiectum*: VARRO ling. 9, 7 quibus rebus possint quae dicta sunt contra, solvi (QVINT. inst. 4 prooem. 6 -cta dissolvimus. *cf.* 1, 2, 17 si refutavimus quae -untur). 9, 95 dicuntur contra. CIC. inv. 1, 78 quae -entur. 1, 84 quod -i possit (2, 127. Verr. 5, 126 -i nihil potest). 1, 93. 96. 2, 125. Planc. 5 in ea causa -endum est. de orat. 1, 90 ac. 2, 17 *al.* LIV. 5, 9, 2 tribuni militum nihil -ere. QVINT. decl. 263 p. 76, 25 istud -is. AVG. civ. 2, 1 aliquid. *accus. c. inf.*: SEN. contr. 2, 2, 6. 7, 8, 10 -bat Silo posse ulli fidem fieri aliquem nescire. AVG. civ. 11, 33 *angelos* lucem ... appellari quis -at? epist. 167, 1, 2 quae *opinio* liberandam prorsus animam parvuli -at. gen. ad litt. 10, 16 p. 316, 6. in psalm. 88 serm. 2, 5 cum ventum fuerit ad resurrectionem carnis, non titubant, sed apertissime -unt. PS. AVG. categ. 17 quaedam restant quae calcem libri huius nos tangere -unt. GREG. M. moral. 16, 27 *medici aegris* quae appetunt dari -unt. *sequitur enuntiatum*: QVINT. decl. 263 p. 76, 13 -bas: nondum eras ignominiosus. quin: LIV. 8, 2, 2 nec -i, quin ... amicitia de integro reconcilietur. *alicui*: SCRIB. LARG. 84 neque ei quisquam -xit. QVINT. decl. 294 p. 165, 25 tibi nemo -xit. TAC. dial. 25 neque enim diu -endum est Apro. hist. 2, 91. SVET. rhet. 25 quo facilius C. Curioni ... -ret. Iul. 18 Aug. 54 PAPIN. dig. 48, 5, 12, 5. VLP. dig. 11, 7, 14, 13 huic -i potest. MOD. dig. 40, 5, 14 *al.* SPART. Did. 6, 6 haec ... agenti Iuliano Plautius ... -xit. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 172 *Thessalus* -ens Erasistrato. ALC. AVIT. epist. 28 p. 58, 24 vobis inaniter -unt beluati. PALLAD. hist. mon. I 19 p. 297ᴮ. *nota*: AVG. serm. ed. Mai 17, 2 -ere tibi (*i. tecum dissentire*). *cf.* HIL. syn. 52 non habet necessitatem -endi sibi absoluta perversitas. SVLP. SEV. Mart. 15, 4 -entibus sibi rusticis. *i. q. respondeo*: ITALA gen. 44, 16 (Lugd.) quid -amus (ἀντεροῦμεν, VVLG. respondebimus) domino nostro? VVLG. I reg. 14, 39 ad quod nullus -xit ei (ἀποκρινόμενος). Iudith 12, 13 quae ego sum, ut -am (ἀντεροῦσα) domino meo? *i. q. dico, alloquor*: ITALA Ios. 17, 14 (Lugd.) -erunt fili Ioseph Iesu dicentes (ἀντεῖπαν, VVLG. locuti sunt ad). VVLG. II reg. 14, 10 qui -erit tibi (λαλῶν πρὸς σέ). *suadeo*: VVLG. Ier. 36, 25 -erunt (ὑπέθεντο) regi ne combureret librum. *alicui rei*: QVINT. inst. 5, 10, 13 cuicumque (*neutr.*) adversarius non -it. 7, 7, 4 diversae *leges*, quibus etiam citra adversam legem -i possit. decl. 263 p. 74, 10 qui tribus rogationibus -erit. p. 75, 20 ter -erat rogationi *al.* 295 p. 168, 23 -xi praemio tuo. TAC. dial. 5 cui parti minime -urum Maternum meum arbitror. 42 erant quibus -rem. hist. 1, 39 sententiis aliorum. 4, 46. VLP. dig. 3, 1, 1, 2 alterius desiderio. 50, 1, 2 pr. nominationi *filii ad decurionatum.* PAVL. frg. Vat. 102 non -xit pater *sc. nuptiis.* MARCIAN. dig. 40, 2, 9, 1 causae probationi (-is *F*) -endum. ARNOB. nat. 1, 31. 2, 57 alienis opinionibus. 5, 10 tam prodigiosis conceptionibus. VVLG. act. 13, 45 -bant (ἀντέλεγον) his quae a Paulo dicebantur. 19, 36 cum ergo his -i non possit (ἀναντιρρήτων ... ὄντων τούτων). RVFIN. Adamant. 2, 19 aliud, cui -i non potest. AVG. civ. 1, 19 perspicuae rationi. 2, 1 quocunque modo nostris disputationibus -ant. 16, 16 scripturae -i non potest. 22, 11 qualibus argumentis omnipotentiae dei humana -it infirmitas. in psalm. 88 serm. 2, 5 in nulla ... re tam vehementer, tam pertinaciter, tam obnixe et contentiose -itur fidei christianae sicut de carnis resurrectione. *nota*: HIER. in Is. 6, 9 p. 97 Pauli ... ad Hebraeos epistolae -itur (*i. obicitur*), quod ... utatur testimoniis.

2 *notione dicendi obscurata i. q. resisto, obsisto, repugno, adversor*: *absolute*: HIER. epist. 51, 3 cum vos rogarem ... et monerem, -istis. 52, 7 -entes revincere. vir. ill. 2 Iacobum -entem lapidare iussit. VVLG. num. 30, 6 sin ... -erit (ἀνανεύων ἀνανεύσῃ) pater. 30, 8 non -erit (παρασιωπήσῃ). 30, 13 sin ... -erit (περιελὼν περιέλῃ). Iudith 1, 11. act. 18, 6 -entibus ... eis (ἀντιτασσομένων αὐτῶν). 28, 19 Tit. 1, 9. Rom. 10, 21 populum non credentem et -entem (ἀντιλέγοντα). RVFIN. hist. mon. 31 p. 458ᶜ. AVG. in psalm. 43, 2 per -entes gentes. 134, 12 in non oboediente ac -ente *al.* praed. sanct. 6, 11 alii credunt, alii -unt *et saepius.* OROS. hist. 6, 15, 1 -ctum est a Marcello. PALLAD. hist. mon. I 1, p. 253ᴰ *si puella* in -endi proposito permaneret. PASS. Petr. 7. *de rebus*: AVG. civ. 22, 7 terrentibus et -entibus tam multis ... persecutionibus. in psalm. 88 serm. 1, 10 movetur ... mare, -it mare, perstrepit mare. FAVST. REI. grat. 2, 5 p. 70, 29 promptissima est bonitas medici, sed intemperantia -it infirmi. *alicui vel alicui rei*: ITALA Zach. 3, 1 (Lact. inst. 4, 14, 6) ut -ret ei (ἀντικεῖσθαι, VVLG. adversaretur). HERM. Pal.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sim. 1, 6 -ens legibus eius (ἀντιταξάμενον τῷ νόμῳ αὐτοῦ). IREN. 2, 9, 1 *deo*. COMM. apol. 353 nocenti (*i. persecutori*). CAPITOL. Gord. 8, 2 populus R. imperio Maximi -xit. HIL. syn. 3 irreligiosorum audaciae. 4 blasphemiis. OPTAT. 2, 25 p. 63, 4 hortantibus . . . pueris et occasionibus -it *David*. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 43, 25 quando *Idumaei Iudaeorum* imperio -ant. VVLG. num. 30, 12 sponsioni. Ios. 1, 18 qui -erit ori tuo (ὃς ἂν ἀπειθήσῃ σοι). Esth. 8, 8 epistulis. Iob 6, 10 nec -am sermonibus (οὐκ ἐψευσάμην ῥήματα). 11, 10. 16, 9 -ens mihi (ἀνταπεκρίθη). Sirach 4, 30 verbo veritatis. Is. 41, 11 viri, qui -unt tibi (οἱ ἀντικείμενοι). 45, 9 qui -it (ἀποκριθήσεται) fictori suo. 50, 8 quis -et mihi (ὁ κρινόμενός μοι). Os. 4, 4 I Macc. 14, 44. Luc. 2, 34 signum, cui -etur (ἀντιλεγόμενον, *cf. p. 753, 68*). Ioh. 19, 12. act. 28, 22 *sectae*. RVFIN. hist. 3, 25, 5 in ecclesia *Christo* -itur. Adamant. 1, 23 non solum prophetis verum et euangeliis. AVG. quaest. hept. 4, 36 gratiae Christi. in Iob p. 626, 20. serm. 178, 2, 2 paucissimi . . . nobis -unt loquendo, sed multi male vivendo. PAVL. MED. adv. Cael. 2 tam audaci spiritu. FAVST. REI. epist. 9 p. 212, 21 *abstinentiae*. grat. 1, 9 p. 31, 29 libidini. POMER. 3, 17, 1 turpitudini concubitus. ALC. AVIT. c. Eutych. 2, 3 p. 23, 8 doctrinae apostolicae. epist. 4 p. 30, 17 exemplis huiusmodi. CAES. AREL. grat. 81 voluntati divinae. ORIG. in I reg. 4 p. 998ᶜ in quo nobis etiam Hebraei, qui -unt in ceteris, acquiescunt (*i. consentiunt*). *i. q. abiudico*: AVG. civ. 22, 11 p. 585, 24 ut accipiat qualitatem corpus humanum . . . omnipotenti artifici -itur? *sequitur* adversus: COD. Iust. 1, 1, 8, 12 infideles -ere . . . ausi sunt adversus ea quae . . . recte tenentur. *nota accusativum*: ITALA Luc. 2, 34 (Tert. carn. 23) signum quod (cui *Vindob. unus Vat.*, VVLG.) -etur (ἀντιλεγόμενον). *i. q. accuso*: ITALA deut. 19, 16 (Lugd.) -ens ipsius iniquitatem (καταλέγων, VVLG. accusans). *sequitur* ne *sensu vetandi* (*cf. p. 754, 47*): LVCIF. non parc. 14 -entibus ne domum . . . instaurarent deus inquit. EPIST. pontif. Thiel episc. Tarrac. Hil. 13, 2 episcopis ne se schismatico *episcopo* adiungerent frequentissime -xit *episcopus*. *ibid.* Gelas. 1, 9 cui ne id faceret saepissime -ctum est. *adde*: PETR. CHRYS. serm. 66 p. 388ᴬ *lingua* misericordiam -xit (*i. vetuit*).

3 *t. t. iurisconsultorum*: VLP. dig. 1, 3, 34 explorandum, an etiam -cto (*Mommsen ad l. expl.* '*dissimulato*') aliquo iudicio consuetudo firmata sit.

syn.: obloquor, adversor, protestor (VLP. dig. 14, 4, 1, 3). resisto, obsisto, repugno, adversor. veto. *opp.*: consentio (CELS. dig. 1, 7, 5). oboedio (AVG. in psalm. 134, 12).

deriv.: contradicibilis, contradictio, contradictor.

ˣ**contrādictio,** -ōnis *f. a.* contradicere. GLOSS. ἀντιλογία, ἀντίρρησις. ex -e ἐξ ἀντιρρήσεως, τουτέστιν κατὰ διάγνωσιν. PRISC. gramm. III 496, 19 per antiphrasin . . . hoc est per -em. EVGRAPH. Ter. Phorm. 854 controversia est -o ex affirmatione et negatione eiusdem rei. *legitur inde a* SEN. rhet.

1 *actus contradicendi; quod contra dicitur (praecipue in schola vel in iudicio), oblocutio, dissensus, contrarium iudicium*: SEN. suas. 2, 17 cum posuisset (inposuisset *A B*) -em (contr. 4 praef. 11 QVINT. inst. 2, 17, 36. 5, 13, 42. 49 decl. 338 p. 331, 22). 2, 18 sumpsit (*i. anticipavit*) -em (contr. 9, 3, 10 QVINT. inst. 11, 3, 163 decl. 338 p. 331, 25. 28). SEN. dial. 1, 1, 1 unam -em manente lite integra solvere. nat. 1, 5, 11 huic -i non consentio. clem. 2, 3, 2 illa finitio -es inveniet. QVINT. inst. 3, 8, 84 ubi -i locus non est. 4, 2, 29 expositione . . . uti solent et -e, tamquam respondeant (5, 13, 45. 50). 5, 13, 36 -es nobis oppositas. *ibid.* -es omittuntur. 5, 13, 42 *-bus* facillime responderi. 5, 13, 50 -bus occurremus. 5, 13, 54 nascuntur . . . ex iis, quae -i opposuimus, aliae -es. 7, 1, 38 -es solvere. 7, 3, 20 *in schola* nobis ipsi fingimus -em. 3, 8, 27. 5, 13, 28. 49. decl. 263 p. 77, 14 parere -i. p. 77, 22 lex . . . remiserat mihi duas illas -es. non enim facit ignominiam tertia -o, sed tres. TAC. ann. 14, 43 quidquid hoc in nobis auctoritas est, crebris -bus destruendum non existimabam. MARCELL. dig. 46, 3, 72, 1 in promptu -o est debitorem . . . non videri in solutione hominis cessasse. VLP. dig. 5, 2, 8, 13 filius . . . in modum -is querellam inducat. TRYPH. dig. 27, 1, 39 mora -is. IREN. 1, 28, 1 Adae . . . saluti ex se -em (αἰτιολογίαν [ἀντιλογίαν *Stieren*]) faciens. 2, 17, 1 tantas -es et aporias habentes. 5, 33, 3 in grandem -em et contrarietatem incidit. ARNOB. nat. 2, 56 studio -is. 7, 45 dare ambiguis -bus locum. DON. Ter. Phorm. 231 in hac scaena accusatio est et -o per remotivam qualitatem; ergo controversia. 263. 1025. HIL. trin. 8, 3 -es elaboraverunt. 10, 1 emergunt -es. in Matth. 6, 1 *haeretici* -um aculeis . . . fidem . . . disrumpant. ad Const. 2, 7. in psalm. 63, 9 ingenia -i veritatis intenta. FILASTR. 151, 4 in eorum -e pertinaci. CORP. VIII 17896, 29 in -e decem modios . . . consequantur. 37. 43 in -bus. HILARIAN. pasch. 2 p. 1107ᶜ -bus student. MAXIMIN. c. Ambr. 90 -o a nobis insidiose . . . fuerat praeparata. SEV. MINOR. p. 736ᴬ ad haec cum in omnibus -em obstinatissimam rettulissent. HEGES. 5, 2 l. 63 *populus* improbum -is spiritum sequitur. HIER. epist. 18, 18 -bus cedere. 77, 10 ut -i locum tribuam. 127, 9 nostrorum διάλυτος -o et Pharisaeorum turbata est schola. RVFIN. Adamant. 1, 26 habere . . . -is aut dubitationis aliquid. hist. 3, 25, 6 vel -o aliqua vel etiam -o soleat admitti. Orig. in exod. 5, 3 multas obiectiones haereticorum, multas -es infidelium. AVG. civ. 1, 36 refutatis impiis -bus (10, 32). 22, 16 non est cum illo laboriosa -e pugnandum. c. Iul. op. imperf. 2, 190 noli esse -e deformis. c. Faust. 32, 21 *si quis* moveat quaestionem et scrupulum -is impingat. *ibid.* qui . . . litem vobis huius -is intenderit. *al.* ZACCH. 1 praef. -o gentilium . . . spernenda potius videtur esse quam refellenda. *ibid.* consultationes de -bus facere. PHOEBAD. c. Arrian. 23 quo -is temeritas propulsetur. LEO M. serm. 30, 6 haec confessio . . . nullas metuit -es. epist. 104, 4 ab illicito appetitu ex eorum saltem salubri -e cessasset. 120, 1 nonnulli . . . ad -um bella prosiliunt. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 189 demonstranda . . . eorum -o et brevi ratione formanda. FAVST. REI. serm. 30 p. 340, 17 sicut valde noxia est -is intentio, ita utilis est interrogationis sollicitudo. OP. imperf. in Matth. 20 p. 747 *sacerdotes* silentium et gravitatem populi . . . -bus suis conturbassent. COD. Theod. 10, 10, 27 pr. (*a. 415*) -em . . . acceperit. CASSIOD. in psalm. 11, 4 quae figura dicitur antisagoge, id est -o. IVLIAN epit. novell. 6, 24 si quis . . . -is iudicium deseruerit. 47, 184. COD. Iust. 3, 1, 13, 1 omnem ei -em excludimus. 3, 1, 14, 4 post . . . -em obiectam. 6, 33, 1, 1 subsecutae -is. 6, 33, 3, 2 unde vel missio vel -o exoritur. 7, 14, 5 pr. ut -em faceret. NICET. p. 19, 5 *nulla* quaestio aut -o . . . habebatur. GREG. M. epist. app. p. 455, 36 consensus . . . duris -um laboribus insudavit. LEX Visig. 3, 2, 3 post hanc -em (*sc. iudicis*). *nota* sine -e *i. q. sine controversia*: IREN. 4, 9, 1 HIL. trin. 10, 1. VVLG. Hebr. 7, 7 sine ulla . . . -e (Ps. RVFIN. in psalm. 72, 24 AVG. in Iob I p. 626, 62). RVFIN. Adamant. 2, 19 p. 105, 29 absque ulla -e (ἀναντιρρήτως) monstratur.

2 *obscurata notione dicendi i. q. repugnatio, iurgium, causa, redditur fere semper graecum* ἀντιλογία: ITALA deut. 1, 12 sufficere . . . -es vestras (VVLG. sustinere iurgia). 17, 8 (Lugd.) intra -em -es. 19, 17 (Lucif. Athan. 1, 7) *hominibus* est ipsis -o (Lugd. altercatio, VVLG. causa) ante dominum et ante sacerdotem. 21, 5 in ore eorum erit omnis -o. AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 28 non videbis iniquitatem et -em in civitate (*cf.* VVLG. psalm. 54, 10). VVLG. num. 20, 13 haec est aqua -is (20, 24. 27, 14 deut. 32, 51. 33, 8 psalm. 80, 8. 105, 32 Ezech. 47, 19. 48, 28 HIER. epist. 78 mans. 33 adv. Pelag. 2, 23). AVG. quaest. hept. 4, 39 *aquam* dicit hic [*num. 20, 24*] maledictionis: non enim ait ἀντιλογίας sed λοιδορίας. *al.*). num. 27, 14 in -e multitudinis (ἐν τῷ ἀντιπίπτειν τὴν συναγωγήν). II reg. 22, 44 salvabis me a -bus (ἐκ μάχης) populi. psalm. 17, 44 eripies me de -bus populi (*cf.* AVG. civ. 17, 16. 20, 30). 30, 21 proteges eos . . . a -e linguarum. 79, 7 posuisti nos in -em vicinis. prov. 18, 18 -es comprimit sors. Hab. 1, 3 factum est iudicium et -o potentior. Hebr. 12, 3 talem sustinuit . . . -em (ITALA codd. d. e adversitatem). Iudas 11 in -e Core perierunt. OROS. hist. 7, 27, 3 decem ibi -es *erant* adversus Moysen. CASSIAN. inst. 11, 2 -e rigida confutatus incentor. POMER. 3, 27 virtutes in homine . . . sine ullis vitiorum -bus regnant.

3 *t. t. logices i. q.* ἀντίφασις, *contrarietas*: BOETH. herm. sec. 2, 6 p. 134, 13 -o est oppositio affirmationis et negationis (*cf.* herm. pr. 1, 7 p. 99, 25 *affirmationis et negationis oppositionem* nunc communiter et improprie -em vocat. CASSIOD. art. 3 p. 1171ᴬ ISID. orig. 2, 27, 6). herm. pr. 1, 6 p. 80, 17 ipsa utrarumque propositionum pugna -o nominatur. herm. sec. 2, 7 p. 176, 22 -em . . . de his dixit, quae sibi sunt oppositae sive contrario modo sive subcontrario. 5, 11 p. 371, 23 'mortuus' -em tenet contra 'hominem'. 6, 14 p. 503, 14 -o pro contrarietate posuit. 3, 9 p. 199, 19 -is modus duplex. p. 202, 10 geminas esse -es. p. 202, 16 angularis -o. herm. pr. 1, 9 p. 123, 1 in futuris et contingentibus -bus (p. 122, 23). *et saepius*.

syn. oblocutio, dissensus, controversia, iurgium, altercatio, adversitas, causa, certamen, contrarietas.

demin. **contrādictiuncula,** -ae *f.* AVG. cons. euang. 1, 8, 13 ut . . . isti trepidas et tepidas -as in sinu suo rodant. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 5, 7 ad eorum inanes -as vitreasque sententias veritatis malleo obterendas.

ˣ**contrādictor,** -ōris *m. a* contradicere. GLOSS. ἀντίδικος. *is qui contradicit*: ITALA iud. 12, 2 (Lugd.) vir -r (μαχητής) eram ego (VVLG. *aliter*). CALL. dig. 40, 16, 3 cum non iusto -e. VLP. dig. 40, 12, 27, 2. IREN. 2, 28, 9 *si quis* -r fuerit his quae a nobis dicta sunt. PS. CYPR. singul. cler. 24 optinuimus confundendo -es. FIRM. math. 3, 7, 18 *Mercurius* faciet contentiosos -es dialecticos. AMM. 31, 14, 3 -i (-is *V*, contradictionis *Petschenig*) copia servata. AMBROSIAST. in Rom. 10, 16 Iudaeos esse -es euangelicae veritatis. in II Tim. 4, 15 ut *Alexander* -r verborum *apostoli* existeret (PETR. CHRYS. serm. 155 p. 611ᴮ. AVELL. p. 326, 19 huic fidei quisquis -r extiterit. 439, 16 COD. Iust. 6, 33, 3, 1 GREG. M. epist. 9, 48. HIER. in Tit. 2, 10 p. 586ᴬ -r atque fraudator. AVG. epist. 71, 4 facile -r convincitur. 202ᵇⁱˢ, 4, 10 -es tuos refelleres. 29, 3. in psalm. 88 serm. 2, 5 ut obviam iret -i. 128, 4 sonat sermo -r libidinis. divers. quaest. 80, 3 p. 95, 2 pervicax -r. *nota adnominationem*: c. Faust. 16, 26 o hominem se cogitantem dictorem et alium non cogitantem -em. *et saepius*. HIL. Aug. epist. 226, 8 iuvare -es. MART. CAP. 5, 459 maritus -r intendit. OROS. hist. 3, 1, 1 -em pacis bello impetendum. 7, 4, 7 in poenam -is (*adi.*) senatus. COD. Theod. 10, 10, 27, 5 (*a. 415*) *bonorum* -r potuerit inveniri. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 18, 4 callidus -r. epist. 23 p. 56, 1 intento -i. GREG. M. epist. 7, 29 p. 476, 3 -em tuum ipse vicisti. VITA Fulg. 37 manente in -bus divina ultione.

ˣ**contrādictōrius,** -a, -um *a* contradictor, contradicere. COD. Theod. 2, 14, 1 (*a. 400*) -iis libellis aut titulis. CAEL. AVR. acut. 2, 23, 173

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

libros appellavit -os. CASSIOD. hist. 8, 1 p. 1104^{C} *liber* -us … contra daemones tentatores. BOETH. herm. pr. 1, 9 p. 115, 13 in -a propositionum oppositione (p. 115, 25). p. 115, 29 in -a dispositione (oppos. *v. l.*). 2, 13 p. 185 *de -a et contraria oppositione.* herm. sec. 2, 7 p. 154, 21 -as oppositiones. *et saepius.* CASSIOD. art. 3 p. 1196^{B}. *subst. f.* contrādictōria *sc. oppositio i. q.* ἀντίφασις: BOETH. herm. pr. 2, 13 p. 184, 20 contrariae sequuntur, -ae autem extra (herm. sec. 6, 13 p. 426, 6). *adv.* **contrādictōriē** *i. q.* ἀντιφατικῶς: BOETH. herm. pr. 1, 7 p. 92, 1 opponi … affirmationem negationi dico -e. p. 86, 4. 92, 6. 2, 13 p. 182, 3 impossibile et non impossibile … sequitur quidem -e, sed conversim. herm. sec. 2, 7 p. 163, 21 *passim.* *Hoppe.*

contrādisto *v. p. 739, 8.*

×contrādo, -didī, -ditum, -ere *a* con *et* tradere. *i. q. tradere, dare*: VVLG. gen. 34, 9 (Tolet.) filias vestras -ite nobis (δότε, *al.* tradite. CASSIOD. compl. in I Cor. 7, 25). PS. RVFIN. in Os. 2, 14 botri gratiam nobis in mysteriis. AVG. epist. 202bis, 8 illud Originis …, quod pro meritis vitae prioris terrena atque mortalia -antur in corpora. PAVL. MED. bened. 11, 2 (*syn.* dare, distribuere). AVELL. p. 350, 26. 682, 10. EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 916^{A} ne … flammis -amur aeternis. SEDVL. op. pasch. 5, 10 Christo morti -ito. 5, 12 ENNOD. epist. 9, 13, 2 p. 238, 20. CASSIOD. hist. 1, 13 p. 903^{B} et volui quidem hoc taciturnitati -ere. var. 7, 6, 2 *al.* IORD. Get. 71 nomen illis *sacerdotibus* pilleatorum -ens. 134. Rom. 306 Mesopotamiae partem Sapori -dedit. COD. Iust. 1, 3, 32 (33), 3 ex … provincia venientes … vicariis fideiussoribus -antur. NOVELL. Iust. 16 epil. *al.* PAPYR. Marini 92, 15 hanc donationem ⟨vo⟩bis -dedi. *et saepius.* in *c. abl.*: VEREC. in cant. 2, 34 in manibus suorum -i dominorum. *c. gerund.*: FVLG. aet. mund. p. 147, 14 parvulum … matri -it nutriendum. p. 161, 13 VICT. VIT. prol. 4 VEREC. in cant. 2, 31. *nota*: PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 180, 12 hominis fabrica diis … dominando -itur. *i. q. memoriae tradere, litteris mandare*: PS. RVFIN. in Ioel 2, 32 cum ultimi temporis signa -ret. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 15. 2, 279 opinionis quam ille de deo -idit. SEDVL. op. pasch. 1, 1 p. 176, 12 nonnulla etiam probrae narrationis arte composita Niliaci papyro gurgitis … -ant (carm. pasch. 1, 22 tradant). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 5 Aristoteles … dialecticae … disciplinae volebat posteris ordinem scientiamque -ere.

×contraeo, -iī, -itum, -īre *a* contra *et* ire. *diiunctum vel inversum legitur*: VERG. Aen. 6, 95 tu ne cede malis sed contra audentior ito. 10, 768 huic (hunc *P*) contra Aeneas … obvius ire parat. 11, 438 ibo animis contra. SEN. Med. 157 libet ire contra. PLIN. nat. 9, 152 adempta ratione contra eundi, dum conetur emergere (*ibid.* in adversas eundi). TAC. ann. 6, 44 iret contra. ire contra *aliquem v. p. 749, 60.*

i. q. resistere; contradicere, obloqui: TAC. ann. 11, 10 huic -itum. 14, 45 sententiae Cassii nemo unus -ire ausus est (HIER. in Ier. 11, 21 p. 923 videtur hoc superiori sententiae -ire. c. Lucif. 25 sententiae suae -ierant *al.*). IREN. 1, 30, 8 quoniam mater sua in omnibus -ret ei. ARNOB. nat. 1, 1 -ire invidiae. HIL. syn. 10. 17 dicentibus … -itur ratione subiecta. 39 trin. 4, 5. 4, 21 sapientia -bit dicens. 5, 2 non auctoritati -itum est. ad Const. 1, 8 *al.* AMBROSIAST. in II Tim. 2, 19 dei fidei -ire. HIER. in Is. 23, 10 p. 230 ut possis adversariis -ire. epist. 96, 6. PELAG. in II Cor. 10 p. 797^{B} divinis -ire doctrinis *al.* PRISCILL. tract. 4, 80 divinae iussioni (VVLG. Esth. 13, 5 nostris iussionibus. GREG. TVR. dorm. 2). AVG. quaest. hept. 6, 18 p. 434, 10 nec ipse istos *populos* tam cito delevisset, nisi conspirantissime -rent. DIOSC. 1, 12 veneno poto -it *cinnamomum* (*syn.* occurrit). CASSIAN. c. Nest. 7, 5, 6 cui nihil -ire, nihil obsistere potuit. LEO M. epist. 38 apostolo -ire dicenti *al.* PROSP. epist. 1, 7 disputationibus. FAVST. REI. grat. prol. p. 4, 20 quibus *verbis* si quis -ire praesumpserit. APRING. in apoc. 20, 9. VIRG. gramm. epit. p. 48, 20 nec -o nec aperte assentior. *et saepe, nota*: GREG. TVR. vit. patr. 20 facile … tali aetatulae persuasit, propriam voluntatem -ire.

contrāfacio *v. p. 741, 74.* ?**contrāfactio** *v.* contropatio.

contrāglutio *v.* contransglutio. *L.*

×contraho, -trāxī, -tractum, -ere *a* con *et* trahere. GLOSS. συναλλάσσω. συνέλκω. -it συναλλάσσει. συνεσπᾷ (συνσπᾷ *e*) συνάγει. συστέλλει. -imus colligimus; congregamus. -ere colligere. -xit συνήθροισεν. collegit. congregavit. -erat congregaverat. -i tristem vel sollicitum esse. -ctus est συνεσπάσθη. -ctis clausis. *vox semper in usu. deest apud*: TER. TIB. PHAEDR. PERS. MART., *singulis locis legitur apud*: CATVLL. PROP. LVCAN. PETRON., *binis*: VARRON. RHET. Her. VAL. FL. SIL. FRONTIN., *ternis*: PS. QVINT. IVV., *quaternis*: SALL. MANIL. FLOR. SOL. PANEG., *quinis*: LVCR. VERG. SEN. rhet. STAT. *frequentant* CIC. (*50^{ies}, raro in oratt.*), OV. (*23^{ies}*), LIV. (*87^{ies}*), CELS. (*28^{ies}*), SEN. (*55^{ies}*), PLIN. nat. (*61^{ies}*), QVINT. (inst. *25^{ies}*, decl. *8^{ies}*), TAC. (*24^{ies}*), *adamata* ICTIS (*ca. 700^{ies}*). [*dubia*: VERG. georg. 3, 566 HOR. epist. 2, 2, 80 MANIL. 1, 171 PLIN. nat. 2, 223. 18, 4 CASSIAN. inst. 12, 27, 3.]

I ***proprie*:** **A** *angustiore sensu, i. q. adducere, astringere*: **1** *de partibus corporis, persaepe etiam spasmo vel morbo convulsis* (*opp.* extendere, distendere, porrigere, remittere, protendere, dilatare, explicare, diffundere, solvere): PLAVT. Amph. 52 frontem (*i. corrugare, signum tristitiae vel indignationis.* Rud. 318 CIC. Cluent. 72 HOR. sat. 2, 2, 125 SEN. contr. 10 praef. 9 SEN. dial. 4, 2, 5. 5, 33, 4 PLIN. epist. 3, 6, 7 paneg. 73 [*ex coni.*]. QVINT. inst. 11, 3, 78 *superciliis* -itur, attollitur, remittitur *frons.* PORPH. Hor. epod. 13, 5 obducta fronte: id est in rugas -cta. AVSON. 322, 15 PHYSIOGN. 22. 98. EVGRAPH. Ter. Ad. 839 frons in rugas -itur … porrigitur et extenditur. OV. Pont. 4, 3, 7 vultum [QVINT. decl. 367 p. 402, 22 AMM. 28, 1, 47 MART. CAP. 9, 914. HIER. epist. 10, 2 -ctam rugis faciem]). VARRO rust. 1, 2, 26 in fronte -ere rugas (AVSON. 327, 3 SCHOL. Iuv. 6, 144). CIC. ac. 2, 145 digitos (PLIN. nat. 11, 94 -ens ac remittens. 18, 189 a porrectis … digitis … in pugnum -ctis. QVINT. inst. 11, 3, 92 medius digitus in pollicem … explicitis tribus … prolatus. 11, 3, 93. SVET. Aug. 80 torpentem -ctumque frigore). CIC. Tusc. 2, 41 collum (QVINT. inst. 11, 3, 82 -itur et tenditur. 11, 3, 180 cervicula). div. 1, 120 si animal … membra flectit, contorquet, porrigit, -it (OV. met. 14, 95. CELS. 5, 26, 28 ut tarde membrum id vel extendatur vel -atur. SVET. Cal. 58. POTAM. tract. 1 p. 1412^{A} -ctis … membris, pellis taetra distenditur). div. 2, 37 cor. nat. deor. 2, 135 *stomachi* partes … dilatantur … -untur. 2, 136 *pulmones* tum se -unt aspirantes, tum in respiratu dilatant. SALL. hist. frg. 2, 10 rictus (OV. met. 1, 741. LACT. ira 7, 9 rictum -unt, frontem serenant). VERG. georg. 1, 34 tibi iam bracchia -it … Scorpio (*sc. ut locum det*). OV. am. 3, 2, 23 crura (CELS. 4, 18 crura manusque *bis.* PLIN. nat. 11, 257). Pont. 3, 1, 134 nullus populi -et ora dolor (*in imagine*). QVINT. inst. 11, 3, 79 ira … -ctis superciliis, tristitia deductis, hilaritas remissis ostenditur (PHYSIOGN. 18). VVLG. Iob 5, 16 iniquitas … -et os suum (*in imagine*). PLIN. nat. 8, 133 ore pedibusque. MART. CAP. 9, 888 pallens -it ora. MANIL. 4, 717 artus (VAL. FL. 7, 369 SIL. 5, 310 [VERG. georg. 3, 566 *codd. praeter P* contactos]). 5, 60 nigras nox -it alas (*in imagine.* STAT. Theb. 9, 860 in pectora -it alas *aquila*). VITR. 8, 3, 5 nervi inflatione tumentes … -untur (CELS. 1, 9 p. 25. 2, 7. 17. 8, 10, 1. 3 SOL. 4, 4 [*de herba*] SER. SAMM. 772. 966. 978). CELS. 1, 3 p. 18 alvus (*i. sistere, astringere.* 1, 3 p. 20. 2, 3 p. 33. 4, 26 *bis.* PLIN. nat. 22, 148. 22, 27 ventrem). 2, 6 genua. 5, 18, 28 articulos (PLIN. nat. 20, 259). 5, 26, 18 praecordia. 5, 26, 23 oras paululum tamen -ant quominus lata postea cicatrix sit. 7, 18 *tumor* frigore omni -itur, calore diffunditur. 7, 19 si *labra* nimium -cta sunt (CAEL. AVR. acut. 2, 10, 70 labia … conducentes -entesque). SEN. dial. 9, 8, 9 habiliora sunt corpora in bello quae in arma sua -i possunt (*i. constringi*) quam quae superfunduntur. LVCAN. 9, 776 in minimum mox -it omnia virus (*praecedit* membra venenum decoquit). CALP. ecl. 5, 77 ossa. PLIN. nat. 6, 18, 6 spiritus cum timore -ctus est … languescit … marcet … inhibetur … deicitur. 9, 101 cornua protendentes -entesque. 10, 42 in acervum -it *pavo* pinnarum … oculos. 12, 77 -endis vulnerum cicatricibus (*i. claudendis.* 16, 209 -it se protinus cluditque suum vulnus. 24, 35 -ere vulnera. 24, 48. 34, 169 potest astringere, sistere, -ere cicatrices. AMM. 27, 2, 28 vulneribus frigorum asperitate -ctis). nat. 20, 48 vulvasque -ctas aperire (28, 50). 32, 124 morientium capita se -unt. QVINT. inst. 11, 3, 102 -it … et explicat manum (APVL. apol. 44. 52 HIER. in Is. 40, 12/17 p. 487 in Ier. 23, 1/4 p. 997 VVLG. Ios. 8, 26 I reg. 14, 19. *in imagine i. q. parcus esse*: VVLG. deut. 15, 7 [συσφίγξεις]. MART. BRAC. form. vit. 8, 1 cave ne parcus sis nec … manum -as. *cf. p. 764, 62*). IVV. 11, 203 -cta cuticula (VVLG. Iob 7, 5 cutis mea aruit et -cta est). GELL. 16, 3, 3 cava intus ventris … ubi … inanitate diutina … -untur et conivent. ARNOB. nat. 5, 44 in formiculam Iuppiter … vastitatis suae lineamenta -xit. 7, 17 exigui temporis -cta interiectione putrescant (*de carne sacrificii*). PORPH. Hor. epist. 1, 5, 23 corruget nares: -at (HIER. in Os. 2 praef. p. 51/2 epist. 49, 2. 125, 18 in psalm. 2). PHYSIOGN. 22 supercilia erigunt et spiritum violentius -unt et concipiunt. 105 palpebras spasmus … -bat. *nota*: PLIN. nat. 27, 40 semen in se caliginem -it (*i. attrahit*). *reflexive*: CHIRON 292 pes eius -it. THEOD. PRISC. log. 38 loca -entia (55). GREG. TVR. Mart. 1, 25 cui manus et pedes ab humore -erant (3, 55) *et saepe, cf. Bonnet p. 630.* **2** *de animantibus et herbis i. q. coartare, corrugari, exile fieri, rigescere, convelli*: VERG. georg. 4, 259 *apes* ignavaeque fame et -cto frigore pigrae (*per hypallagen, sed cf. p. 764, 65*). HOR. epist. 1, 7, 12 -ctus leget (*i. amictus propter frigus*). CELS. 4, 2 vel vino … cruditate … frigore … -itur. PHAEDR. 4, 24, 19 mori -ctam cum te (*culicem*) cogunt frigora. COLVM. 3, 2, 15 vites aestibus -untur. 6, 16, 2 *vermes* rigore -cti decidunt. 7, 5, 19 *ovis* toto ventre distenditur -iturque. 9, 13, 7 morbus horridas -ctasque carpit apes (*i. ut -ctaeque fiant*). PLIN. nat. 9, 90 conchae se -unt, sed frustra discuneatae. 9, 146 urtica -it ergo se quam maxime rigens. 9, 148. 10, 86 -ens eam subrigensque per longitudinem capitis. 11, 139 ostris -unt se. 18, 144 folia (24, 167). 19, 95 bulbos verno .. minui ac -i. 22, 57 *heliotropus* noctu velut desiderio -it (*i. claudit*) caeruleum florem. 25, 141. 27, 56. 57 arescens -ret se. 28, 19 -ique serpentes Marsorum cantu. 29, 136 tactuque -ens se lacerta. 31, 124 spongias. 33, 92 *chrysocolla* per se arida siccat et -it. 33, 93 TERT. anim. 32 (*opp.* extendetur). PORPH. Hor. epist. 1, 18, 105 Mandela pagus est in Sabinis nimis -ens atque algida frigore et rugosa faciens hominum corpora. PANEG. 10, 28 quod eam *aciem* nec constipatio -isset. HIL. trin. 9, 4 *deum* se -ere usque ad conceptum. HIER. in Is. 40, 6/8 p. 483 pulchra mulier … arata fronte -itur *senectute* (SEDVL. carm. pasch. 3, 199 mulier morbo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-cta vetusto. VEN. FORT. vita Pat. 6, 18 *mulier* morbo percussa -itur). tract. in psalm. I p. 144, 25 -xit se et os ad os posuit. p. 145, 1 se -xit, ut vivificaret. MART. CAP. 6, 605 cum aestate torreremur, illi frigore -untur. RVRIC. epist. 1, 17 -cti frigore vel coacti apricitatem ignis . . . quaeremus (*in lusu verborum*). CASSIOD. in psalm. 118, 83 glaciali rigore -itur. *adde*: HOR. sat. 2, 7, 61 -ctum (*i. complicatum*) genibus tangas caput. *nota usum reflexivum, frequentem ap.* GREG. TVR. *ex. gr.* Iul. 39 *puerulus* ita -erat. 3 *de rebus corporeis durandis, coagulandis, cogendis*: SEN. nat. 7, 1, 6 utrum flamma -cta . . . an non sint flammei orbes, sed solida quaedam terrenaque corpora. 7, 4, 2 natura ventosa et frigida -it . . . aera conglobatque. PLIN. nat. 23, 117 lac. 33, 93 aerosum *aurum* -it se hebetaturque. 34, 116 *scolex* (*i. genus aeruginis*) teritur donec viride fiat -atque se vermiculorum specie. 35, 180 *sulpur* sistit, discutit, -it, glutinat. GELL. 19, 6, 2 diffuso sanguine aut -cto (19, 6, 3 quaeri potest quam ob causam pudor sanguinem diffundat, timor -at). 4 *i. q. brevius facere, coartare* (*opp.* dilatare): CIC. Att. 1, 16, 2 -xi vela (*in imagine i. q. se continere, moderari.* HOR. carm. 2, 10, 23 -es vento nimium secundo turgida vela *cf. Porph. et Ps. Acro ad l.* OV. Pont. 1, 8, 72 voti, quaeso, -e vela tui. trist. 3, 4, 32 propositique, precor, -e vela tui. LIV. 36, 44, 2 vela -it [*proprio sensu*] malosque inclinat. SEN. dial. 9, 4, 7 epist. 19, 9. QVINT. inst. 12 prooem. 4 unum modo in illa immensa vastitate [*sc. ponti caelique*] cernere videmur. M. Tullium qui . . . ita instructa nave hoc mare ingressus, -it vela, inhibetque remos *eqs.* ANTH. 407, 7 -e vela et te litoribus cymba propinqua vehat [*de vita humili*]. PANEG. 6, 9 rei publicae vela -ere quae tam felicibus ventis impleveris. MACR. sat. 7, 5, 30 sicut in mare gubernatores vento suo, etiamsi nimius sit, -endo in minorem modum vela praetervolant). LVCR. 3, 545 utrum pereat *anima* dispersa per auras an -cta suis e partibus obbrutescat. VITR. 2, 3 siccescendo se -it (2, 8, 2[a] recipientes umorem turgescunt, deinde siccescendo -untur). SEN. dial. 4, 31, 5 gubernator numquam totos sinus securus explicuit, ut non . . . ad -endum armamenta disponeret. IVV. 6, 174 -it arcum (*i. tendit*). ARNOB. nat. 6, 16 *deos* inaequabili corporum contractione -ctos. 7, 4 (*opp.* dissolvere). HIL. syn. 38 si quis substantiam dei dilatari et -i dicit, anathema sit (43. 44 *bis.* BOETH. in Porph. comm. sec. p. 336, 6 substantia neque -i neque remitti potest). *huc referri potest t. t. architectorum i. q. cacuminare, fastigare*: VITR. 2, 1, 4 tecta. 3, 3, 12 sub capitulo. 4, 3, 2 intercolumnia extrema. 4, 3, 4 columna. 4, 6, 1 *al.* 4, 7, 2. 6, 8, 6. PLIN. nat. 36, 31 XXIV gradibus in metae cacumen se -ens. *nota hypallagen*: OV. met. 14, 345 puniceam fulvo chlamydem -ctus ab auro *Picus*.

B *latiore sensu, i. q. colligere, conferre, coniungere, in unum cogere, congregare, convocare sim.* (*opp.* dispergere, dissipare): **1** *res plerumque corporeas*: Q. SCAEV. Gell. 4, 1, 17 ea . . . quae huiusce generis longae usionis gratia -untur et reconduntur . . . penus dicta est. VARRO ling. 5, 147 haec omnia . . . -cta in unum locum. CIC. Att. 8, 11[b], 3 sin omnia unum in locum -enda sunt (12, 5, 2). MORET. 44 -it admixtos nunc fontes (*i. aquas*) atque farinas. 115 inque globum distantia -it unum. AETNA 122 trahat ex pleno quod fortem -at amnem (*i. colligendo efficiat*). LIV. 25, 11, 18 -cta . . . undique plaustra. 39, 30, 11 impedimentis . . . traductis -ctisque in unum locum. SEN. contr. 1 praef. 4 ne me quasi certum aliquem ordinem velitis sequi in -endis (*i. colligendis*) quae mihi occurrent. exc. 2, 7 ex omni rupe conchylium -itur. VELL. 1, 14, 1 cuiusque rei in unam -cta species quam divisa temporibus oculis animisque inhaereat. VAL. MAX. 1, 6, 12 ornamenta. 2, 4, 5 nutrimentis (3, 2 ext. 7). CELS. 3, 21 p. 106 intus in uterum aqua -itur (3, 21 p. 109). 4, 2 p. 124 humorem in caput -it (*i. attrahit.* SEN. nat. 3, 15, 4 sulphuratio -xit humorem. QVINT. inst. 2, 10, 6). 4, 12 p. 136 pituitam. 4, 28 p. 155 semen. SEN. Herc. f. 127 nox victa vagos -it ignes luce renata. epist. 94, 29 quaedam *semina animi* diversis locis iacent sparsa, quae -ere inexercitata mens non potest. itaque in unum conferenda sunt et iungenda. COLVM. 2, 14, 8 purgamenta . . . -ere et congerere. 12, 57, 1 semen sinapis . . . -ito et comprimito manu plana. PLIN. nat. 6, 133 -unt id *aurum* defodiuntque ne cui sit in usu. 11, 11 mella -unt *apes* sucumque. QVINT. inst. 8, 2, 12 quae *verba ab usu remota* inde (*i. exoletis auctoribus*) -erit. 10, 5, 11 fundere quae natura -cta sunt. decl. 350 p. 378, 13 aliud *venenum* ex radicibus herbarum -itur, aliud ex animalibus mortiferis reservatur. FRONTIN. aq. 2 ea quae ad universam rem pertinentia -ere potui . . . contuli. TAC. dial. 37 haec vetera *scripta*. PLIN. paneg. 25 disiunctissimas terras munificentiae ingenio velut admovere, immensaque spatia liberalitate -ere. SVET. gramm. 24 exemplaria. vita Verg. p. 65 Herennius tantum vitia eius, Faustus furta -xit. Cal. 43 -cto et omnis generis commeatu. IVLIAN. dig. 42, 7, 5 ex bonis. PAVL. dig. 33, 7, 12 si qua . . . in fundo congesta -ctave sunt. 49, 5, 7 frumentum. PANEG. 9, 3 -ctas ex toto orbe divitias. SCHEM. dian. 37 συναθροισμός . . . schema . . . ubi multas res . . . in unum -imus. PLIN. med. praef. p. 7 ut undique valetudinis auxilia -rem et velut breviario colligerem. HIER. epist. 36, 7 de multis scripturarum locis testimonia -entes. MART. CAP. 7, 728 radios in unum. CLAVD. MAM. anim. 1, 10 p. 138, 21 undeunde -ctis testificationibus. *nota imaginem*: VERG. Aen. 12, 891 verte omnes tete in

facies et -e quidquid sive animis sive arte vales (*i. erige te, cf. Hom. Il. 22, 268* παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο). *pecuniam exigere* (*opp.* erogare): LIV. 6, 32, 1 ut tributo novum faenus -retur. VAL. MAX. 2, 6, 15 dotes. SEN. benef. 7, 15, 1 pecuniam quam saluti tuae -eram (PLIN. epist. 10, 90, 1 TAC. ann. 1, 37. 16, 31. GELL. 13, 24 ex praeda. Ps. ASCON. Verr. p. 185). COLVM. 12, 52, 20 ex pretio viridis olei plus quam multitudine mali nummorum -itur. QVINT. decl. 264 p. 80, 26 portiones *patrimonii* computatae et in unum -ctae. Ps. QVINT. decl. 9, 5 si quid . . . seposuerat parca frugalitas . . . in impensas itineris -xit et contulit. AVR. VICT. Caes. 33, 13 opes. SYMM. epist. 2, 91 (90), 1 filio opto resolvere quod de parente -xi.

2 *animantes*: **a** *generatim*: VERG. Aen. 3, 8 viros (SERV. *ad l.* colligimus). OV. fast. 4, 811 agrestes (PROB. Verg. ecl. praef. p. 324 pastores). LIV. 25, 11, 19 iumenta . . . homines (25, 13, 6 omni undique genere vehiculorum iumentorumque ex agris -cto. CVRT. 5, 6, 9). 28, 8, 14 multitudine fabrorum navalium (45, 33, 3 ad spectaculum -cta multitudine. PAVL. FEST. p. 41 multitudo . . . hominum -cta in unum locum. TAC. Agr. 29 apud -ctam multitudinem. ann. 12, 57. SVLP. SEV. chron. 1, 4, 4 in unum . . . multitudo se -xit). LIV. 42, 49, 3 -it *eos* enim non officii modo cura, sed etiam studium spectaculi, ut videant ducem suum. GRATT. 219 turbam (VLP. dig. 47, 8, 4. 6. 7). VELL. 2, 32, 5 reliquias eorum (*praedonum*) -ctas in urbibus (FLOR. epit. 4, 8, 1 infelicis belli reliquiis). VAL. MAX. 4, 4, 2 perniciosa seditione dividua civitas manibus Agrippae in unum -i voluit. 5, 3 ext. 3 dispersos cives suos in unam urbem -xit. 9, 5 ext. 2 vos *principes* -xi. SEN. dial. 8, 5, 2 ad spectacula populos -it (PS. QVINT. decl. 9, 13). 9, 11, 7 quos forum, curia, sermo mecum -erat. CVRT. 6, 2, 18 praefectos copiarum in praetorium -it. 6, 6, 13 accolas. PLIN. nat. 11, 11 *apes* mella -unt. 12, 122 *balsamum* melle mutatum statim in manu -it muscas (*i. attrahit.* 22, 46 -it in se mures. 25, 108 blattas in se -it. 28, 117 mustelas. 28, 151 -i serpentes tradunt, dissipari deinde). VAL. FL. 3, 728 phocas. QVINT. inst. 3, 7, 21 gentem. 7, 2, 55 satellites (decl. 267 p. 90, 12). PS. QVINT. decl. 17, 17 convocare servulos, -ere libertos. TAC. hist. 3, 25 quos (*milites*) impetus vel pavor -ret diduceretve. 4, 53 ab eo -cti (*sc. ex Etruria*) haruspices monuere. ann. 1, 67 -ctos in principia *milites*. 2, 79 Germanici memores aut inimicis eius adversos . . . -it. 14, 16 -ctis quibus aliqua pangendi facultas . . . erat. 15, 33 -ctum oppidanorum volgus. TRAIAN. Plin. epist. 10, 117 singulos ex notitia ad sollemnes sportulas -it. SVET. Aug. 10 veteranos. PANEG. 5, 12 -ctis ad dilectum mercatoribus. LAMPR. Comm. 2, 8 mulierculas formae scitioris -xit. LACT. Phoen. 155 -it in caelum sese genus omne volantum. IVST. 2, 12, 19 uno in loco eum -ctam Graeciam capere facillime posse. HIL. trin. 2, 22 -antur nomina haereticorum (*i. haeretici omnes conveniant*) et omnes scholae prodeant. AVSON. 433, 3 Troiani . . . firmati rursum per Hectorem -untur (*i. se colligunt*). VVLG. II reg. 10, 17 -xit omnem Israelem et transivit. AVG. civ. 16, 8 ut multos ad eum videndum fama -ret.

2 *translate*: *oculis tractare* (*cf. supra l. 21*): Tac. ann. 3,12 nudare corpus et -andum vulgi oculis permittere. Lact. opif. 1,15 quae *res* neque oculis -ari neque tangi manu possunt. inst. 2,6,6 ut ... pocula insatiabili contemplatione -ent. *mente tractare, versari in*: Cic. de orat. 3,24 qui, quae complecti tota nequeunt, haec facilius divulsa et quasi discerpta -ant. Tusc. 3,33 impellit *ratio* ... ad conspiciendas totaque mente -andas varias voluptates. Sen. contr. 7,1 (16),21 Albucius in argumentis plura posuit et omnes fere colores -tractavit. 10 praef. 1 *studia* leviter tacta delectant, -ata et propius admota fastidio sunt. Fronto p. 62,12 N. *verba* inscie -are. Gell. 17,19,3 disciplinas philosophiae -are et physica adire. Cypr. epist. 65,3 ne apud altare consistere et -tractare ulterius perseverarent pudorem incesti. Arnob. nat. 1,29 ut subiectas res cernere, ut -are, ut considerare possetis. Amm. 28,4,4 nulla volumina praeter haec (*sc. Marii Maximi*) -antes. Maxim. eleg. 6,4 -tractata

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diu crimina crimen habent. EVSTATH. Bas. hex. 2,1 p. 879B quis ergo sit ausus impossibilia -are? 2,2 p. 882A cessent ... fabulosis figmentis ... virtutem incomprehensibilem ... -are.

syn.: contingere, tangere, palpare; complecti. contaminare, obterere, pulsare.

comp.: praecontrecto. *L.*

contremebundus, -a, -um [*cf. c.* contremere, contremiscere *et c.* tremebundus. *Th.*]. ITALA psalm. 76,19 (Veron.) contremibunda (AVG. *ad l.* contremebunda) facta est terra (ἔντρομος ἐγενήθη, VVLG. contremuit).

contremīsco (-ēsco), -uī, -ere *a* con *et* tremere, *cf.* contremere. *formae in* -isco *et* -esco *variant in libris, ex. gr.* CIC. de orat. 1,121 SEN. contr. 2,3,1. *legitur singulis locis apud* ENN. CATVLL. LVCR. SALL. HOR. OV. SEN. rhet. SEN. philos. VAL. FL., *binis*: VERG. SIL. TAC., *quater*: CIC., *frequenter apud* ECCL.

1 *intransitive*: *tremere incipere, horrescere*: SERV. georg. 3,199 horrescunt -iscunt. *res -unt*: ENN. ann. 541 -uit templum magnum Iovis. CIC. har. resp. 63 cum ... mundus cumque agri atque terrae motu quodam novo -unt. CATVLL. 64,205 quo nutu tellus atque horrida -erunt aequora (ARNOB. nat. 1,53 tellus mota -uit). LVCR. 3,835 omnia cum belli trepido concussa tumultu horrida -uere. VERG. Aen. 3,673 quo *clamore* pontus et omnes -uere (intremuere *FP*) undae (FIRM. err. 28,6 sub remis vestris ... unda -uit). 7,515 qua *voce* ... omne -uit nemus. OV. met. 8,758 -uit gemitumque dedit ... quercus. SIL. 17,406 -uere aurae. ITALA Nah. 1,5 (Cypr. testim. 3,20) colles -erunt (ἐσείσθησαν, VVLG. desolati sunt. *cf.* VVLG. Is. 54,10 [μετακινηθήσονται]). LACT. ira 23,13 caelum et terra et rerum natura omnis -it (FIRM. err. 24,2. VVLG. II reg. 22,8. psalm. 17,8 [ἔντρομος ἐγενήθη]. 76,19 *v. l. 8* Iob 26,11. Ioel 2,10 a facie eius -uit terra [συγχυθήσεται]. Nah. 1,5 [ἀνεστάλη]. ZACCH. 1,25 aspectu dei metuens -it terra. ORIG. in Matth. 18,134). HIER. in Am. 5 p. 289 de Aetnae motu Trinacria -at. VVLG. Hab. 3,16 a voce -erunt labia mea. I Macc. 2,24 -erunt (ἐτρόμησαν) renes eius. CAEL. AVR. chron. 3,2,42 *ptarmicis* stomachus commotione capitis -at. *translate*: CIC. Sest. 68 cuius in mea causa nunquam fides virtusque -uit. SEN. contr. 2,3,1 quid -escis (-iscis *VD*, -escit *B*), senectus? PS. RVFIN. in psalm. 63,5 -it potestas et non -it immanitas. 64,8 -it amaritudo paenitentiae. OROS. hist. 2,6,14 rei publicae moles ... magis imbecillitate ... quam alienae concussae viribus -unt. *animantia -unt*: CIC. div. 1,58 me -isse timore perterritum. de orat. 1,121 *ut* artubus omnibus -am. CAECIN. Cic. epist. 6,7,4 toto corpore -o (CHIRON 286 *iumentum* -it toto corpore. 331 HIST. Apoll. rec. A 33. 37 rec. B 50). SALL. Iug. 114,2 quo metu Italia omnis -uit (VAL. FL. 7,80 *Medea* -uit ... metu). SIL. 9,441 adventu deum ... ambae -uere acies. TAC. hist. 2,32 provinciam ... incursu classis et adverso proelio -isse. ann. 6,9 -erant patres. PANEG. 2,7. 3,10 Poeno ex summis Alpibus viso Italia -uit. 5,10 Roma subducta ... qua sustentata fuerat dextera tua -uit ac paene consedit. ARNOB. nat. 7,50 *sub Hannibale* res Romana -uit. LACT. inst. 7,11 trepidabunt omnes et ... -ent. FIRM. err. 28,11. CLAVD. DON. Aen. 11,420 ante sonitum tubae graviter -imus. CHIRON 501 quodcunque *iumentum* ⟨aquae⟩ potione ... -erit. *ibid.* ex qua re -unt. VEG. mulom. 2,97,1 iacentia *animalia* -unt. HIER. tract. in psalm. I p. 122,10 morderis a cimice et -is. epist. 46,8 *angeli diaboli* -unt. 123,16 Hispaniae ... cotidie -unt. VVLG. deut. 2,25 in morem parturientium -ant (ὠδῖνας ἕξουσι). IV reg. 19,26 humiles manu -erunt (ἠσθένησαν τῇ χειρί) et confusi sunt. Is. 37,27 habitatores *civitatum* breviata manu -erunt. Iac. 2,19 daemones ... -unt (φρίσσουσι). RVFIN. Orig. in gen. 16,5 -o haec dicens. PS. RVFIN. in psalm. 6,4 anima ... in semet ipsa -it. 45,8 quis non -it gaudio? CLAVD. rapt. Pros. 3,192. AVG. serm. ed. Mai 107,2 quis ad hoc ... intentus non visceribus -at? in Iob 26 p. 563,7 ut robustissimi -erint ... ab increpatione domini. in psalm. 140,19. ZACCH. 3,7 *antiquus serpens* totum undique -it. PHYSIOGN. 54 interdum -ere eos (*homines*) cervicibus pervidebis. PETR. CHRYS. serm. 109 p. 502B ad obsequium regis militaris statio -it. SIDON. epist. 9,3,4. POMER. 1,21,3 quis ad haec non -at? CORIPP. Iust. 3,399 -uit stupefactus Avar. PALLAD. hist. mon. II 15 p. 370C valde territus et -ens. PASS. Theclae B c 38 p. 110,18 ut ipsis vocibus omnis civitas motu quodam -ret (C 38 p. 111,1 vocibus earum tota civitas -uit. p. 111,16 a vocibus. p. 111,9 ad [has] voces). PASS. Petr. 16 PASS. Matth. p. 242,27.

2 *transitive i. q. cum tremore metuere*: HOR. carm. 1,12,8 unde periculum fulgens -uit domus Saturni. SEN. epist. 65,24 non -amus iniurias, non vulnera, non vincula, non egestatem. MIN. FEL. 28,9 nec Serapidem magis quam strepitus per pudenda corporis expressos -unt. IVST. 32,4,10 *Hannibalem* Romano tonante bello Italia -uit. LVCIF. moriend. 3 p. 289,20 *diabolus* -it praesentiam cultorum dei. PS. RVFIN. in psalm. 75,10 -at tormenta. AVG. serm. ed. Mai 85,2 inferi -unt vivum *Christum*. 87,3 -emus siccum caelum. grat. 21,42 quis non ista iudicia divina -at? epist. 138,18 cui angeli serviunt, quem daemones -unt. divers. quaest. 79,4 -unt ... haec *signa*. in psalm. 48 serm. 2,1 stulti non -entes vocem Christi. CASSIAN. conl. 12,12,3. SALV. eccl. 4,23 nec remunerationem *domini* desideras, nec iracundiam -is. SIDON. epist. 9,11,2 cum mihi rigor censurae tuae ... sit ... -endus. CEREAL. 2 fidem -unt daemones. VEREC. in cant. 6,28 *voluntas dominica* in investigandis debet dispensationibus -i. CORIPP. Ioh. 4,800 -uere tonantem ... Gigantes. PALLAD. hist. mon. I 30 p. 316A. CASSIOD. compl. in Hebr. 3,1 -enda est siquidem poena priscorum. compl. in apoc. 14,1 fit autem poenae ipsorum terribilis et -enda descriptio. *seq. infinitivus*: PS. CYPR. singul. cler. 22 *Paulus* collegas suos imitari -uit. HEGES. 5,16 l. 24 -o tanta recensere mirabilia. CAES. AREL. grat. 104 reprehendere deum non -is et metuis. *seq.* ne: CAES. AREL. grat. 117 *homo* -at ne in eo impleatur illud quod scriptum est.

3 *i. q. terrere*: SERM. de conf. diab. 110 vox illius sola me -it et dissolvit virtutem meam.

syn.: tremere; terreri, horrescere, trepidare, metuere.

contremo, -ere *a* con *et* tremere. *i. valde tremere*: PACVV. trag. 413 caelum tonitru -it. LVCR. 5,1221 fulmini⟨s⟩ horribili cum plaga torrida tellus -it. SEN. rem. fort. 1,2 ad hoc praecipue gens humana -it. CLAVD. DON. Aen. 9,715 pilae casu multa alia -unt. AVG. civ. 22,8 *intuebatur populus* alteram membris omnibus -entem. conf. 10,36,59 -unt fundamenta montium. *transitive*: AMM. 20,11,14 *Romani* ne prompta quidem pericula -bant (*sic Langen*; contemneliant *V*, contemnebant *Pbga*). MART. CAP. 1,31 paterna -ens praecepta.

contremulus, -a, -um [*cf. c.* contremere, contremiscere *et c.* tremulus. *Th.*]. VARRO Men. 400 *luna* contremula aquilenta.

contrībulātio, -ōnis *f. a* contribulare. *i. q. contritio*: ITALA Is. 65,14 (Tert. adv. Iud. 13) a -e (ἀπὸ συντριβῆς, VVLG. contritione) spiritus ululabitis. Os. 13,13 (Weing. Lact. inst. 4,19,9 epit. 42,2) in -e filiorum. FVLG. aet. mund. p. 152,5 clementia -es dum commodat, non habet modum. AVG. serm. 216,6 vestri cordis scrutatione et -e. in psalm. 103 serm. 4,18 -o cordis tui. 120,1 a convalle plorationis id est ab humilitate -is.

contribūlis, -is *m.* [*a* con *et* tribulis *vel* tribus. *Th.*]. GLOSS. -es consanguinei, quasi ex eadem tribu. -bus parentibus, simul contribulatis. NOT. Tir. 52,61b. CORP. VI 33998 -i h(onoris) c(ausa). CYPR. GALL. lev. 257 proximus hunc redimat, aut si non affuit ille, -is. ITALA (codd. d. g) *et* VVLG. I Thess. 2,14 eadem passi estis et vos a vestris -bus (συμφυλετῶν) (THEOD. MOPS. ad I Thess. 1,1). CLEM. ad Cor. 4 audivit a cumtribule suo. AMBR. epist. 6,8. HEGES. 5,14,4 si forte -es suos inflecteret. 5,31 l. 55 cum civium manibus -is suus fuerit extinctus. HIER. in Zach. 3,13 p. 910 virum cohaerentem mihi, id est προσκεκολλημένον μοι Aquila interpretatus est ... virum -em meum, id est σύμφυλόν μου (*v. l.* μοι). in Gal. 1,2 p. 405 -bus, cognatis et parentibus suis. VVLG. lev. 25,17 affligere -es (τὸν πλησίον) vestros. I reg. 20,6 victimae ... ibi sunt universis -bus suis (ὅλῃ τῇ φυλῇ). II Macc. 4,10. 15,31. RVFIN. Orig. in gen. 17,4 a fratribus suis id est a ceteris -bus (patr. 1,1). hist. 2,5,1 pro -bus suis Iudaeis. CASSIAN. conl. 16,2,2 qua *dilectione* vel -es vel coniuges vel parentes seu fratres ac filii naturaliter ceteris praeferuntur. SIDON. epist. 9,3,4 turmis -ium levitarum. GREG. TVR. glor. conf. 94 Martinus cum Albino -e (-i *4*) ingrediatur basilicam. EVANG. de nativ. Mar. 2,1 cum nonnullis -bus suis. 2,2 ORIG. in Matth. 18,28. *nota de eo qui eiusdem religionis est*: SIDON. epist. 8,13,3 commendo ... nostrum nuper effectum vestris orationibus -em. **contribūlus,** -ī *m.*: GLOSS. consanguineus (consanguinis *cod.*). -i consanguinei quasi ex eadem tribu. quasi ex una tribo (*!*), participes. parentes. BACHIAR. fid. 2 p. 1023B ille ... ait -is suis. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1,187 erat Ezechias ... apud -os maximus.

contrībulo, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* tribulare. GLOSS. συντρίβω. *quid proprie sit, discas ex* ANTIDOT. Brux. 145 flores ... colligito et siccato atque -ato. SCHOL. Germ. Bas. p. 70,9 *cancrum* Hercules calcatum -vit. *legitur autem plerumque latiore sensu conterendi, vexandi, delendi, opprimendi, comminuendi, percutiendi.* [*val.* cutrierare. *M.-L.*]

1 *proprie*: ITALA gen. 49,24 (Lugd.) -atae sunt (συνετρίβη) cum virtute sagittae eorum. exod. 32,10 (Lugd.) -bo (ἐκτρίψω) eos. lev. 26,13 (Lugd.) -vi (VVLG. confregi) iugum obligamenti vestri. deut. 28,7 (Lugd.) inimicos tuos ... -atos ante faciem tuam (συντετριμμένους, VVLG. corruentes). 28,24. 52. 33,20 *leo* -ans (VVLG. cepit) brachia et principem. Ios. 7,5 (Lugd. Lucif. non parc. 3) -erunt (VVLG. ceciderunt) illos. 7,9 (Lugd.) -bunt (VVLG. delebunt) nos a terra. 10,10 (Lugd.) -vit illos contritione magna (VVLG. contrivit ... plaga). iud. 2,15 (Lugd.) *manus dei* -vit eos valde (ἐξέθλιψεν, VVLG. vehementer afflicti sunt). 10,9. 12 Madiam et Amalec -erunt (VVLG. oppresserunt) vos. 1,34 (Aug. quaest. hept. 7,11) -vit (VVLG. arctavit) Amorrhaeus filios Dan. exod. 23,24 (Ottob.) -ans conteres (συντρίβων συντρίψεις, VVLG. confringes) titulos (*i. statuas*). Is. 45,2 (Barnab. 10,4) ostia aerea -bo (VVLG. conteram). I reg. 4,18 (Lucif. Athan. 1,11) -atum est (VVLG. fractis cervicibus) dorsum eius (VVLG. Sirach 35,22). IV reg. 23,14 (Lucif. non parc. 7 p. 224,11) -vit titulos (VVLG. contrivit). Am. 8,4 (Gild. Brit. 53 p. 57,17) -atis (ἐκτρίβοντες, VVLG. conteritis) immane pauperem. VVLG. psalm. 73,13 capita draconum. Sirach 35,23 sceptra iniquorum -et. MAR. AVENT. chron. II p. 236 a. 539 exercitus loci infirmitate gravatus valde -atus est.

2 *translate, i. q. aerumnis vel plagis afficere, affligere, humi-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

liare, cf. AVG. in psalm. 83, 1 accedens quisque ad servitutem dei ad torcularia se venisse cognoscat: -bitur, conteretur, comprimetur: ITALA psalm. 50, 19 (Tert. adv. Iud. 5) cor -atum et humiliatum hostia deo est (TERT. *ibid.* cor -atum acceptabile sacrificium deo demonstratur. *cf.* CLEM. ad Cor. 18 ZENO 1, 7, 2 FILASTR. 110, 6 PAVL. NOL. epist. 40, 4. AVG. epist. 121, 2 cor humile et -atum). Ezech. 34, 4 (Cypr. epist. 57, 4. 68, 4) quod -atum est, non consolati estis (LXX *et* VVLG. *aliter*). ITALA (Cypr. mort. 11) *et* VVLG. psalm. 50, 19 spiritus -atus (CLEM. ad Cor. 18. ZENO 2, 17, 3 spiritum ... tota humilitate -atum. AMBR. Ioseph 7, 39 RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 108^C PAVL. NOL. epist. 49, 13 AVG. in psalm. 50, 23 *passim.* OROS. apol. 14, 3 VICT. VIT. 3, 52 EVGIPP. Sev. 43, 5 *al.*). ITALA Dan. 3, 39 (Rufin. Orig. in lev. 4, 5) in anima -ata. HERM. vulg. mand. 10, 1 tristitia ... -at (ἐκτρίβει, Pal. exterit) spiritum sanctum. AVG. epist. 111, 8 in anima -ata (VEREC. in cant. 4, 14). VEN. FORT. expos. orat. 9 filius qui non -at genitorem. ALC. AVIT. hom. 16, 2 p. 125, 10 artam illam et -atam euangelii semitam tenens. *nota dativum cum verbo coniunctum*: ORIG. in Matth. 18, 73 cum ipso sum in tribulatione h. e. -or ei. *part. perf. more substantivi*: ITALA Is. 57, 15 (Lucif. Athan. 1, 43) dans vindictam -atis corde (VVLG. cor contritorum). 61, 1 (CYPR. testim. 2, 10 Barnab. 14, 9) curare -atos (VVLG. contritis) corde. VVLG. Sirach 4, 4 rogationem -ati (ἱκέτην θλιβόμενον) ne abicias. PS. RVFIN. in psalm. 36, 21 pro -ato orat. AVG. in psalm. 69, 2 vox -atorum. 83, 10 lacrimae piae -atorum mustum sunt amantium. MAR. MERC. Cypr. apol. p. 256 discite audire -ati. *cf. p. 776, 33.*

contribūlus *v. p. 776, 53.*

contribuo, -uī, -ūtum, -ere *a* con *et* tribuere. GLOSS. -it συννέμει. *legitur inde a* CAES., *singulis locis ap.* CAES. TIB. OV. VELL. CVRT. SVET., *bis*: SEN. phil., *9^ies*: LIV., *10^ies*: PLIN. nat., *11^ies*: COLVM.

1 *proprie*: *t. t. iuris publici: adiungere terram, populum alicui, sub dicionem redigere vel dare, assignare*: *alicui*: CAES. civ. 1, 60, 1 *Calagurritani* erant tum (*sic Kindscher*, cum *β*, *del. Ciacc.*) Oscensibus -uti (tributarii *vel* attributi *Kraffert*). LIV. 26, 24, 15. 33, 34, 8. 36, 35, 7 Elei ... maluerunt Achaico -i concilio. 38, 3, 9 *Ambracia* -erat se Aetolis. 39, 26, 2. COLVM. 3, 3, 2 *Gallicus ager* nunc Piceno -itur. 9, 13, 9 (*in imagine*) apibus vetustate corruptis examen novum -ere. CVRT. 5, 3, 16 Vxiorum ... gentem subactam Susianorum satrapae -it. PLIN. nat. 3, 18. 4, 23 Aegosthenenses -uti Megarensibus. 5, 107. 14, 62 coloniam ... Capuae -utam. LEX Vrson. (Corp. II 5439) 103, 3 colon⟨os⟩ incolasque -utos ... colon(iae). SVET. Aug. 48 *regna* alienigenis -it. SOL. 9, 1 partitiones ... Macedonum nomini -utae. *pecunias*: PAVL. dig. 35, 2, 22, 4 nullum legatum erit nec ceteris -etur. PAPIN. dig. 35, 2, 15 pr. quod bonis ... -endum est a debitore. 39, 6, 42, 1 coheredes eius bonis -i donationes ... vellent. *aliquem* (*aliquid*) in *aliquid vel aliquo*: LIV. 31, 30, 6 ne in unam urbem quidem -uti maiores (*opp.* pagatim habitantes). 32, 19, 4 Corinthum -uros *se esse* in antiquum gentis concilium. 42, 37, 9 Elei ... in Achaicum -uti concilium. VELL. 2, 20, 2 ut in octo tribus -rentur novi cives. COLVM. 9, 11, 1 duas vel tres alvorum plebes in unum -ere (GAIVS dig. 35, 2, 79 quae ... relicta sunt in unum -untur). PLIN. nat. 3, 19 in eam *coloniam* -untur Icositani. 4, 108 in oppidum -uti Convenae. 4, 117. *nota*: 3, 99 -uta eo maritima colonia. IVST. 12, 5, 8 in unam cohortem eos ... -it. CORP. VIII 3157 Nestor ... -utus ex leg. III Gallicae in leg. III. *cf.* INSCR. Korr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 1903 p. 202 (*saec. II*) con⟨t⟩r⟨i⟩buti ex Ger(maniis) duobus (*sic*). LIV. 32, 5, 5 quae ad condendam Megalen polin ex concilio Arcadum -utae forent. PLIN. nat. 5, 74 et regna -untur Trachonitis, Panias. VLP. dig. 42, 6, 1, 12 qui causatur bona -uta, cum praedia -i non possint. 35, 3, 1, 1 -utis legatis. 29, 4, 6, 2 -i fideicommissa. *ibid.* fideicommissarios. 47, 8, 2, 10 neque furti actio neque legis Aquiliae -utae sunt in hoc edicto. POMPON. dig. 41, 1, 27, 1 simul plura -untur, ex quibus unum medicamentum fit. TRYPH. dig. 29, 1, 18, 1 -bantur omnia.

2 *i. q. tribuere, attribuere, dare; saepissime additur dativus*: TIB. 1, 6, 64 proprios ego tecum ... annos -isse velim. OV. met. 7, 231 Spercheïdes undae -uēre aliquid. SEN. dial. 10, 15, 1 suos *annos* tibi -et (-it *A*). benef. 6, 5, 4 alterum alteri -ere. COLVM. 1, 9, 1 quibus operibus quemque habitum corporis aut animi -endum putemus. 2, 2, 2 generibus singulis senae species *terreni* -untur. 2, 2, 15 *campis salinarum* -untur praedicti colores. 2, 9, 17 leguminibus *panicum ac milium* -erim. 3, 1, 5 sicco *loco* recte -i diversae naturae semina. 3, 10, 7. 4, 1, 1. 5, 5, 8. TERT. spect. 29 voluptates a deo -utas tibi. AVSON. 38, 2 carmina Musis, licia -unt, casta Minerva, tibi. PS. RVFIN. in Ioel 2, 21—23 deus depellat tristia et secunda -at. 3, 1—3 ultionis gloriam ... -at. AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 482, 24 a *deo* haec scriptura humano generi -uta est. CAPREOL. epist. 2, 9 p. 855^D potestatem divinam homini ... -utam. CASSIOD. var. 11, 39, 2 illa numerositas molarum, quam specialiter -utam constat ad victum. COD. Theod. 6, 30, 20 (*a. 413*) *privilegia* scholae a nostra sunt mansuetudine -uta. 6, 26, 16 (*a. 413*) sciant a nobis licentiam -utam (COD. Iust. 12, 19, 5, 1). NOVELL. Iust. 89, 7 *Anastasii constitutio* naturales adoptare -it (διδοῦσαν). NICET. psalm. 5 omnibus ... suscipientibus se apta medicamenta psalmus -it. CARM. epigr. 439, 1 (= CORP. XI 6565) ver tibi -at sua munera florea grata. 1027, 2 coniugis ossa exspectan⟨t⟩ ... suis ut mea -am. *nota*: PLIN. nat. 32, 42 utilius est vitae -uta (*sc. uni cuique*) habere remedia, cum alii aliud prosit. *seq. inf.*: FVLG. Virg. cont. p. 92, 10 a partu recentibus matrem videre datur, non tamen statim cognoscere meritum -itur. MART. CAP. 1, 24 illum (*Iovem*) -as (*i. moneas*) favere iussis.

syn.: coniungo, misceo, attribuo, do. *opp.*: seiungo (SOL. 9, 1). depello (*cf. p. 777, 76*).

contribūtārius, -a, -um *a* con *et* tributarius. NOVELL. Iust. 128, 7 superindictionem cuiuslibet possessionis conservae aut -ae fieri (κτήσεως ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων). 128, 8 qui conserva aut -a praedia (ὁμόδουλα ἢ ὁμόκηνσα χωρία) possident.

contribūtio, -ōnis *f. a* contribuere. **1** *i. q. actus contribuendi* (*v.* contribuo *1*), *computatio, collatio* (*cf.* MOD. dig. 16, 2, 1 compensatio est debiti et crediti inter se -o): MAECIAN. dig. 35, 2, 30, 8 non veniunt in -em quae ipsi heredi ... commissa sunt (VLP. dig. 24, 3, 7, 4 *fructus* ... non debere in -em venire. PAPIN. dig. 35, 2, 14, 2). PAPIN. dig. 35, 2, 11, 5 -i locus est. 39, 6, 42 pr. liberi ... -i ... tenebuntur. 35, 2, 11, 6 -o legatorum ... capiunt et formam et originem. 31, 73 pretii -e facta (PAVL. dig. 14, 2, 2, 7. 35, 2, 1, 12). 14, 2, 3 -o debetur. 35, 2, 11, 7 inducant -em. PAVL. sent. 2, 7, 3 vectores ad -em non tenentur. dig. 14, 2, 1 ut ... omnium -e sarciatur quod pro omnibus datum est (*loco gemino* sent. 2, 7, 1 intributione). VLP. dig. 28, 5, 35, 2 -o admittenda erit. HERMOG. dig. 14, 2, 5, 1 aequitas -is habebit locum. LEX colleg. Aesc. et Hyg. (Corp. VI 10234) 18 in -e sportularum. **2** *quod contribuitur* (*v.* contribuo *2*), *tributum*: ALF. dig. 19, 2, 30, 1 ut pro portione temporis ... pecuniae -o fieret. MOD. dig. 26, 7, 32, 6 onera annonarum et -um temporariorum (temporalium *dett.*) sustinere. COD. Theod. 12, 1, 173, 1 (*a. 410*) *aurum* ex huiusmodi -e redigitur. CORP. VIII 8210 ⟨so⟩luta -e a Cirtensib(us). *Hoppe.*

contrīco, -āvī, -āre *a* con *et* tricare. VITR. 10 2, 14 sic Paeonius ducendo et reducendo pecuniam contricavit (contrivit *edd.*) ut ad solvendum non esset.

[contrifitio] ITALA Is. 59, 7 (Didasc. apost. 20, 11) contrifitio et infelicitas (σύντριμμα, VVLG. contritio. *quod restituendum*).

contrīstātio, -ōnis *f. a* contristare. *i. q. luctus*: TERT. pudic. 7 nec congratulationem advocat vicinarum sed -em proximarum fraternitatum. adv. Marc. 2, 11. 5, 12 ad dissolutionis -em. AMBROSIAST. in Eph. 4, 30 -o itaque eius (*spiritus sancti*) indignitas nostra est. HIER. in Is. 66, 15 p. 813. PAVL. NOL. epist. 35 in tempore -is. AVG. serm. 173, 3 pereat -o, ubi tanta est consolatio. CASSIOD. in psalm. 68, 22 compl. in II Cor. 1, 23.

contrīstis *cf.* contristare. GLOSS. σκυθρωπός. DON. Ter. Ad. 865 nulli laedere os: adeo ut nulli se contristem (secum tristem *cod. Cuiac.*, nullum secum tr. *Wessn.*) faciat.

***contrīsto,** -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* tristis. *Th.*]. GLOSS. ἀνιῶ, λυπῶ, στυγνοποιῶ. -at tristem facit λυπεῖ. *legitur inde a* RVT. LVP. *et* CAEL. *singulis locis*: RVT. LVP. CAEL. HOR. sat. SEN. suas. PLIN. nat. STAT. Theb. APVL. *binis*: VERG. VAL. FL. *6^ies*: COLVM. *9^ies*: SEN. phil. *frequentant recentiores.*

1 *proprie*: *tristem reddere, dolore maerore afficere; apud posteriores i. q. laedere, affligere. saepe* -ari *sensu reflexivo ponitur.* CAEL. Cic. epist. 8, 9, 5 -vit haec sententia Balbum Cornelium. SEN. suas. 6, 16 nolo autem vos ... -ari, quod ... transeo. SEN. dial. 1, 2, 5 matres ... volunt numquam -ari (*sc. filios*), numquam flere, numquam laborare. 4, 2, 5 -at nos turba maerentium. 9, 16, 1 epist. 74, 34. 85, 14. 116, 2 naturale est opinionibus hominum tangi et adversis -ari. PS. SEN. epist. Paul. 12 putasne me haut -ari? FRONTIN. strat. 1, 12, 5 -atis militibus. TERT. apol. 39 neminem laedentes, neminem -antes. scorp. 5. pudic. 14 alii qui apostolum -verint incondite agentes et -ati sint ab illo. anim. 45 et oblectamur et -amur et conterremur in somniis. ITALA gen. 4, 5 (Lucif. Athan. 1, 2) -atus est Cain valde (VVLG. iratus). deut. 15, 10 (Lugd.) non -beris corde tuo (λυπηθήσῃ, VVLG. *aliter*). Is. 57, 17 (Ps. Cypr. ad Novat. 10) propter peccatum modice -vi eum (VVLG. iratus sum) ... et -atus est et abiit tristis (VVLG. et indignatus sum et abiit vagus). Ion. 4, 1 (Lucif. Athan. 2, 33) -atus est Ionas tristitia magna (VVLG. afflictus afflictione). II Cor. 2, 5 (Tert. pudic. 13 *et* VVLG.). Eph. 4, 30 (Tert. mart. 1 Herm. Pal. mand. 10, 3, 2 *et* VVLG.) nolite -are spiritum sanctum. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 75 (*opp.* gaudere) CYPR. epist. 65, 1 IREN. 1, 2, 3 *al.* MAR. VICTORIN. in Phil. 2, 27 p. 1216^B -rer et tristitiam haberem. HIER. epist. 43, 2 laetamur ad nummum, obolo -amur. 82, 2 imperfectum opus ... volentes maerore -at. in Ezech. 16, 35 p. 176 -asti me, quem bonis operibus debueras ad gaudia provocare. *saepius.* VVLG. exod. 22, 21 advenam non -bis (*i. laedes.* κακώσετε) neque affliges. lev. 25, 14 ne -es fratrem tuum. II reg. 13, 21 -atus est valde et noluit -are spiritum Amnon. Ier. 22, 3 et advenam et pupillum et viduam nolite -are (Ezech. 22, 7). Dan. 3, 50 et non tetigit eos omnino ignis neque -vit nec quidquam molestiae intulit. II Macc. 4, 37 -atus itaque animo Antiochus propter Oniam. Marc. 10, 22 qui -atus in verbo, abiit maerens. Rom. 14, 15 si enim propter cibum frater tuus -atur. II Cor. 2, 2 (*opp.* laetificare). 7, 9 *et saepe in* VVLG. AVG.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

civ. 9, 5 irasci peccanti ut corrigatur, -ari pro afflicto ut liberetur, timere periclitanti ne pereat. 14, 8 stultum autem non nisi cupere laetari, metuere -ari. 21, 18 quando sanctum suum prophetam fuerat parcendo -urus *et saepe*. AVELL. p. 302, 5 *al.* LEO M. epist. 30, 1 multum doleo multumque -or. PS. APVL. herb. 20, 6 si infans -atus fuerit (*opp.* hilariorem facies). CAEL. AVR. salut. praec. 53 ut animus aegrotantium nulla novitate bibendi -etur. 64. ENNOD. opusc. 2, 108 p. 320, 20 diabolo, qui -at ecclesiam. 3, 138 p. 366, 25 interpellat me terra..., cum aratris impexa -at. NOVELL. Iust. 22, 16, 1 si... mulier virum ... -et (λυπεῖν). 22, 20, 1 procreatam sobolem sequentibus matrimoniis ... -are. PALLAD. hist. mon. I 1 p. 255^B ne viderer eum vel -are vel perdere. FERRAND. epist. 10 sororis affectum piissimum. *nota*: *i. q. una tristare* (*cf. l. 40*): TERT. mart. 2 -etur illi, qui fructum saeculi suspirat. FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 18 in toto... homine tristi non est divinitas -ata et in homine toto patiente non est divina natura compassa. *i. q. irasci*: PASS. Matth. p. 231, 30 -atus tunc imperator (ὀργισθεὶς). *cf. l. 30. 38. p. 778, 65.* *additur causa*: SEN. epist. 102, 27 quid -aris? APVL. met. 6, 23 nec tu, filia, quidquam -ere. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 281^B dic potius, quid te -verim. ob: SEN. dial. 4, 7, 1 concitari -arique ob scelera. de: TERT. spect. 16 de aliena infelicitate -antur, de aliena felicitate laetantur. ITALA Matth. 20, 24 (cod. e Hil. in Matth. 20, 11) -ati sunt de duobus fratribus (ἠγανάκτησαν περί, VVLG. indignati sunt de). OPTAT. 5, 10 p. 140, 10 cum praesentia multorum gaudeat et de aliquorum absentia -etur. HIER. epist. 21, 1. 75, 1 RVFIN. epist. Clement. 19. LEO M. epist. 120, 3 utinam... non nos etiam de suo aeternae damnationis interitu -asset. 140, 2. FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 21. super: ITALA Ezech. 27, 35 (Tycon. 4 p. 46, 5) -ati sunt super te (ἐστύγνασαν ἐπὶ σέ, VVLG. obstupuerunt super te). 32, 10 (Tycon. 4 p. 44, 20). Ion. 4, 9 (Lucif. Athan. 2, 33) si valde -atus es (VVLG. irasceris) super cucurbitam. Matth. 15, 32 (cod. e) -atus sum super turbas (σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον, VVLG. misereor turbae). VVLG. I reg. 20, 34 Is. 51, 19 Ezech. 31, 15. Marc. 3, 5 super caecitate cordis eorum. AVG. civ. 14, 9 super duritia cordis Iudaeorum. AVELL. p. 188, 4. PASS. Paul. 2 -atus est rex *Nero* usque ad animam super mortem (morte *v. l.*) Patrocli. CLEM. ad Cor. 56 supra quam *doctrinam* nemo debet -ari. VVLG. III reg. 21, 5 quid est hoc unde anima tua -ata est? VVLG. Tob. 2, 13 non est -atus contra deum (*i. non iratus est*). *cf. infra l. 43.* in *c. abl.*: CASSIAN. conl. 24, 11, 2 utrum in eorum damnis vel adversis casibus -eris (*opp.* congaudeas). PASS. Andr. brev. 2 in his quae mihi contigerint, nolo vos -ari. pro: CASSIOD. hist. 1, 13 -amur pro eorum perditione. PS. THOM. euang. 5 quomodo cives -ati sunt adversus Ioseph pro factis Iesu. *c. acc. c. inf.*: AVG. epist. 262, 4 quod minus te observasse -or. c. Iul. op. imperf. 4, 122 sed te sic insanire -or.

2 *translate*: *obscurare, contrahere, corrumpere*: RVT. LVP. 2, 13 simul ac se fortuna -verit. VERG. georg. 3, 279 pluvio -at frigore caelum *auster* (Aen. 10, 275 sirius... laevo -at lumine caelum. *cf.* VAL. FL. 6, 622 iamque pater *Iuppiter* maesto -at sidera vultu. STAT. Theb. 7, 46 durus -at sidera fulgor). HOR. sat. 1, 1, 36 simul inversum -at aquarius annum (*cf.* AVSON. 417, 102 effusaque hiemem -at aquarius unda). SEN. epist. 84, 2 altera res (*sc. scribere*) -bit vires et exhauriet, de stilo dico, altera (*sc. legere*) solvet ac diluet. COLVM. 3, 2, 20 nec caloribus tamen -antur *vites* (3, 20, 1. 3, 21, 8). 5, 9, 18 tota arbor -bitur. 8, 8, 4 ne quasi gravi perpetuae custodiae servitio -atae senescant *columbae* (*cf.* 9, 14, 11 ne saepius iniuria -atae velut desperatione rerum profugiant *apes*). PLIN. nat. 35, 198 quodam nitore exhilarat -atos sulpure *colores cimolia*. TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 454, 23 potiorem honorem sabbati servat non -andi quam vacandi. ARNOB. nat. 2, 71 et quid istud aut vos iuvat aut nostram causam rationemque -at? PALLAD. 2, 13, 1 *solum* salsum ... vitium sapore corrupto vina -at. ZENO 2, 10, 2 non -at frontem ... Abraham. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 1, 4 refugio ... videre horrorem aliquem et omne quod conturbat et -at aspectum. ALC. AVIT. epist. 94 p. 102, 8 -are noluistis obsequium. *nota*: VAL. FL. 3, 427 humiles aras ... instituit silvaque super -at opaca (*i. densa fronde obtegit*). CORIPP. Ioh. 2, 252 ungula ... -at pulvere campos. PRVD. apoth. 345 unguine amaro -are comas desuescas, *oliva*. ORIG. in Matth. 13, 2 quae non -ant virtutem scripturae (*i. oppugnant, contradicunt*).

syn.: conterrere, laedere. dolere, maerere. *opp.*: exhilarare (OP. imp. in Matth. 15 p. 717), laetificare, consolari (AVG. civ. 3, 28), delectare (AMBR. parad. 15, 75), oblectare. gaudere, laetari. *L.*

contrītio, -ōnis *f.* *a* conterere. GLOSS. συντριβή, σύντριμμα.

1 *proprie*: *i. q. tritus, frictus, contusio*: GLOSS. IV 221, 42 mola (*Ellis*, mota *cod.*). HIER. in Ezech. 4, 16/17 p. 46 (*in imag.*) vereorque ne ista panis -o etiam in vestra inveniatur Ierusalem (*cf.* PAVL. NOL. epist. 23, 6 in -e permixta panes illos tribulationis imitatus est). VVLG. Is. 30, 14 sicut conteritur lagena figuli -e (σύντριμμα) pervalida. AVG. serm. 227, 1 per aquam coniuncta sunt *grana* et post quandam -em. DAMIG. lapid. 12 narratur *lapidem ceraunium* ... ex -e nubium inter se fieri. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 152 facit etiam nucleorum -o mulso admixta. *cf.* CASSIOD. in psalm. 83 praef.

2 *translate*: **a** *i. q. extinctio, eversio, ruina, miseria, calamitas*: ITALA exod. 12, 13 (Gaudent. serm. 6 p. 877^C) non erit in vobis plaga -is (πληγὴ τοῦ ἐκτριβῆναι, VVLG. plaga disperdens). num. 15, 31 (Aug. quaest. hept. 4, 25) -e conteretur (ἐκτρίψει ἐκτριβήσεται, VVLG. delebitur) anima illa. Ios. 10, 10 (Lugd.) contribulavit illos -e (συντρίψει, VVLG. plaga) magna. Is. 13, 6 (Tycon. 4 p. 50, 24) -o (συντριβή, VVLG. vastitas) a deo aderit. Dan. 10, 8 (Weing.) conversa est in -em (διαφθοράν). LACT. inst. 7, 17, 6 erit pressura et -o, qualis numquam fuit a principio mundi. AMBR. virginit. 6, 32 -em tamen habebit carnis. paenit. 1, 14, 77 Satanam ... corporalis huius -is ... auctorem scriptum ostendit. HIER. hom. Orig. in Ezech. 10 p. 975 in puncto horae fractura manus et pedis -o (*i. ruptura*) accidit. vir. ill. 16 ignis, crux, bestiae, confractio ossium membrorumque divisio et totius corporis -o et tormenta diaboli in me veniant. epist. 78 mans. 39 ante -em ... elevatur cor viri et ante gloriam humiliatur. VVLG. II reg. 22, 5 quia circumdederunt me -es (συντριμμοί) mortis. psalm. 13, 3 -o (σύντριμμα) et infelicitas in viis eorum (= Rom. 3, 16. *cf.* AVG. civ. 3, 18 vel salutis -o vel infelicitas irruisse monstratur). prov. 16, 18 -em (συντριβῆς) praecedit superbia. 18, 7. Sirach 40, 9 fames et -o et flagella. Is. 15, 5. 24, 19. 30, 13 dum non speratur, veniet -o (πτῶμα) eius. 51, 19 vastitas et -o et fames et gladius (59, 7. 60, 18 Ier. 48, 3). Ier. 4, 6. 20 -o super -em (ταλαιπωρίας συντριμμόν) vocata est. 6, 12 malum visum est ab aquilone et -o magna. 8, 21. 10, 19. 14, 17 -e magna contrita est virgo filia. 17, 18 duplici -e contere eos. 30, 15. 48, 5. 50, 22 vox belli in terra et -o magna. 51, 54. thren. 2, 11. 13 magna est enim velut mare -o tua. 3, 47 facta est nobis vaticinatio et -o. 3, 48. 4, 10. Ezech. 7, 7 venit -o super te qui habitas in terra. 7, 10 ecce dies, ecce venit, egressa est -o. 21, 6 ingemisce in -e (*i. confractione*) lumborum. 32, 9 cum induxero -em (αἰχμαλωσίαν) tuam in gentibus. Am. 6, 6. Soph. 1, 10 et -o magna a collibus. I Macc. 2, 7 *bis*. 4, 32 commoveantur -e sua. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 7 quibus *bracchiis* imminere -em comminatur. AVG. civ. 6 praef. terrenarumque -e ac mutatione rerum. gen. ad litt. 11, 35 p. 370, 15 labores, dolores, mortes et omnis -o saeculi. serm. 38, 10. 217, 3 labores et -es praesentis saeculi. epist. 122, 2 ne vos vincat et pigros faciat -o huius mundi. 209, 4 de rapinis et diversis oppressionibus et -bus. OROS. hist. 7, 27, 11 octavam Aegypti -em fecere excitatae undique lucustae. LEO M. epist. 156, 5 in cuius (*tyranni*) -e (*vox active usurpata*) omnium christianorum est iniuria. FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 10, 16 hanc lugendam -em (*mortem*) super humanum genus non praevaricator putetur transmisisse, sed conditor? 1, 10 p. 33, 29 sine laboriosa -e. 2, 1 p. 60, 3 pro imposita sibi -e (*syn.* plagarum). 2, 10 p. 85, 29 ut ... hinc absolutio filii, inde -o exerceatur inimici. 2, 12 p. 91; 14 ut hominem... hic prius agonibus et -bus exploraret, illuc vero donis et retributionibus adimpleret. epist. 5 p. 195, 8 hic finem infinitis -bus imponamus. ENNOD. opusc. 4, 32 p. 390, 29 caules ... immani ingrediens -e vastavit *ursus*. 5, 1 p. 393, 21 terrena in -e anima convalescat. CASSIOD. in psalm. 4, 1 martyres coronantur, totaque turba iustorum -bus semper augetur. 13, 9 *via impiorum* -o est, quia et terit et teritur. 70, 12. GILD. Brit. 21 chron. III p. 36, 18 *Pictae* praedas et -es nonnumquam facientes. NOVELL. Iust. 6 praef. quae omni difficultate et laesione atque -e privent. GREG. TVR. vit. patr. 11 prol. dum illa ergastularis -is revinctio paradisi ianuam patefacit.

b *i. q. vulneratio, vulnus in imagine*: GLOSS. IV 221, 42 plaga. HIER. in Is. 21, 11—12 p. 308 ego sanabo -es vestras. VVLG. psalm. 146, 3 alligat -es eorum (*cf.* PROSP. in psalm. 146, 3 per alligationes autem -um significatur diversitas remediorum, quae summus medicus misericorditer et scienter apponit, quia multarum elisionum non est curatio una). Ier. 6, 14 curabant -em filiae populi mei (= 8, 11). Os. 14, 5 sanabo -es eorum. Nah. 3, 19. *de terrae fissuris*: VVLG. psalm. 59, 4 sana -es eius (*terrae*), quia commota est.

c *i. q. labor, dolor, maeror, demissio animi, paenitentia*: GLOSS. V 495, 36 humiliatio, fractio. PS. QVINT. decl. 15, 10 spem gaudia parant, adversa -em. HIL. trin. 5, 28 in clamore... per dolorem cordis et -em spiritus mansuri sint (VVLG. Is. 65, 14 prae -e spiritus ululabitis. AVG. serm. 278, 12 molestiam -is spiritus et tribulationis paenitentiae. CASSIAN. inst. 5, 21, 4 labor... carnalis spiritus -i coniunctus). HIL. in psalm. 2, 38 -o ... illa sive confractio est, quae in nobis corporeas voluptates ... comminuit. AMBR. virginit. 9, 51 nonne inter asperitates laborum -esque animorum ... flos ... exurgit (PS. AMBR. trin. 16 ieiunium ergo -o atque humiliatio animae est. AVG. conf. 7, 7, 11 tacitae -es animi mei). HYMN. Ambros. II 82, 39 -o plebis anhela. AVG. in psalm. 28, 5 vox domini -e cordis humilians superbos (serm. 216, 6 votis et vestri cordis -e persistite. conf. 8, 12, 29 amarissima -e cordis. CASSIAN. inst. 6, 3 corporis afflictione et -e cordis. conl. 1, 1 cum omni cordis -e. 5, 16, 6 summa -e cordis et corporis. EVCHER. form. 3 p. 14, 6 valles: -e cordis humiles). AVG. conf. 8, 9, 21 latebrae poenarum hominum et tenebrosissimae -es filiorum Adam. serm. 229, 1 post humilitatem et -em. CASSIAN. inst. 2, 3, 3 humilitatem cordis -e laboris acquirere. 5, 10 humilitas ... oboedientiae virtute et operis -e corporisque fatigatione discenda est. FVLG. Virg. cont. p. 96, 12 omnis... -o omnem vanam laudem extinguit. p. 96, 14 omnis ... -o sapientem facit. AVELL. p. 200, 4 multa -o ... excitat me vociferare luctum. FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 31, 27 nemo luxuriae impugnationem abstinentiae -e castiget. EVGIPP. Sev. 8, 4 multiplici -e ac miserabili lamentatione discurrens.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

contrīto, -āre *a* conterere. GLOSS. II 448, 33 συντρίβω conflicto contrito contribulo obtrito adtero contero contundo. *Burger.*

contriumpho, -āre *a* con *et* triumphare. AVG. serm. ed. Mai 152, 3 omnia . . . nobiscum hodie -ant.

contropātio, -ōnis *f. a* contropare. *i. q. comparatio, collatio*: CASSIOD. compl. in apoc. 1, 9 *Christi* habitum per mysticas -es (*trad.* controfationes, *an* contrafactiones?) exponit. 19, 17 ut factae allegoriae -o servaretur. LEX Visig. 2, 4, 3 pro m a n u s -e (2, 5, 13. 15). 3, 1, 5 rerum universarum -e habita. 6, 1, 4 pro servis questionandis -e adhibeatur aetatis et utilitatis. 10, 1, 17. *dub.* GLOSS. V 350, 10 contropacia (contropatio *Heraeus*) controversia.

contropo, -āre *a* con *et* tropare. *i. q. conferre*: LEX Visig. 2, 5, 13 omnes scripturae . . . ex aliis cartarum signis vel suscriptionibus -entur *et saepius. cf. Zeumer, p. 73, n. 1.* *L.*

contrōversālis *v. p. 788, 3.*

×contrōversia, -ae *f.* [*cf. c.* controversus. *Th.*]. GRAMM. suppl. 68 alia in '-sia' *desinunt,* ut conversus ⟨conversi⟩ conversia et ⟨controversus controversi⟩ controversia. 98. o *altera longa probatur ex originatione* (*cf.* AVSON. *p. 788, 71. 81*), *corripitur* SIDON. epist. 8, 11 vers. 29. *in titulis leguntur formae* controvorsia, -ieis: SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 1. 43. controvosias: SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 2. controversia: CORP. IX 2827, 18 (*med. saec. I p. Chr.*). X 7852, 9 (*a. 69 p. Chr.*). 8038, 8 (*c. a. 72 p. Chr.*). III 586, 4 (*aet. Trai.*). XIV 2112, 19 (*a. 136 p. Chr.*). VI 1016 (= 31227 *a. 175 p. Chr.*). VI 31998 (*a. 338 p. Chr.*). INSCR. Revue archéol. 1904, 4 tab. p. 445 n. 161 (*aet. Trai.*). contraversia *nonnunquam in codicibus velut*: RHET. Her. 1, 13, 23. 1, 12, 20 (*cod. H*). *cf.* PLAVT. Curc. 669. contra versia (*cod. B*). sine ulla contraversia: TAB. cer. Dac. 12 (Corp. III p. 949). *abl. plur.* -sis: SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 45 (*ibid.* 1 -sieis). CORP. V 5050, 7 (*a. 46 p. Chr.*). PRISC. gramm. III 42 -a: ἀντίρρησις. EVGRAPH. Ter. Phorm. 854 -a est contradictio ex affirmatione et negatione eiusdem rei. DIFF. ed. Beck p. 47, 37 -a est contestata aestimatio, lis consignata. DIFF. gramm. VII 530 lis nascitur, pertinacia efficit -am; et litigant homines, res in -am deducitur. ita -a partis est; lis summae. GLOSS. ἀμφισβήτησις, ὑπόθεσις. ἀντίρρησις. διαφορά. δίκη. ζήτησις, contentio, altercatio. iurgium, lis, causa. iurgia, lis vel contentio. certamen. adversitates. adversitates vel fraudes. *legitur in* INSCR. *et scriptoribus passim, praecipue apud rhetores et iurisconsultos; apud poetas* PLAVT. *quater,* TER. *semel,* AFRAN. com. *semel,* SIDON. *l. 19.*

I *i. q.* ***contrarietas*:** **A** *i. q. vis contraria*: VLP. dig. 39, 2, 24, 5 si -a aquae insulam subverterit. **B** *i. q. infitiatio, contentio eius, qui obsistit*: CIC. de orat. 2, 105 genus primum causarum in iudicio ex -a facti (*ibid.* infitiatio). Lig. 1 confitendum est . . . omissaque -a omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est. CIC. Verr. 2, 125 hereditatem adiit, possedit . . . sine ulla -a (*cf. p. 784, 67*). 3, 46 cuius hereditatis . . . -a fuerat nulla, nemo mentionem fecerat. VLP. dig. 46, 5, 1, 9 si sit aliqua -a, ut puta si dicatur per calumniam desiderari.

II *i. q.* ***contentio plurium inter se*:** **A** *i. q. contentio, certamen*: PLIN. nat. 16, 3 operiens aeternam rerum naturae -am. AVG. civ. 13, 13 coepit caro concupiscere adversus spiritum, cum qua -a nati sumus (*cf.* VVLG. Gal. 5, 17 haec [*sc. caro et spiritus*] enim sibi invicem adversantur). QVINT. decl. 365 p. 399, 14 quid acturus es poenarum -a (*i. diversitate*)? utrumque ferre non potes.

B *i. q. dissensus, disceptatio, dubitatio*: RHET. Her. 1, 3, 4 divisio est, per quam aperimus, quid conveniat, quid in -a sit. 1, 11, 18 coniecturalis est *constitutio,* cum *de facto* -a est (QVINT. inst. 7, 2, 16. CIC. inv. 1, 10 cum facti -a est. 1, 11 nominis est -a. *cf. ibid.* non quod de facto non constet, sed quod id, quod factum sit, aliud alii videatur. 1, 12 generis est -a [*opp.* convenit]). 2, 26, 41 non expedita aut iudicata res sed impedita et in simili -a posita. 2, 27, 43 Zethus cum Amphione, quorum -a de musica inducta est. CIC. inv. 1, 92 perspicuum est, de quo non est -a. leg. 1, 54 parvam vero -am dicis, at non eam, quae dirimat omnia (*ibid.* dissensio). 1, 55 ex hac . . . non rerum sed verborum discordia -a est nata de finibus. fin. 1, 16 neque erat umquam *mihi cum Attico* -a, quid ego intellegerem, sed quid probarem. Tusc. 4, 6 cum Academici eorum (*Peripateticorum et Stoicorum*) -as disceptarent. epist. 7, 22 id caput, ubi haec -a est, notavi. CAES. civ. 3, 82, 4 magnaque inter eos in consilio fuit -a, oporteretne. CELS. 1 praef. p. 9, 28 ne haec quidem sic praeteriri debent, quasi nullam -am recipiant. QVINT. inst. 1, 5, 41 immutatio sine -a est, cum aliud pro alio ponitur. 3, 11, 24 de eo quaestio est, quod in -am venit. VLP. dig. 37, 9, 1, 25 si -a sit . . ., arbitrum dandum. HIER. epist. 48, 5 hic locus ad praesentem -am non pertinet. AVG. civ. 9, 5 verbi -a iam diu torqueat homines Graeculos contentionis cupidiores quam veritatis. COD. Iust. 6, 23, 30 invenimus quasdam -as veteribus iuris interpretatoribus exortas. 6, 37, 23, 2ª decidentes antiquam -am sancimus (*ibid.* disceptatio). *adde*: SIDON. epist. 3, 11, 2 in quorum (*generi filiaeque*) copula tam felicem tibi -am vota pepererunt, ut ambiguas, utrum . . ., an . . . .

C *i. q. lis, dissensio, iurgium, rixa*: PLAVT. Aul. 261 nulla -a mihi tecum erit [Men. 592 *corrupt.*]. AFRAN. com. 373 deinde aliquid dedita opera -ae concinno. SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 45 ad nos adeant primo quoque die et ab omnibus sis et hono. publ. li. (*obscura sunt; expectamus fere* -sis abstineant). CIC. inv. 1, 4 non incallidos homines, qui ad parvas -as p r i v a t o r u m accederent; quibus in -is . . . (de orat. 3, 120 orationes eae, quae . . . a privata et a singulari -a se ad universi generis vim explicandam conferunt. CAES. Gall. 6, 13, 5 de omnibus -is publicis privatisque constituunt *druides*). inv. 2, 67 ac naturae quidem iura minus ipsa quaeruntur ad hanc -am. Verr. 4, 35 omnium -arum, quae essent inter aratorem et decumanum. Caecin. 47 cum de iure et legitimis hominum -is loquimur (de orat. 1, 49 si Plato de rebus ab civilibus -is remotissimis divinitus est locutus. orat. 120 legitimarum et civilium -arum patrocinia suscipere. CAES. Cic. Att. 10, 8ᵇ, 2 abesse a civilibus -is). Cluent. 161 cum quaedam in callibus . . . -a pastorum esset orta. leg. 1, 53 ut aliquando -arum aliquem facerent modum. CAES. Gall. 7, 39, 2 in illa magistratuum -a (*ibid.* contentio). SALL. hist. frg. 3, 17 male assuetum ad omnis vis -arum. VITR. 1, 1, 10 ne -ae factis operibus patribus familiarum relinquantur. VAL. MAX. 4, 1 ext. 7 extracta . . . aurea Delphica mensa orta -a est. AGENN. grom. p. 64, 19 omne genus -ae ex quadam materiali bipertitione generatur. CORP. VI 1016 (= 31227, *a. 175 p. Chr.*), 8 hos lapides constitui iusserunt propter -as, quae inter mercatores et mancipes ortae erant. VVLG. Hebr. 6, 16 omnis -ae eorum finis ad confirmationem est iuramentum (ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν). AVG. civ. 18, 41 tot -as hominum dissidentium. CORP. VI 31998 *maritus* mecum vixit sine aliqua discordia aut -a. *de iure aliquo, possessione, sim.*: CIC. inv. 2, 127 in illa de testamento, quam posuimus, -a. S. Rosc. 87 inimicitias tibi fuisse cum S. Roscio et magnas rei familiaris -as. de orat. 2, 104 sive ex crimine constat causa ut facinoris sive ex -a ut hereditatis. CAES. Gall. 6, 13, 5 si de hereditate, de finibus -a est. EPIST. imp. Vesp. (Corp. X 8038) 8 de -a finium, quam habetis cum Marianis, pendenti ex is agris. SENT. Helvidi Prisci (Corp. IX 2827) 19 a(ctum) e(sse) in re praesenti de -a finium. SENT. procos. Maced. (Corp. III 586) 4 de -is finium inter Lamienses et Hypataeos . . . terminarem. VLP. dig. 2, 7, 5, 1 quanti ea res est . . . aestimata, de qua -a est. PAVL. dig. 37, 10, 6, 3 si status et hereditatis -a sit . . . nec ulla bonorum -a sit. 50, 16, 229 non solum quibus -a fuit sed etiam quae sine -a sint possessa. POMPON. dig. 40, 7, 29, 1 de his bonis coeperat -a esse. GAIVS inst. 4, 14 si de libertate hominis -a erat. 4, 17 de fundo vel de aedibus sive de hereditate. PS. BOETH. grom. p. 399, 4 de positione terminorum -a est inter duos pluresque vicinos. *nota*: GAIVS inst. 4, 148 cum ab utraque parte de proprietate alicuius rei -a (*i. vindiciae*) est. PS. AGENN. grom. p. 25, 19 cum . . . alio quolibet statu -a defenditur. p. 69, 10. *in iudicio*: SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 43 quei -as (*i.* in -is) Genuensium ob iniourias iudicati aut damnati sunt. CIC. Verr. 2, 5 ut finis aliquando iudiciariae -ae constitueretur. 2, 136 a Chelidone, quae . . . in iure civili privatorumque omnium -is populo Romano praefuit. 3, 35. 4, 75 summorum aratorum, remotissimorum a foro, iudiciis, -is. Caecin. 71 in ceteris -is atque iudiciis et fictus testis subornari solet. Cluent. 161 sine iudicio -aque discessum est. VARRO ling. 7, 93 quibus res erat in -a, ea vocabatur lis. QVINT. inst. 7, 2, 5 fuerunt autem tales . . . -ae, atque aliquae in meum quoque patrocinium inciderunt. 7, 2, 20 Apollodorus quoque ἀντικατηγορίαν duas esse -as dixit, et sunt re vera secundum forense ius duae lites. ITALA deut. 25, 1 (Lugd.) -a verborum inter homines (ἀντιλογία, VVLG. si fuerit causa . . . et interpellaverint iudicem). VLP. dig. 41, 2, 6 qui futuram -am metuens . . . in possessionem ingreditur. VVLG. Ezech. 44, 24 cum fuerit -a, stabunt in iudiciis meis et iudicabunt (ἐπὶ κρίσιν αἵματος). AMM. 18, 1, 3 multa sint eius laudanda in huiusmodi -is (*ibid.* iurgia dirimens). 18, 16, 9 in eiusmodi -arum partibus etiam Gallieno ferocior (*ibid.* litibus). OPTAT. 3, 2 p. 70, 16 quia locus erat doctrinae, non -ae post doctrinam (*ibid.* lis, iudicium). COD. Iust. 12, 29, 2, 1 in criminalibus sane -is . . . congruam iurisdictionem volumus observari. *adde*: CARM. epigr. 134, 4 pius et sanctus vixi quam diu potui sine lite, sine rixa, sine -a, sine aere alieno. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 19 ⟨p⟩rius legem perlege . . ., ne postmodum queraris aut heredi tuo -am relinquas.

D *i. q. certamen, simultas*: CAES. Gall. 5, 44, 2 *Pullo et Vorenus* perpetuas inter se -as habebant, uter alteri anteferretur omnibusque annis de loco summis simultatibus contendebant. 5, 44, 3 hic dies de nostris -is iudicabit. HIER. epist. 48, 14 si vincendi studio . . ., sicut viri fortes in -is solent facere, culpam praemio redimerem.

III *i. q.* ***id de quo ambigitur*:** **A** *sensu latiore*: *omnis res, quae ab oratore tractatur, argumentum*: CIC. de orat. 2, 66 de eis -is, quae temporibus et personis notatae sunt, hoc est de omnibus forensibus, . . . dicere. 2, 133 ignari omnes -as ad universi generis vim et rationem referri. AVG. rhet. 15 p. 145 quem ad modum et quot modis -ae *asystatae* fiant; tametsi ne dici quidem -as oportet, quae statum non habent (MAR. VICTORIN. rhet. 1, 8 p. 181). MART. CAP. 5, 467 decursis constitutionibus -as deliberativi ac demonstrativi generis videamus. *adde*: AVG. civ. 2, 13 in hac -a Graeci Romanique concertent.

B *sensu strictiore*: **1** *i. q. res iudicanda, argumentum iudicii tam verum quam exercitationis causa fictum; causa,* ὑπόθεσις; *thema positum* (*opp.* θέσις, *quaestio generis deliberativi vel*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

demonstrativi). AVG. rhet. 5 p. 139 *hypothesin* -am dicimus, quod nomen tam in thesin quam in hypothesin potest cadere. 5 p. 140 hypothesis est seu -a, ut improprio nomine utamur, quae admittit rationalem contentionem cum definitione personae. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 7 p. 178 nisi enim aut -am aut deliberativam aut demonstrativam dicimus, quae materiae sunt. SVLP. VICT. rhet. 1 p. 134.

CIC. inv. 2, 11 primus liber ... genera -arum et inventiones ... continebat. Quinct. 71 de re pecuniaria cupio contendere. :: non licet. :: at ea -a est. Caecin. 9 ne diutius de -a nostra ac de communi iure dubitetis. de orat. 2, 132 quid faciat causam, id est quo sublato -a stare non possit. 3, 109 superius illud genus causam aut -am appellant... haec autem altera quaestio... nominatur. SEN. contr. 1 praef. 22 cum ille exilitatem orationis suae imputaret -ae. 1 praef. 23 sententias ... quae nihil habent cum ipsa -a implicitum. 2, 3, 11 est ⟨contra⟩ -am promittere. 2, 4, 12 Latro contrariam rem ⟨non⟩ -ae dicit sed sibi. 9, 5, 10 color ... qui -ae repugnaret. 10 praef. 11 tu potes -am intellegere? 10, 4, 18 celebris haec apud Graecos -a est. QVINT. inst. 4, 1, 26 cognita cuiusque -ae condicione (10, 1, 71 his necesse est secundum condicionem -arum plures subire personas). 7, 1, 41 unam de schola -am ... proponam in exemplum. PLIN. epist. 2, 3, 2 poscit (*codd.* proponit) -as plures. SVET. rhet. 25 veteres -ae aut ex historiis trahebantur ... aut ex veritate ac re, si qua forte recens accidisset. AFRIC. dig. 42, 2, 7 cum -a et computatio difficilior esset. VLP. dig. 37, 9, 7, 1 omnes -as, quae quasi status -am continent. AVG. rhet. 7 p. 141 est igitur circumstantia rerum, quam περίστασιν Hermagoras vocat, sine qua ulla omnino -a esse non potest. SVLP. VICT. rhet. 3 p. 314 hypothesin sciemus quidem in -is et litibus esse sive actionibus atque causis, thesin vero in κατασκευαῖς et ἀνασκευαῖς. PS. BOETH. geom. p. 428 si qui vero de -is ... et de statibus -arum scire desideret, Iulium Frontinum ... lectitet. *opponuntur quaestiones singulae, τὸ κρινόμενον (cf. infra l. 83):* CIC. orat. 126 in quo quasi certamen est -ae, quod graece κρινόμενον dicitur. SEN. contr. 1 praef. 22 interponam... quaestiones -arum, sicut ab illo propositae sunt. 1, 5, 4 in hac -a de prima quaestione nulli cum altero convenit. 2, 5, 12 Latro in hac -a non dubitabat facere primam quaestionem. 7 praef. 2 quaestionem non tamquam partem -ae sed tamquam -am implebat. 7, 3, 7 illa prima vulgaris in eiusmodi -is et pertrita quaestio. 9, 1, 10 quaestionem ... quae solet esse in ingrati -is prima. QVINT. inst. 3, 6, 8 ut in -a una plures quaestiones esse dicantur. 3, 11, 12 multas quaestiones habere -am. 5, 12, 16 quam si -arum ... quaestiones, argumenta, sententias tradere velim. decl. 270 p. 102, 18 tota enim lis et omne discrimen -ae in hoc positum est. *adde:* QVINT. decl. 272 p. 113, 24 *sqq.* potior in hac causa -a quam lis est. lis enim circa unum factum versatur, in qua illae sunt quaestiones. ... cetera vero -ae maiorem cumulum habent.

vera vel ficta -a: SEN. contr. 2, 3, 12 fingi quasdam -as, in quibus.... QVINT. inst. 2, 1, 9 quibus verae fictaeque -ae continentur. 3, 8, 55 solent in scholis fingi materiae *suasoriarum* ad deliberandum similiores -is et ex utroque genere commixtae. 6, 3, 15 ut -ae permixtis salibus fingerentur. 6, 4, 21 vel verae vel etiam fictae -ae. 7, 1, 4 erat mihi curae in -is forensibus nosse omnia. 7, 3, 30 hic quoque fictae -ae utar exemplo. TAC. dial. 31 non ut in rhetorum scholis declamarent n~~e~~c ut fictis nec ullo modo ad veritatem accedentibus -is linguam modo et vocem exercerent (*cf.* QVINT. inst. 7, 1, 41 *supra l. 19*). SVLP. VICT. rhet. 21 p. 323 hoc in -is non fere fit, sed in causis veris. CIC. inv. 1, 16 in quarta constitutione, quam translativam nominamus, eius constitutionis est -a, cum.... QVINT. inst. 3, 6, 68 vix in ulla -a translationis statum posse reperiri (3, 6, 95 dissimiles esse status necesse est, ut in illa -a. 3, 6, 103 cadent igitur in unam -am vel specialiter duo legitimi status). FORTVN. rhet. 1, 28 p. 101 huiusmodi -a quid vocatur? :: complexiva... quoniam duos in se vel plures complectitur status. QVINT. inst. 3, 10, 1 aut unius rei -a constat aut plurium: haec simplex dicitur, illa coniuncta. IVL. VICT. rhet. 3, 15 p. 385 alias esse -as simplices, alias coniunctas. *ibid.* illud autem interest inter simplices et compositas, quod compositae sublata una re aut pluribus manent tamen, simplicium omnis contentio contra unam rem consistit. CASSIOD. rhet. 7 p. 497 omnis -a, sicut ait Cicero, aut simplex est aut iuncta (CIC. inv. 1, 17 utrum causa sit simplex an iuncta). ISID. orig. 2, 6, 1.

RHET. Her. 2, 17, 26 deinde in coniecturalem *constitutionem* trahetur -a (CIC. inv. 2, 16 quorum pars aliqua in omnem coniecturalem incidit -am. SEN. contr. 7, 3, 6 cum coniecturalis sit -a. 7, 7, 10 in hac -a, etiamsi coniecturalis est. QVINT. inst. 7, 2, 50 de uno ... genere coniecturalium -arum locuti videmur). QVINT. inst. 9, 1, 14 unde et figuratae -ae quaedam (ὑποθέσεις ἐσχηματισμέναι. 9, 2, 65 unde -ae figuratae dicuntur. 9, 2, 88 esse -as huiusmodi figuratas. IVL. RVF. schem. dian. praef. p. 59 figura ..., quae in scholis vulgo usurpatur ⟨nomine⟩ -ae figuratae. IVL. VICT. rhet. 21 p. 434. HIER. epist. 81, 1. *cf.* AVG. rhet. 17 p. 147 sunt igitur figurae -arum quattuor: ἔνδοξος ..., ἀμφίδοξος ..., παράδοξος ..., ἄδοξος ...).

2 *i. q. ea pars causae, quae habet dubitationem, de qua iudicandum est; quaestio; τὸ κρινόμενον (cf. supra l. 31):* AVG. rhet. 4, 5 p. 139 in utroque (*sc. in thesi et in hypothesi*) enim quaestio, id est -a est. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 39 p. 290 sunt autem -ae quinque, ambiguitas, scriptum et voluntas, leges contrariae, ratiocinatio et definitio. RHET. Her. 1, 11, 19 cum in scripto aut e scripto aliquid -ae nascitur. *ibid.* ex scripto et sententia -a nascitur. 1, 11, 20 ex ambiguo. CIC. inv. 1, 8 causam esse dicat rem, quae habet in se -am in dicendo positam. 1, 17 considerandum est in ratione an in scripto sit -a (*ibid.* quaestio). 1, 18 iudicatio est, quae ex infirmatione rationis nascitur, -a. *ibid.* quaestio est ea, quae ex conflictione causarum gignitur, -a. 2, 62 quae *pars* in ipso negotio iuris civilis habet implicatam -am. *cf.* 2, 13 in cetera quoque causarum genera simili implicata -a ... transferuntur. 2, 102 quaedam autem *causae* aliud quoque aliquod -ae genus assumunt. Quinct. 3 rem tantam, tot -is implicatam. de orat. 2, 137 sin illa -a causam facit, videaturne ei .... QVINT. inst. 3, 5, 17 causa est negotium omnibus suis partibus spectans ad quaestionem, aut causa est negotium, cuius finis est -a. 3, 10, 1 una -a est per se furti, per se adulterii. 7, 1, 64 *causas* persequi ad ultimam speciem, id est ad singulas lites -asque, non possum. 8 praef. 9 iudicialium causarum ali[a]s in singulis, alias in pluribus -is consistere. decl. 388 p. 436, 8 in hoc -a est, utrum ... an. *adde:* PLAVT. Rud. 826 apage, -a est, haec quidem Palaestra, quae respondit non mea est.

IV *i. q.* ***oratio in iudicio vel in schola exercitationis causa habita**, declamatio ad genus iudiciale pertinens (opp.* suasoria); *exercitatio dicendi:* SEN. contr. 1 praef. 12 hoc vero alterum nomen graecum quidem sed in latinum ita translatum ... scholastica, -a (*i. nomine -ae*) multo recentius est (QVINT. inst. 4, 2, 92. 97 evenit aliquando in scholasticis -is. decl. 325 p. 279, 13. 338 p. 331, 17 quia scholastica -a complectitur, quicquid in foro fieri potest. TAC. dial. 14 *v. infra l. 55*). contr. 3 praef. 11 non tam bene suasorias quam iudiciales -as dicere (SVET. rhet. 25 olim autem eas ... syntaxis vocabant, mox -as quidem sed aut fictas aut iudiciales). 7, 5, 12 volunt illa *exempla* ad aliquod -ae thema redigere. PETRON. 118 facilius poema extrui posse quam -am sententiolis vibrantibus pictam (*ibid.* forensibus ministeriis exercitati). QVINT. inst. 2, 4, 33 quae quidem suasoriis an -is magis accommodata sit exercitatio. 7, 1, 24 (*opp.* suasoriae). 7, 1, 57 dat aliud argumentum -ae. 7, 4, 2 quae in suasorias quidem maxime cadunt, sed in -is quoque sunt frequentia. 9, 2, 42 Seneca in -a. decl. 271 p. 111, 6 haec quoque quaestio in multis -is tractata est. 348 p. 372, 19 in summa parte -arum talium quaeri solet. TAC. dial. 35 duo genera materiarum apud rhetoras tractantur, suasoriae et -ae. ex his ... -ae robustioribus assignantur. DON. Ter. Eun. 145 qui illam (*meretricis orationem*) instar -ae rettulerunt. HIER. in Gal. lib. 3 praef. in Mich. 7, 5—7 p. 1219B legi in cuiusdam -a. SERV. Aen. 3, 718 -arum more epilogos dedit. 4, 333 -a est plena, in qua et purgat obiecta ... et veniali utitur statu. POMP. gramm. V 186 Quintilianus in -a sua ... dixit. EVGRAPH. Ter. Haut. 53 p. 505, 10 in auctoribus, qui non apud iudicem -am dicunt, vim debemus potius intellegere quam -am: non enim iudices adsunt. sed quoniam talis est actio, ut videatur vim -ae continere....

nota: EVGRAPH. Ter. Hec. 727 p. 356, 30 haec scaena mixta est, nam et -ae speciem tenet deliberativae. SEN. contr. 1 praef. 12 declamabat autem Cicero non quales nunc -as dicimus, ne tales quidem ... quas thesis vocabant. ... -as nos dicimus, Cicero causas vocabat (*cf. ibid.* alterum [*sc. declamare*] putat domesticae exercitationis esse, alterum [*sc. dicere*] verae actionis). TAC. dial. 14 quod nondum ab scholasticis -is recessit *Aper* et otium suum mavult novorum rhetorum more quam veterum oratorum consumere.

iuncturae: sine -a: **a** GLOSS. ἄνευ ἀντιλογίας, ἄνευ ἀντιρρήσεως, ἄνευ ἀμφισβητήσεως. EVGRAPH. Ter. Phorm. 854 p. 521, 11 sine dubitatione, sine quaestione. SCHOL. Ter. p. 138, 29 sine adversitate. TER. Phorm. 854 sine -a ab dis solus diligere. CIC. Brut. 82 sine -a Ser. Gallus eloquentia praestitit. orat. 29 cui primae sine -a deferebantur. GELL. 9, 15, 11 sine -a disertus est. APVL. apol. 67 sine ulla -a refutabo. met. 9, 27 sine ulla -a vel dissensione. LACT. inst. 6, 20, 20 hi sine ulla -a scelerati. AVG. civ. 4, 11 sine -a deos esse (*passim*). **b** *i. q. sine contentione, nullo repugnante:* PLAVT. Curc. 669 sine -a omne argentum reddere (VLP. dig. 13, 5, 5, 3 soluturum sine -a. TAB. cer. Dac. 12 [Corp. III p. 949] reddere debet sine ulla -a). CIC. Verr. 2, 125. Att. 13, 12, 4 sine ulla -a rem ad me esse collatam. SEN. epist. 119, 8 *Alexander* modo ignobilis anguli non sine -a dominus. FLOR. epit. 1, 18, 13 *elephanti* tertiam *victoriam* sine -a tradiderunt. SCAEV. dig. 33, 2, 33, 2 alia ... sine -a consecuti sunt. OROS. hist. 4, 5, 5 tanta manus fuit, ut sine -a auso potirentur (*passim*).

cum genet. subi. sim.: CIC. de orat. 1, 169 ut amicorum -as causasque tueatur. 1, 238 in ipsa M'. Curii ... et in C. Hostilii Mancini -a. epist. 13, 59 in eius -is quid decernas. VARRO rust. 2, 3 eunti de -is Interamnatium et Reatinorum. CIC. Caecin. 9 -a nostra. Att. 1, 4, 1 Acutilianam -am (*i. nostram cum A.*). 2, 15, 4 in -a Mulviana. 11, 24, 4 de suis -is in ius adeuntem. CIC. inv. 2, 149 inter agnatos de hereditate -a est. de orat. 2, 335 -a autem inter hominum sententias. Brut. 72 est enim inter scriptores de numero annorum -a. FEST. p. 305 inter quos -a est. POMPON. dig. 12, 2, 42 inter creditorem et pupillum. AVG. civ. 6, 5 eorum inter

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

se. cum: *passim* (*cf. l. 24*). INSCR. Revue archéol. 1904, 4 tab. p. 445 n. 161 de -a Delphorum adversus Amphissienses. *cum genet. obi. sim.*: CIC. Caecin. 36 aquarum itinerumque. 41. 46 in possessionum -is. de orat. 1, 47 verbi. part. 102 nominis. LIV. 39, 47, 2 finium. PLIN. nat. 25, 33 inventionis. TERT. bapt. 15 baptismi (*passim*). SIDON. epist. 8, 11, 3 vers. 29 tyrannicarum declamatio -arum. GROM. p. 268 si finalis -a fuerit. CATO agr. 149 si quid de iis rebus -ae erit. CIC. top. 43 de finibus. VARRO ling. 10, 6 de re. LIV. 34, 31, 9 de Argis. FEST. p. 376 de re -a est. HYG. fab. 220 p. 130, 11 de nomine eius (*passim*). super: *p. 786, 17.* AGENN. grom. p. 63 cum ... ad aquam pluviam arcendam -a ... concitetur. *seq. enuntiatum*: RHET. Her. 1, 12, 21 cum in -a est, quo nomine factum appelletur. 2, 28, 45. CIC. fin. 1, 16 quid probarem. epist. 7, 22 possetne heres ... furti recte agere. LIV. 3, 32, 6 admiscerenturne plebei, -a aliquamdiu fuit. 4, 30, 15 -a inde fuit, utrum ... indiceretur bellum, an .... VLP. dig. 37, 9, 1, 25 quantum diminui oporteat. BOETH. Porph. isag. 2, 4 p. 92, 8 utrum ... an. CIC. Caecin. 31 -a non erat, quin verum dicerent. LIV. 4, 17, 7 nihil -ae fuit, quin consules crearentur. 23, 6, 2. CELS. 3, 21 ne illud quidem in -am venit, quin ... curari possint. VAL. MAX. 2, 8, 2 non facere se -am, quin priores partes consulis essent futurae. CIC. Catil. 3, 10 hanc autem Cethego cum ceteris -am fuisse dixerunt, quod Lentulo ... placeret, Cethego ... videretur.

-a *pro subiecto est*: PLAVT. Aul. 261 nulla -a mihi tecum erit. CIC. Att. 2, 16, 3 tanta -a est Dicaearcho ... cum Theophrasto. GAIVS dig. 2, 23, 10 cum ipso argentario -a sit an cum alio (*passim*). CIC. Quinct. 54 quicum mihi ... -a de re pecuniaria recens intercedit. CIC. de orat. 1, 140 existere autem -as etiam ex scripti interpretatione (top. 96 in reliquis rebus ... posse -as easdem existere. ad Q. fr. 1, 1, 7 inter hos ipsos existunt graves -ae). RHET. Her. 1, 12, 22 ex translatione -a nascitur (1, 11, 19. 22 CIC. inv. 1, 18. 2, 116. 144. 148. 154. leg. 1, 55 ex hac ... verborum discordia -a est nata de finibus. AGENN. grom. p. 67 sive de possessione sive de fine -a nascatur. PS. AGENN. grom. p. 25). SCAEV. dig. 2, 15, 14 -a inter legitimum et scriptum heredem orta est (CIC. Cluent. 161 VAL. MAX. 4, 1 ext. 7 CORP. VI 1016). PS. AGENN. grom. p. 25 ex his omne genus -arum exoritur (COD. Iust. 6, 23, 30). GAIVS dig. 2, 15, 6 -ae quae ex testamentis proficiscuntur. 28, 3, 1, 1. QVINT. inst. 7, 1, 8 ubi -a incipiat. PS. AGENN. grom. p. 25 materialis status est, ex quo omnes -ae incipiunt. *per ellipsin*: QVINT. inst. 3, 6, 25 unde -a. 7, 9, 8. 9. CIC. Att. 11, 15, 4 in quo non solet esse -a. *cf.* inv. 1, 8. 17 posita est in. CIC. inv. 1, 49. 2, 115. 116 in scripto versatur -a. part. 110 in causis haec eadem -arum genera versari. RHET. Her. 1, 11, 20 ex contrariis legibus -a constat. 1, 13, 23. QVINT. inst. 3, 10, 1 unius rei -a constat aut plurium. 4, 1, 50 (*cf.* CIC. de orat. 2, 132 quo sublato -a stare non possit). CIC. inv. 1, 23 in quo consistat -a. 2, 121 ex scripto et sententia -a consistit. QVINT. inst. 7, 3, 7. GELL. 9, 15, 6 exponit ... -am parum consistentem. QVINT. decl. 271 p. 109, 19 ex abdicatione pendentibus -is. 316 p. 243, 8. IAVOL. dig. 43, 5, 5 si hereditatis -a ex his (*tabulis*) pendet. EPIST. imp. Vesp. ad Vanac. (Corp. X 8038) 8 ex is agris. QVINT. inst. 7, 4, 32 multa -arum genera in qualitatem cadunt. CIC. inv. 2, 53 si quae forte in eas *causas* incident (PAVL. dig. 3, 4, 6 quaecumque incidisset -a). QVINT. decl. 326 p. 283, 15 quae hac lege continentur. 333 p. 310, 26 (*cf.* 252 p. 29, 1 pleraeque -ae sub hac lege positae. inst. 7, 4, 38 sub qua lege -ae illud proprium habent). IAVOL. dig. 43, 5, 5 si ad publicam quaestionem pertinet. FRONTIN. grom. p. 25 VLP. dig. 43, 17, 1, 4.

-a *pro obiecto est*: *de -a agenda*: CIC. part. 107 verbi interpretatio -am parit. SIDON. epist. 3, 11, 2. **-am facere:** CIC. orat. 121 in quo non aut res -am faciat aut verba (*i. pariat*). top. 96 tria genera, quae -am in omni scripto facere possint. *i. q. in dubium vocare, infitiari*: LIV. 3, 40, 10 nemo, iustine magistratus ... praeessent, -am fecerit. SEN. contr. 1, 2, 15 de omnibus legis verbis -am faciamus. 2, 5, 11 quasi donemus et possimus quidem facere -am, sed nolimus. *ibid.* an beneficium acceperimus. 9, 5, 8 de animo fieri -am avo. 10 praef. 15 de colore Latroni -am fecit. 10, 5, 13 de iure. VAL. MAX. 2, 8, 2 *v. supra l. 20.* SEN. benef. 4, 16, 2 an gratum esse honestum sit. epist. 26, 2 *animus* mihi facit -am de senectute. QVINT. inst. 7, 1, 59 nulla oriri quaestio potest, quia nulla fit ei de sua parte -a. 7, 7, 9 aut alteri aut invicem utrique de iure. decl. 273 p. 118, 19 non facimus legi isti -am. 333 p. 312, 27 APVL. apol. 20. HYG. astr. 2, 5 de genere Thesei -a facta esset, utrum is Neptuni filius esset necne. *i. q. in contentione ponere, contendere*: SEN. contr. 1, 4, 11 -am mihi de te (*sc. filio*) facit adulter. SEN. dial. 5, 14, 3 illi de gloria. benef. 6, 23, 7 dis muneris sui. epist. 110, 18 Iovi ipsi de felicitate. QVINT. decl. 309 p. 215, 11 rei tamen iudicatae facere -am non potest. 332 p. 308, 8 tibi istius honoris. IVLIAN. dig. 5, 4, 8 de altera parte *hereditatis* (*opp.* cedere). 37, 6, 3, 1 emancipatus filius impuberi. 37, 10, 4 an inter liberos possessionem accipere possit. PAPIR. dig. 5, 4, 10. SCAEV. dig. 34, 3, 26 heredibus suis tutelae causa. 36, 1, 78, 3. VLP. dig. 37, 10, 3, 2 de parentis bonis simul et de statu. AVG. civ. 9, 4 de verbis potius quam de rebus. PS. BOETH. grom. p. 399 possessores inter se. *nota*: TERT. ieiun. 1 hi paracleto -am faciunt. 15 cum autem humano arbitrio vetet -am fieri, quanto magis divino! idol. 11 posse hoc modo omnibus negotiationibus -am fieri. CORP. VI 7788, 14 si quis huic munimento post me aliquam -am facere voluerit aut de nomine auferre. *adde*: QVINT. inst. 1, 6, 22 ideoque iecur etiam et femur -am fecerunt (*agitur de forma genetivi*). AFRAN. com. 373 aliquid -ae concinno. RHET. Her. 2, 28, 45 de nomine et vocabulo -am struere. *ibid.* intendere -am propter nominum mutationem. AGENN. grom. p. 63 cum in Italia ... -a non minima concitetur. AVG. civ. 10, 1. AGENN. grom. p. 72 quamquam ... de rigore -a suscitari possit. VLP. dig. 5, 2, 6, 2 coepta -a vel praeparata. CELS. 3, 3 neque de re, sed de verbo -am movent (SEN. epist. 19, 10 movebis mihi -am. QVINT. decl. 311 p. 226, 9. 345 p. 361, 4 num de hoc -am ullam saltem adversarius movet? TAC. dial. 25 *Aper* nominis -am movit, tamquam parum proprie antiqui vocarentur. AGENN. grom. p. 68 IVLIAN. dig. 37, 10, 4 PAPIR. dig. 5, 4, 10 [*passim*]. *nota*: COD. Iust. 7, 33, 12, 3 super his -am in iudicio provinciali moveri). SEN. nat. 6, 32, 5 ipsis diis de felicitate -am agere (AGENN. grom. p. 70 magno inter utrosque -a agitatur. TERT. nat. 2, 10. RVFIN. hist. 5, 24 de die paschae agitatur -a [ἀμφισβήτησις]). AGENN. grom. p. 63 quot genera -arum exerceantur. p. 75. 76. PETR. CHRYS. serm. 122 p. 534ᴬ hoc loco iam non geritur postulatio sed -a. SENT. procos. Sard. (Corp. X 7852) 9 Galillenses frequenter retractantes -am nec parentes decreto. VARRO ling. 5, 145 quo conferrent suas -as ... forum appellarent. CIC. Verr. 6, 27 -ae secreto deferebantur, post paulum decreta auferebantur. inv. 2, 62 neque ulla actionis illata -a (CAES. civ. 1, 86, 2 de loco et tempore eius rei -a inferretur. PAVL. dig. 35, 3, 4). VLP. dig. 37, 9, 7, 1 si quis sit, qui -am referat (IVST. 2, 10, 3 Xerxes -am non de ordine sed de nascendi felicitate referebat. 37, 4, 5. *cf.* CIC. de orat. 2, 133). AMM. 30, 4, 19 tandem obtrita vetustate -a intromissa est. defendere *v. p. 782, 40.* **habere:** CIC. Verr. 3, 122 cum haberent inter se -as de senatu cooptando. epist. 13, 26, 2 quas habeo cum ... Epicureis. 13, 30, 1 de ea hereditate. 13, 53, 2. 13, 55, 1. 13, 69, 2 BRVT. Cic. epist. 1, 6, 3 CAES. Gall. 5, 44, 2 EPIST. imp. Vesp. ad Vanac. (Corp. X 8038) PAPIR. dig. 31, 77, 20 SCAEV. dig. 50, 17, 73, 2. *aliter*: CIC. inv. 1, 18 scripti an rationis habeat -am *causa*. fin. 4, 6 quicquid quaeritur, id habet aut generis ... aut nominis -am. QVINT. inst. 7, 5, 2. AVG. civ. 19, 2 non finis boni habet -am. *cf.* EVGRAPH. Ter. Andr. 1 omnis prologus Terentii habet -am. Andria igitur -am tenet. CELS. 1 praef. quasi nullam -am recipiant. CIC. Caecin. 13 negotia ... -asque susciperet. CASSIOD. inst. 17 p. 1134ᶜ subeant. CAES. Gall. 7, 32, 6 alatur. CIC. epist. 1, 2, 2 hac -a usque ad noctem ducta senatus dimissus est. VLP. dig. 37, 9, 7, 1 in tempus pubertatis dilata -a. QVINT. decl. 359 p. 391, 29 dicit enim publicanus non rem, sed -am dimissam.

de finienda -a: HIRT. Gall. 8, 46, 5 cum ... publicas -as cognovisset (*cf.* SENT. Minuc. [Corp. V 7749] 1 de -eis inter Genuateis et Veiturios in re praesente cognoverunt. BELL. Alex. 65, 4 de -is veteribus cognoscit ac statuit. 68, 1. 78, 1 LIV. 40, 20, 1 PAVL. FEST. p. 84. *cf.* CIC. epist. 13, 59 in eius -is quid decernas). GAIVS dig. 12, 2, 1 vel ex auctoritate iudicis deciduntur -ae. COD. Iust. 6, 37, 23, 2a. CIC. Caecin. 49 verbis -as, non aequitate diiudicas (orat. 34 fin. 3, 6. Tusc. 5, 120 quorum -am solebat tamquam ... arbiter iudicare. PAVL. dig. 4, 8, 46. *cf.* CIC. Quinct. 43 de rationibus et -is societatis vult diiudicari. BELL. Alex. 67, 2 iudicem esse -arum populi Romani). CIC. off. 3, 119 qui se dirempturos -am putaverunt (LIV. 33, 47, 8. VLP. dig. 10, 1, 2 adiudicatione -am dirimat. 39, 1, 1, 10). CIC. top. 95 lege firmius in -is disceptandis esse nihil debet (LIV. 38, 38, 17 -as inter se iure ac iudicio disceptanto. 39, 24, 13. 41, 20, 1 ius dicebat disceptabatque -as minimarum rerum. *cf.* CAES. civ. 3, 107, 2 de -is iure apud se potius quam inter se armis disceptare. SALL. Iug. 21, 4 NEP. Cim. 3. LIV. 28, 21, 5 disceptando finire. 35, 45, 3 disceptatore de iis, quae in -a ... essent. 41, 23, 13 provocantes de -is ad disceptationem). RHET. Her. 2, 26, 41 -am controversia dissolvere. CIC. Caecin. 6 iudicia aut distrahendarum -arum ... causa reperta sunt (SVET. Iul. 85). AVG. civ. 10, 16 aqua impleto cribro ... neque perfluente abstulit -am. SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 2 inter eos -as composeiverunt (CAES. civ. 1, 9, 6 per colloquia omnes -ae componantur. 3, 109, 1). COD. Iust. 3, 31, 12, 1 eas certo fine concludentes. LIV. 38, 32, 7 eos optime -as inter Achaeos ac Lacedaemonios finituros esse (GAIVS inst. 4, 139. PAVL. dig. 4, 8, 19, 1 nisi omnes -as finierit. 4, 8, 32, 16 [*aliter de argumento* CIC. de orat. 3, 109]. *cf.* CIC. Verr. 2, 5 ut finis ... -ae constitueretur. MOD. dig. 42, 1, 1 res ... quae finem -arum ... accipit. VLP. dig. 4, 8, 13, 2 finemque se ... -is impositurum pollicetur. PAVL. dig. 4, 8, 32, 16. VLP. dig. 41, 2, 35 exitus -ae. AFRIC. dig. 3, 3, 78 ne ad exitum -a deducatur). CAES. Gall. 6, 23, 5 ius dicunt -asque minuunt. EDICT. imp. Claud. de Anaun. (Corp. V 5050) 7 -as ... ad quas ordinandas. CIC. Balb. 43 -as sedarit (leg. 1, 54 -am totam istam posse sedari). AVG. civ. 11, 22 omnes -as quaerentium mundi originem terminat. CIC. de orat. 2, 143 sublata -a est (Phil. 9, 11 LIV. 45, 13, 1 SEN. benef. 3, 7, 7). CIC. Att. 1, 4, 1 Acutilianam -am transegeris (VLP. dig. 44, 5, 1, 10 si non

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

transigendae -ae gratia id fecerit. *cf.* TAC. ann. 2, 65 posse de -is colloquio transigi. GAIVS dig. 2, 15, 6 de his -is ... neque transigi neque exquiri veritas aliter potest. 28, 3, 1, 1). CIC. Lig. 1 omissa -a (*cf.* PAVL. dig. 4, 8, 19, 1 discedere eos a tota -a velit. VLP. dig. 44, 5, 1, 2 IVLIAN. dig. 12, 2, 40).

de officiis rhetoris ad -am pertinentibus: SEN. contr. 1 praef. 12. 2, 2, 8 hanc -am memini ab Ovidio Nasone declamari (2, 2, 9. 12. suas. 4, 4 *et passim*. PETRON. 48 quam -am hodie declamavit? GELL. 9, 16, 4 in declamandis -is. CAPITOL. Gord. 3, 4 in Athenaeo -as declamavit. HIER. epist. 81, 1 saepissime figuratas -as declamavi. in Gal. 2, 11 p. 340^{B} cum adulescentulus Romae -as declamarem). SEN. contr. 1 praef. 21 eius, quam dicturus erat, -ae (1, 2, 23. 1, 3, 11 Pastor Aietius hanc -am apud Cestium dixit. 2, 1, 25 hic -am postero die, quam erat a Fabiano dicta, declamavit. 2, 1, 33 difficiles -as belle dicere. 2, 1, 37 hanc -am hoc colore dixit *et passim*. QVINT. inst. 3, 8, 51 declamatoribus ... qui paucissimas -as ita dicunt ut advocati. 9, 2, 77. EVGRAPH. Ter. Haut. 53 apud iudicem). IREN. 1, 9, 4 qui -as (ὑποθέσεις) ... conantur Homericis versibus meditari (μελετᾶν). PETRON. 118 extrui. HIER. in Ezech. 12, 40 p. 394^{C} non -as scribimus aut orationes (in Soph. 3, 14 p. 1384^{C}). CIC. opt. gen. 16 necesse est tamen oratori ... -as explicare forenses dicendi genere apto. TAC. dial. 35 -ae ... quam incredibiliter compositae. QVINT. decl. 261 p. 69, 26 haec quoque aliquotiens tractata -a est. SEN. contr. 2, 1, 23 cum declamasset eam -am, quae posita non erat (QVINT. inst. 5, 10, 110 sit exempli gratia proposita -a. SVET. rhet. 30 solitus proposita -a sedens incipere. IREN. 1, 9, 4 qui -as [ὑποθέσεις] sibimet ipsis quaslibet proponunt. FORTVN. rhet. 1, 2 p. 82 proposita -a quid primum consideramus?). CIC. inv. 1, 57 eorum -am non incommodum videtur ... exponere (SEN. contr. 7 praef. 2 unam -am exponebat, plures dicebat. 7 praef. 9 Cestius eandem dicturus sic exposuit -am. QVINT. inst. 7, 4, 39 in -a, quam supra exposui. 10, 7, 21 ut exposita -a protinus dicere velint. GELL. 9, 15, 4 iubet exponi -as. 9, 15, 6. SCAEV. dig. 29, 7, 14 quidam referunt ... Sabini et Cassii et Proculi expositam esse in quaestione huius modi -am). CIC. inv. 1, 31 ad aperiendam causam et constituendam pertinet -am (de orat. 1, 143 deinde rem demonstrandam, postea -am constituendam). RHET. Her. 2, 17, 26 in coniecturalem statum trahetur. AGENN. grom. p. 67 alio statu instruitur. *ibid.* ad generalem statum revocatur. *ibid.* ad litem deducatur *bis*. QVINT. inst. 3, 5, 15 a propriis personis atque temporibus avocemus. SEN. contr. 1, 2, 16. 1, 5, 8. 2, 1, 19 quo modo haec -a divisa sit (4 praef. 9 dividere -am putabat ad rem pertinere. 10, 5, 12 ut ⟨non⟩ -am divideret sed accusationem. QVINT. decl. 316 p. 243, 11. *cf.* SEN. contr. 2, 5, 15 prudens divisor -arum. 1, 1, 13 divisio -arum antiqua simplex fuit. 2, 2, 5 haec -a non eget divisione. QVINT. decl. 254 p. 38, 13. 314 p. 252, 13 quae a me in divisionibus -arum dicantur). QVINT. inst. 7, 10, 6 qui -am in haec diduxerit (*cf. ibid.* causa in quaestiones ac locos diducenda est). PAVL. dig. 10, 1, 4 loci unius -a in partes scindi ... potest.

cum praepositionibus: in *c. abl.*: CIC. inv. 1, 67 quod in -a est (1, 92. LIV. 35, 45, 3 quae in -a cum populo Romano essent. 40, 34, 14 agrum, qui in -a erat. SEN. epist. 13, 5. POMPON. dig. 38, 2, 39, 1 domus. *cf. infra l. 75*). RHET. Her. 1, 2, 2 iudiciale est, quod positum est in -a (2, 26, 41. CIC. de orat. 2, 78 causam appellant rem positam in disceptatione reorum et -a. *cf.* QVINT. decl. 244 p. 1, 12 extra -am ... positum [*locus corruptus*]). CIC. orat. 45 quicquid est, quod in -a aut in contentione versetur. CIC. Quinct. 67 iacet res in -is. RHET. Her. 1, 10, 17 quid in -a relictum sit. CIC. de orat. 1, 235 et enim sine -a ... est *iuris civilis scientia*. VARRO ling. 8, 16 sine -a sunt qui⟨n⟩que *casus*. *cf. p. 784, 58*. in *c. acc.*: CIC. Verr. 3, 37 cum tanta hereditas in -am venisset (de orat. 1, 139. 2, 331 quid in -am veniat. part. 33 LIV. 39, 25, 3. QVINT. inst. 3, 6, 44 quae aut in -am aut in contentionem veniant. 3, 11, 23. 24. 7, 2, 8. 7, 4, 41. 43. decl. 252 p. 29, 17 in -am venit, an inscriptum sit. POMPON. dig. 24, 1, 51 unde ... pervenerit). CIC. de orat. 2, 113 quae in disceptationem et -am cadere possint (SEN. benef. 3, 7, 7 in -am incidit). CIC. de orat. 2, 291 potest res in dicendi disceptationem aut -am vocari (epist. 13, 26, 2 in rebus, quae in aliquam -am vocarentur). CAES. Gall. 7, 63, 5 re in -am deducta (QVINT. decl. 336 p. 324, 15 aut deduci omnino in -am potest. FLORENT. dig. 16, 3, 17. MANDAT. CAES. Vlp. dig. 29, 1, 1 testamenta ... quae possint in -am deduci. QVINT. decl. 309 p. 217, 9 an in -am res adducta sit). *nota*: PETRON. 15 quae viderentur in -am esse.

syn.: adversitas, contentio, dissensio, disceptatio, discordia, rixa. lis, litis actio, iudicium. hypothesis, causa, quaestio, declamatio, oratio. *opp.*: accusatio, litis actio, certamen, quaestio. thesis, suasoria, panegyricus.

derivata: controversialis, controversiola, controversiosus, controversius.

contrōversiālis, -e *a* controversia. *i. de quo controversia existit*: AGENN. grom. p. 71 (= PS. AGENN. grom. p. 10) in istis, ut ait Frontinus, velut stantium (p. 10 instantium) argumentorum opportunitas -is aptatur. SIDON. epist. 8, 11, 6 in materia -i fortis et lacertosus, in satirica sollicitus et mordicus, in tragica ..., in comica ... in fescennina. contrōversālis: SIDON. epist. 7, 9, 2 neque ... aut pondera historica aut poetica schemata scintillasve -ium clausularum libuit aptari.

contrōversim *adv. a* controversus. APVL. apol. 15 ut ait Epicurus profectae a nobis imagines ... a corporibus manantes ... illisae reflectantur et retro expressae contraversim respondeant.

contrōversiola, -ae *f. a* controversia *deminutive*. DIOM. gramm. I 326 controversia controversiola. HIER. adv. Rufin. 1, 30 saepe mihi videor sumpta toga controversiolam declamare.

contrōversiōsus, -a, -um *a* controversia. GLOSS. IV 295, 22 versutus: astutus, -us. LIV. 3, 72, 5 quem enim hoc privatae rei iudicem fecisse, ut sibi -am adiudicaret rem? SEN. epist. 85, 24 falsam nos rem et -am pro confessa vindicare.

contrōversius, -a, um *a* controversia. VIRG. gramm. epit. 8 p. 70 aut enim coniungunt *adverbia* et stabilia sunt ut invicem sumus aut -a invicem insurgimus.

contrōversor, -ārī. [*cf. c.* controversus *et c.* versari. *Th.*] PRISC. gramm. II 402 verso similiter activum, ex quo -or deponens. CIC. phil. frg. II 3 postulo, ut de isto concedatis alter alteri et inter vos de huiuscemodi rebus -emini (*Plato Protag. p.* 337^{A} ἀμφισβητεῖν), non concertetis (ἐρίζειν). SIDON. epist. 4, 1, 1 facultatum inter germanos prius lite sopita iam qui nascuntur ex fratribus nihil invicem -antur. 7, 14, 2 super hoc errore pervicaciter (*ibid.* contentio). VIRG. gramm. epit. 1 p. 4, 11 quamlibet hisdem quaedam ... -ari videantur.

contrōversus, -a, -um [*cf. c.* contra (*osc.* contrud) *et c.* versus retroversus introversus *sim. Th.*], *apud recentiores quosdam* contrāversus. *cf.* controverto. GRAMM. suppl. 68 *v. p. 781, 16*.

I *i. q. in contrarium tendens vel versus, contra positus*: **A** *i. q. contrarius*: SOL. 32, 10 quo impensius -i (-tro- *codd.*, -tra- *vulg.*) spiritus repugnaverint (*ibid.* ventorum flatibus). AMM. 22, 15, 7 reluctante spiritu -o. SOL. 29, 3 aquae caelesti vertigine mutant qualitatem quamvis -traversa (-tro- *CSAP*) siderum disciplina. AVR. VICT. Caes. 17, 1 filius saeva ... dominatione detestabilior habebatur praecipue per maiorum -am memoriam. MACR. somn. 1, 6, 24 tam -a sibi ac repugnantia. *adde*: AMM. 31, 16, 1 ambigentes multis ... dictatis et -is ... statuunt. GLOSS. V 58, 32 -am ruinam (*cf. Schlutter, Archiv 10 [1898] 194*). **B** *i. q. oppositus*: SOL. 27, 1 Africa ... promuntorio Apollinis Sardiniae -traversa (-tro- $LMGAP^{1}$). AMM. 14, 2, 3 litoribus Cypriis ... quae Isauriae scopulis sunt -a. 18, 9, 2 civitas ... spiranti zephyro -traversa. 22, 8, 2 Athos ... et Caphareus ... longo spatio -i a Thessalo mari distingunt Aegaeum. 22, 8, 14 fluvii ... quibus -ae cyaneae sunt Symplegades. 27, 8, 6. *de dimicantibus*: AMM. 24, 4, 18 per varia certaminum genera -ae partes dimicantes. 28, 5, 3 barbaros ... adeo terruit et turbavit, ut nec -as opponerent manus (29, 5, 38 -as isdem opposuit manus). *adde*: AMM. 28, 4, 26 subseruntur *iurisconsultis* genitalium extorum interpretes -i (*i. dissentientes*). *nota*: AMM. 22, 6, 1 Aegyptii ... genus hominum -um (*i. controversiarum amans*). 22, 16, 23 Aegyptii ... -i et reposcones acerrimi. *dub.* CIC. Brut. 46 quod esset acuta illa gens et -a natura (controversia natura *trad.*).

II *quod in controversia est, de quo ambigitur*: CIC. inv. 1, 89 si omnino totum falsum erit ... si -um, si perspicuum, si non concessum. 1, 91 -um est in quo ad dubium demonstrandum dubia causa affertur. Mur. 28 etiam -um ius nosse et tractare videare (*dub.* de orat. 1, 241 omnem hanc partem iuris non -i [*Bake*, in controversiis *codd.*, incontroversi *Lamb.*]. off. 3, 91 haec sunt quasi -a iura Stoicorum. LIV. 3, 55, 3 cum velut in -o iure esset. QVINT. inst. 7, 6, 1 pars magna -i iuris. GELL. 12, 13, 3 de vetere ... iure aut recepto aut -o et ambiguo). CIC. leg. 1, 52 -am rem et plenam dissensionis. div. 2, 104 id sumere istos pro certo, quod dubium -umque (-tra- $V^{2}O$) sit. LIV. 10, 42, 7 ab eodem robore animi neque -o auspicio revocari a proelio potuit. QVINT. inst. 3, 5, 18 causam esse ait quaestionem finitam civilem aut rem -am .... 5, 9, 2 argumento autem nisi in re -a locus esse non potest. 5, 13, 34 dubium pro necessario, -um pro confesso. 5, 14, 14 -a confessis probare. 7, 1, 5 id aut confessum erat aut -um. AVSON. 364, 9 sin -um, dissensio subiciet 'non' (*opp.* si consentitur). AMM. 15, 5, 20 non id esse tempus ... ut -a defensio causae susciperetur. 15, 13, 2 prudens alia ... sed ... ex -is litibus ... sordescens. 21, 12, 23 litesque audiens -as. 28, 4, 29 circulos multos collectos in se -is iurgiis ferri, aliis aliud ... defendentibus.

adv. **contrōversus**: CATO agr. 43 perticis saligneis viridibus -us (-iis *trad.*) collatis consternito *culeum*. contrōversum: SOL. 10, 3 luctuosa sunt puerperia ... -traversum laeta sunt funera (*ex* MELA 2, 19 puerperia natique deflentur, funera contra festa sunt). AVSON. 157, 32 sunt et qui fletus et gaudia -um (-orum *cod. V*) coniectent.

syn.: dubius, ambiguus. *opp.*: repugnans, receptus, concessus, confessus.

derivata: controversia, controversim, controversor.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae